Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/periodica-de-re-canonica_1911_2-3

Brugis, typis Houdmont Fratrum

Periodica de re morali, canonica, liturgica.

ARTHURUS VERMEERSCH e Soc. Iesu

DOCTOR IURIS ET IURIS CANONICI, LOVANII IN COLL. MAX. S. I. PROFESSOR
THEOLOGIAE MORALIS ET IURIS CANONICI

DE RELIGIOSIS

ET MISSIONARIIS

SUPPLEMENTA ET MONUMENTA

PERIODICA

TOMUS ALTER ET TERTIUS

(continuans De Religiosis II, ed. alteram)

Editio altera, recognita

Tome 3 begins at pg 185

ALMA COLLEGE
P
LIBRARY
PDRM
Alma, California

BRUGIS
SUMPTIBUS BEYAERT

ROMAE & RATISBONAE
F. PUSTET

FRIBURGI-BRISGOVIAE
B. HERDER.

1911

10222

v.2-3

IMPRIMI POTEST

Aemilius Thibaut, S. I. *Praepositus provinciae belgicae.*

NIHIL OBSTAT

Brugis, 2 iunii 1911.

H. Lahousse, *can. lib. cens.*

IMPRIMATUR

Brugis, 2 iunii 1911.

H. Van den Berghe, *Vic. gen.*

PARS PRIOR

SUPPLEMENTA

SUPPLEMENTUM UNDECIMUM

DE ECCLESIIS ET ORATORIIS RELIGIOSORUM

Satis diu iam conceptum et dilatum propositum, quod in hoc tomo perficere cogitamus, hodie exsequi aggredimur, cum dicere incipimus de canonicis sanctionibus quae spectant ad ecclesias et oratoria Religiosorum. Harum enim, quarum cotidianus est usus, summam proponere et maxima qua possumus perspicuitate explicare nobis in animo est.

Et prius quidem *de ecclesiis* est agendum, deinde de *oratoriis*.

CAPUT I

DE ECCLESIIS RELIGIOSORUM

ARTICULUS I. **Quaenam Ecclesiae sint Religiosorum**

Ab hac videtur esse exordiendum quaestione, quaenam et quatenus ecclesiae dici possint regulares vel religiosorum.

1. Ecclesiae, proprio nominis usu, aedes sunt sacrae quae, sollemni consecratione vel speciali saltem benedictione in titulum erectae, publicis cultus divini functionibus, pro fideli populo exercendis, in perpetuum deputatae sunt [1].

2. Trita est divisio qua ecclesiae aliae dicuntur esse *saeculares*, *regulares* aliae, prout in dicione sunt cleri saecularis vel regularis. Huiusmodi potissimum est ecclesia conventualis, quae pars est ipsius monasterii ; verum etiam aliae ecclesiae possunt plene a regularibus possideri,

[1] Cfr. S. Rituum Congr. 22 iul. 1855, ad 3 (In 2ª ed. Gardellini, n. 5215, omissum in Coll. Decr. auth.). WERNZ, t. 3, *Ius Decretalium*, n. 427 ; MANY, *De locis sacris*, n. 3.

ut ecclesiae prioratus, in quibus unus residet vir regularis, adiecto plerumque socio [1].

Porro plene a regularibus possidentur quae ita sunt in eorum manibus, ut non temporales tantum reditus sed spiritualia etiam officia a regularibus conferantur et exerceantur [2]. Tunc, si curata fuerit ecclesia, habituale subiectum istius curae est ipsum monasterium, id est, capitulum conventuale ; actuale autem munus geritur a vicario temporali, quem capitulum deputat, examinat autem et probat Episcopus, concessa praeterea institutione quae dicitur authorizabilis, vi cuius parochus permittitur animas spiritualiter pascere [3].

Cum temporalia tantum bona monasterio addicuntur, spiritualis administratio minime per se regularibus reservatur, et quandoque per saeculares exerceri debet. Ita, si cura animarum est habenda, deputandus est e saeculari clero vicarius perpetuus cum administratione independenti [4].

Nisi maius ius sibi competere demonstraverint, regulares fruuntur tunc iure quodam quasi patronatus, vi cuius candidatum praesentant Episcopo qui ipsi confert ecclesiam spiritualiter administrandam. Alendo vicario providendum est a monasterio cuius sunt ecclesiae reditus.

3. A proprie dicta possessione discernenda est *simplex administratio* quam Regulares obtinere possunt in ecclesia quae est et manet saecularis.

Quod rursus vario modo effici potest. Vel enim, titulo personali, vir regularis saeculari ecclesiae praeficitur, quem ad modum, in Belgio, non nullae parochiae, aequa quadam compensatione pro amissis in gallica perturbatione ecclesiis, canonicis regularibus committi consueverunt. Vel ecclesia ad tempus concreditur administranda Instituto religioso, sive facta formali cum Episcopo pactione, sive etiam titulo precario [5].

---

[1] C. Quod Deo, 5, De statu monachorum, etc. (III, 35) ; Ne in agro, 1, Clem. eodem (III, 10) ; In ecclesiis, 1, De cappellis monachorum, etc. (III, 37.)

[2] Pro fine nostro dicere omittimus de *plenissima* possessione, quae tunc habetur cum etiam in populum Praelatus regularis ecclesiasticam exercet iurisdictionem.

[3] Wernz, II, 825 ; Laurentius, *Institutiones*, n. 213.

[4] C. Trident. c. VII, c. 7, collatum cum c. Presbyteri, unic. De cappellis monachorum, in. 6. (III, 18.)

[5] Cfr. De Luca, *De Regularibus*, discursus 64, p. 49.

In qua re illud est observandum, ex iure communi hodierno non posse parochias saeculares conferri Regularibus, sine indulto apostolico, vel speciali, vel generali, quale, v. g. conceditur quandoque in dispersione ; aut sine privilegio speciali, quale habent Canonici Praemonstratenses.

Speciale horum privilegium BENEDICTUS XIV, C^e *Oneroso*, 1 sept. 1750 (*Bullarium Bened.* t. 3, p. 304), his verbis concessit et confirmavit. « Canonicis regularibus qui nunc in eodem Ordine Praemonstratensi expresse professi sunt et in posterum etiam in eo professionem emittent, ut ipsi ex nunc et perpetuis futuris temporibus, absque ulla oppositione et contradictione, quascumque parochiales ecclesias, etiam saeculares, illarumque perpetuas vicarias clericis seu Presbyteris saecularibus conferri et assignari solitas, si tamen iis et eorum cuilibet canonice conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur vel alias assumantur ad illas, absque dispensatione apostolica consequi et in iis quavis auctoritate institui, illasque recipere et quoad vixerint retinere libere et licite possint, et valeant apostolica auctoritate praedicta, tenore earundem praesentium, ex integro perpetuo concedimus et indulgemus ».

4. Atque haec quidem de ecclesiis regularibus. Iam quaeritur utrum necne haec transferri possint in *Congregationes religiosas virorum clericorum*.

Dum scriptae sunt leges de ecclesiis monasteriorum, Instituta ista ignorabantur et proinde in iure praetermittebantur.

Porro, ut omnibus constat, sunt istis Institutis suae simplices ecclesiae, sive coniunctae conventui, sive ab eo separatae. Nullae autem sunt, quod sciamus, parochiales ecclesiae pleno vel semipleno iure talibus domibus unitae ; quod regimen a praesenti disciplina satis ducimus alienum. Ut vero religiosis istis ecclesia saecularis committatur, id eo facilius continget, quod munere parochiali non videntur hactenus prohiberi [1].

Animadvertendum est religiosos istos votorum simplicium ad corpus cleri saecularis ascribi [2], ita ut eorum

---

[1] BOUIX, *De Regularibus*, II, p. 39, ss. BARGILLIAT, *Praelectiones iuris canonici*, n. 1223.

[2] Cfr. apud BIZARRI, *Collectanea*, quae passim prolata sunt in causa Congregationis Presbyterorum *saecularium* super privilegio ; p. 796, ss. edit. 1).

ecclesiae genere dicendae sint *saeculares*, potius quam regulares. Perspicuitatis gratia, ecclesias istas dicemus *religiosas*.

ARTICULUS II. Quot variis modis ecclesia fiat regularis vel religiosa

I. 1. *A prima sua origine* ecclesia potuit ad religiosos pertinuisse :

a) Ipsa *aedificatione*, ut est ecclesia qua monasterium veluti perficitur et absolvitur ; vel quae religiosorum sumptibus in loco etiam separato vel distante legitime erigitur.

b) Ipsa *fundatione*, si conditor ecclesiae eam, in fundationis limine, a regularibus vel a religiosis haberi voluerit.

De legitima porro erectione vel fundatione agemus postea.

2. Religiosa fieri potest *praescriptione :* si bona fide et animo domini regulares vel religiosi ecclesiam possederint per tempus quod, ut existimant doctores, esse debet quadraginta annorum, immo immemoriale, nisi praeterea iustus adsit titulus [1].

3. *Unione* seu *incorporatione facta monasterio*. Cum de parochiali ecclesia agitur, nemo, praeter S. Pontificem, talem ecclesiam monasterio coniungere potest [2]. Alias vero ecclesias monasterio unire Episcopus non prohibetur.

Verum requiritur *a*) *Iusta causa*. Haec est necessitas, vel evidens utilitas, quae in valde conveniens cultus augmentum ferme recidet [3].

b) Prius facta *diligens causae exploratio*, ita ut nullus iuris sui accipiat detrimentum [4], et audiantur ii omnes quorum interest [5].

c) *Consensus capituli ecclesiae cathedralis* [6], nisi tamen

---

[1] Cfr. SCHMALZGRUEBER, in 1. 3. t. 5, n. 15-18. Ubi tamen ecclesia redeat ad primaevum statum *saecularis* vel *regularis*, ipse addit sufficere etiam sine titulo quadragenariam praescriptionem.

[2] C. Tridentinum, s. XXV, c. 13, Ref.

[3] VAN DE BURGHT, *De ecclesiis*, n. 450.

[4] Quare, si quorum ius ob unionem periclitetur, v. g. patronorum, debent hi unionem assensu suo probare.

[5] Ibidem, n. 453-455.

[6] C. Tridentinum, s. XXI, c. 5, De Ref. s. XXIV, c. 15, de Ref.

necessitas exquirendi suffragia capituli sit consuetudine sublata.

4. *Transformatione* ecclesiae saecularis in regularem. Hanc, ubi tamen non agatur de ecclesia parochiali, efficere potest Episcopus. In dioecesibus ubi viget lex scripta qua capitulum est in gravioribus interrogandum negotiis, oportet ut capitulum ecclesiae cathedralis transformationi assentiatur [1].

Dices iuri uniendi et transformandi ecclesias obesse Extravagantem *Ambitiosae*, qua bona ecclesiastica alienari vetantur sine apostolico beneplacito. Ut enim loquitur c. Tua, 8, De his quae fiunt a Praelato, etc. (III, 10), « Concessiones ecclesiarum perpetuas ad alienationes non *est* dubium pertinere. » Verum, in hoc alienationum genere, satis convenit inter scriptores, alienationes esse episcopis permissas, dummodo superioris iuris sollemnitates observent; in his autem sollemnitatibus, beneplacitum non continetur [2].

II. Elegans iam superest quaestio, utrum necne, facta *paroeciae regularis* divisione, altera quae exsurgit parochia, et dicitur filialis, sit ipso iure, vel esse possit regularis.

Memoramus in primis tunc tantum ab episcopo dividi posse parochiam, quando, sine divisione, obligationibus quae ecclesiae coniunguntur satisfieri nequiret, ut si, propter loci distantiam, populus aegre se in ecclesiam parochialem conferre posset [3].

Praeterea res ista ex iis est quae, ex iure saltem scripto, sunt deliberandae cum capitulo, et parochus (id est habitualis, si parochia pertinet ad collegium) ecclesiae dividendae est vocandus, et audiendi sunt alii quorum interest, ut, v. g. patroni [4].

Vacante parochia, Episcopus defensorem parochiae constituere debet [5], qui pro rectore est audiendus.

Divisio enim parochiae *per se* est odiosa, nec facile admittitur si Rectores fuerint inviti. Cfr PALLOTTINI,

---

1 Cfr. VAN DE BURGT, *De ecclesiis*, n. 475.

2 Cfr. VAN DE BURGT, n. 441, citans DE LUCA, *De alien.* disc. 1; n. 44; *De canonicis*, disc. 34, n. 4; *Annotationes ad Conc. Trident*, disc. 8. n. 12.

3 Cfr. SCHMALZGRUEBER, in 1. III, t. 5, n. 205, et C. Trident. S. XXI, c. 4, Ref.

4 Cfr. VAN DE BURGT, *De ecclesiis*, n. 67.

5 Id indirecte eruitur ex c. *Si una*, 2, Clem. *De rebus eccl. non alienandis* III, 4).

Collectio, etc., v. *Ecclesia parochialis* § 3, n. 51, 52. Nihilo minus, non infirmatur divisio, iustam ob causam facta, quamvis parochus non fuerit vocatus [1] ; et a decreto Episcopi non licet nisi *in devolutivo*, ut aiunt, appellare, ita ut interea omnes suos sortiatur effectus [2].

Age vero, in primis constat ab episcopis etiam regulares paroecias, invito monasterio, dividi posse, dummodo legitima subsit causa, et forma legalis servetur. Etenim Concilium Tridentinum, s. XXI, c. 4 Ref., facta prius Episcopo potestate agendi etiam tamquam sedis Apostolicae delegato [3], concedit ut parochias etiam exemptas dividere possit.

Atque haec interpretatio C. Tridentini pluribus S. Sedis actis firmata est ; et FAGNANI [4] testatur ita esse a Sanctissimo declaratum ; RICHTER [5] refert reponsum S. Congr. Conc. 16 mart. 1743 in Brixinen. ; expresse id docet Const. *Romanos Pontifices* [6], cui adhaeret *Conc. plenarium Americae latinae*, n. 299.

Ita ceterum docent FAGNANI, in Decretales [7] ; BOUIX, *De Parocho* [8] ; VAN DE BURGHT, *De Ecclesiis* [9], nec quemquam scriptorem repperimus qui dissentiat.

Immo, cum in paroeciae regularis divisione Episcopus non possit uti nisi delegata potestate, non debet tunc votum Capituli exquirere ; et appellatio (*in devolutivo*) ad S. Sedem est deferenda. Cfr. FAGNANI [10] vel BOUIX [11] vel VAN DE BURGT [12].

Excipiendae tamen sunt istae ecclesiae in quibus ipsi Regularium Superiores iurisdictionem episcopalem et temporalem in parochos et parochianos se habere demonstrant. Huiusmodi enim ecclesiae non tantum, expressa

---

[1] Cfr. dissert in ACTA S. SEDIS, t. 3 (1867), p. 396-400 ; et causam decisam 19 maii 1877, ACTA S. SEDIS, t. 10 (1877), p. 260-272. Ita etiam. SAGMULLER, *Lehrbuch des kath. Kirchenrechts*, § 67, p. 235.

[2] C. *Romanos Pontifices*, n. 15 (cfr. *De Religiosis*, t. 2, p. 724).

[3] Delegationem istam competere Episcopis etiam in ista parte capitis 4, declaratum est a S. Congregatione. Cfr. FAGNANI, in c. *Ad audientiam*, 10 (III, 48), n. 46-55

[4] In c. *Ad audientiam* (III, 48), n. 43.

[5] *Canones et Decreta C. Trid.* in c. 4 s. XXI.

[6] Cfr. A. VERMEERSCH, *De Religiosis*, t. 2, p. 724, n. 15.

[7] L. c. n. 48.

[8] P. 248, p. 270 sq. (Parte 7, c. 3).

[9] N. 467 et 60 sq.

[10] L. c n. 54.

[11] L. c. p. 270 sq.

[12] L. c. n. 68.

definitione C. Tridentini [1], visitatione episcopali sunt exemptae, verum etiam, ut pronuntiat BENEDICTUS XIV [2]; « abstinere omnino debet Episcopus tam a visitatione quam ab alio quocumque iurisdictionis actu in huiusmodi Parochos et Parochianos ».

Ambigat quispiam utrum necne eadem exceptio transferenda sit in illas ecclesias monasteriorum quas Tridentinum Concilium (eodem loco) ideo a visitatione episcopali fecit immunes, quia sedes ordinariae principales sunt Capitum Ordinum vel Abbatum generalium.

Quam porro extensionem negandam esse arbitramur. Etenim facultas vi cuius Episcopus regularium paroecias dividere permittitur minime cohaeret cum ipsius iure regulares paroecias visitandi. Prior Episcopo conceditur C. Tridentini s^e XXI, c. 4 de Ref., altera affirmatur s^e XXV, De Regul. et Mon.; prior in ipso est tamquam in Apostolicae Sedis delegato, altera ad ordinariam eius ascribitur potestatem [3]. Quare, ut rursus habet BENEDICTUS XIV, in dicta Const. *Firmandis* [4], exemptio a visitatione minime aufert Episcopo iurisdictionem in parochianos, vel ius instandi apud Superiorem Generalem ut parochus quem Episcopus noverit male administrantem ab animarum cura removeatur.

N. B. Ex cap. 5, De religiosis domibus (III, 36), potest Episcopus ecclesiam regularem, a regularibus nimis neglectam, ad saecularem reducere condicionem. Verum monet WERNZ, t. 2, n. 260, not. 22, post DE ANGELIS, in l. 3, t. 36, n. 5, negotia huiusmodi esse hodie S. Sedi reservata.

Postquam itaque legitime facta fuerit huiusmodi divisio ecclesiae regularis, putaverit quispiam ex divisione oriundas esse partes homogeneas, ita ut etiam nova ecclesia futura sit ipso iure regularis. Id tamen minime constat. E contrario. Cum sileant iura et nova ecclesia vivere incipiat vita propria, restat ut hic valeant principia generalia iuris, quae iubent beneficia esse saecularia et liberae collationis, nisi ratio contraria demonstretur. Atque hoc modo controversiam solvit C. *Romanos Pontifices* [5] de divisione missionum regularium in Anglia Ante, in dicta

---

1 S. XXV, c. *De Religiosis*.
2 C. *Firmandis*, n. 13 VERMEERSCH, *De Religiosis*, t. 2, p. 681, 682.
3 BENEDICTUS XIV, eodem loco.
4 N. 17. VERMEERSCH, op. cit. p. 683.
5 N. 15 et 16, Cfr. VERMEERSCH, *De Religiosis*, II p. 724, 725.

causa Brixinen. quaestio ista est disputata. Controversia enim inter Episcopum et monasterium non erat de opportunitate parochiam dividendi, sed de iuridica futurae paroeciae ratione. In hanc saltem ius patronatus pro se vindicabant regulares. Episcopus, contra, plura exempla afferebat erectionis alterius paroeciae per divisionem paroeciae etiam proprie et plene regularis, sine ullo Regularium iure in novam paroeciam. In quam sententiam concessit S. Congregatio, iudicando liberae collationis esse vicariam exortam ex divisione ecclesiae coniunctae monasterio [1].

Si vero instituendi vicarii dos, quae in dicta causa aliunde sumebatur, constituta esset ex bonis monasterii seu antiquae paroeciae, monasterio iunctae, tunc ius patronatus et proinde ius praesentandi vicarium non esset monasterio denegandum. Cfr. FAGNANI BOUIX, et VAN DE BURGT [2].

QUAESITA VARIA

N. B. *Deinceps, hoc titulo, quasdam quaestiones solvere cogitamus quas vel factae interrogationes vel exortae controversiae demonstrarint esse opportunas.*

I. De interruptione noviciatus ob unius diei absentiam

I. **Quaestionis occasio**. Egregia ephemeris AMI DU CLERGÉ, de cuius auctoritate quidpiam detrahere nolimus, bis, 13ª iulii et 2ª novembris 1905, assertum istud propugnavit generale : Statim ac novicius vel per unam tantum noctem, etiam necessitate compulsus, extra noviciatus domum versatus sit, ita interrumpitur noviciatus, ut vel denuo sit inchoandus, vel postulanda sit S. Sedis dispensatio. »

Proposita tamen argumenta visum est hic aequa librare lance, ne, quod timemus, plurium animi articulo isto parum utiliter commoveantur.

II. **Proposita argumenta** in AMI DU CLERGÉ. —

---

[1] Cfr. *Thesaur. Resol. S. C. C.* t. 12 (1743), Brixinen, 16 febr. 16 mart. et 22 iun. 1743, p. 46-49, 60, 132.

[2] L. c. n. 39 ; BOUIX, l. c. p. 277 ; VAN DE BURGT, n. 83.

1. In primis moralistarum auctoritatem in hac re declinare frustra conantur, cum moralis quaestio officiorum superioris et religiosorum ex canonico votorum valore prorsus pendeat.

2. Sed nituntur potissimum S. Congregationis iurisprudentia : ex hac, sic aiunt, non autem ex privatis sententiis valor actuum est eruendus.

R. Partialem sane haec continent veritatem ; partialem tamen et prudenter accipiendam. Genuinus enim iurium fons in primis est ipsa lex, a qua fieri potest ut sententia deflectat, sicut probant concessae audientiae novae et reformationes iurisprudentiae. Tunc ergo sententiae fere legibus assimulantur, cum de stilo curiae satis constiterit. Praeterea, fons iuris canonici est etiam rationabilis consuetudo, quae ab ipso legislatore ignorari potest. Nec statim conclamandum est, iurisprudentiam S. Congregationis ita se habere. Namque aliud profecto sunt responsa quae suffragiis Cardinalium sunt data ; aliud sanationes ad cautelam quae opus quandoque sunt secretariae.

Sic itaque dici debuit : **a**) Valor actus est in primis ex lege eruendus. — **b**) Ad dubiam legem interpretandam potissimum valent authenticae competentis Congregationis declarationes ; dein constans Congregationum iurisprudentia.

Age porro, in re praesenti haec sunt observanda.

a) *De competentia S. Congregationis.* Cum agitur de Ordinibus regularibus, annus noviciatus ad valorem requiritur lege Tridentina, s. XXV, c. 15, *De Regularibus.* Norunt autem omnes, authenticam declarationem decretorum Tridentinorum reservari S. Congregationi quae ab ista interpretatione nomen est sortita, id est S. Congregationi Cardinalium S. Concilii Tridentini interpretum, seu brevius, S. Congregationi Concilii. Haec autem non semel declaravit noviciatum non interrumpi commoratione novicii extra claustra, cum licentia Praelati proprii. In opere *De Religiosis*, t. 2, 135, 136, quattuor attulimus sententias iudiciales, quarum una etiam stipata est clausula *et amplius*, quod unanimem prodit Cardinalium consensum.

Ex parte autem contraria, nulla affertur decisio S. Congregationis Episcoporum et Regularium, sed animadversiones factae cum ageretur de approbandis Institutis novis, et concessae sanationes. Verum quis ignorat sanationes saepe dari ad cautelam et sine vera necessi-

tate [1] Animadversiones autem ad Instituta iam approbata per se non spectant.

3. Tertio suo argumento scriptor ephemeridis AMI DU CLERGÉ, ut plurimorum infringat prudentum auctoritatem, contendit praeferendos esse scriptores qui ad S. Congregationem aliquo modo pertineant, cum ipsi possint melius penetrare S. Congregationis usus et mentem.

Nonne statim perspicitur haec nimis generaliter esse posita ? Sed, ne in aliquam incurramus invidiam, plura quae dici possint hic silentio praetermittimus.

Satis erit respondere *ad hominem*. Notissimus est *Romanus* professor iuris canonici, WERNZ, idemque ad potissimas Congregationes pertinet, non qualicumque titulo, sed ut Consultor summae famae. Ipse autem quid de severiore habet sententia, quid de placitis NERVEGNA, in cuius verba volunt ut iuremus ? « Quae Nervegna tradit de vera interruptione noviciatus.... continent doctrinam ex iure communi *nimis rigidam atque erroneam*. » (*Ius Decretalium*, t. 3, p. 676, nota 259. Locum attulimus integrum, in opere *De Religiosis*, t. 2, p. 137.)

Conclusio. 1. Seclusa speciali Constitutionum sanctione, res tantum ambigi potest pro iis Institutis in quibus noviciatus extra domum a S. Sede designatam fieri nequit. Cfr. tunc quae satis fuse disseruimus, *De Religiosis*, t. 2, p. 136, 137.

2. Si vero, secundum approbatas Constitutiones, domus noviciatus non est specialiter designanda, tunc ne specie tenus quidem argumentum habetur pro severiore sententia. Quocirca in usu benigniore tuto perseverari poterit. Quamquam Superioribus videtur cavendum ut ob graves tantum causas, et ad breve omnino tempus, commorationes extra claustra permittant.

[1] Indulta ista fuisse saepe saltem ad cautelam data, putat D. BOUDINHON, CANONISTE CONTEMPORAIN, 1905, p. 560.

PARS ALTERA
MONUMENTA

74. — Emi CARDINALIS VICARII URBIS

LITTERAE 18 MAII 1905 AD SUPERIORISSAS SORORUM

De prudenti hospitalitatis ratione

Molto Reverenda Madre,

Gaudium de actione communitatum religiosarum conceptum sollicitudine misceitur ne quis usus minus probandus inolescat.

Da qualche anno si sono moltiplicate in Roma le opere di comunità religiose femminili, con grande vantaggio delle anime, e sviluppo molteplice della cristiana carità.

Di questo fatto consolantissimo dobbiamo rendere grazie al Signore, che non manca di soccorrere la sua Chiesa con mezzi proporzionati alle necessità nuove dei tempi ; ma è nostro dovere di vigilare attentamente su quanto dall' attività di queste Congregazioni si viene attuando, allo scopo di accrescerne gli effetti benefici, e tener lontani quegli abusi che uno zelo, a volte poco illuminato e poco prudente, potrebbe introdurre.

Interdum hospitio recipiuntur personae extraneae, idque non mere ex caritate.

Un punto tra gli altri ha richiamato la nostra attenzione e quella altresì del Santo Padre, ed è l'abitudine invalsa in parecchie comunità di ospitare, per un tempo più o meno lungo, nelle loro case persone estranee. Questo fatto innegabile non si può sempre giustificare con lo spirito della carità cristiana, la quale si esercita con

---

1 Haec ita latine reddimus.

Admodum Reverenda Mater,

Ab aliquot annis multiplicata sunt in Urbe opera familiarum religiosarum muliebris sexus, quod valde proficit animis, et plura christianae caritati dedit incrementa.

De qua laetissima re gratias agere debemus Domino, qui ad novas temporum necessitates accommodatis mediis Ecclesiae suae opitulari non omittit ; ad officium autem nostrum pertinet ut sollicite attendamus ad quaecumque congregationes istae suscipiant opera, quo magis eorum crescant effectus salutares, procul autem arceantur improbandi usus qui a zelo interdum parum erudito et parum prudenti proficisci possunt.

Inter alia observanda, illud tam nos quam S. Pontificem facit sollicitos, quod in nonnullis familiis mos inolevit extraneas personas, per plus vel minus amplum temporis spatium, exipiendi hospitio. Qaae res explorato spiritu christianae caritatis semper excusari nequit, cum haec,

sacrifizio e disinteresse, e non deve ridurre mai una casa religiosa ad una specie di albergo.

Hinc **Iussa** *S. Pontificis.*

Per ovviare a questo pericolo, il Santo Padre è venuto nella determinazione di dare gli ordini seguenti, che ci affrettiamo di comunicare a Vostra maternità :

1. Ne viri saeculares recipiantur hospitio vetatur.

1° È assolutamente vietato di ospitare in case religiose di suore uomini secolari ;

2. Optatur ne recipiantur ecclesiastici.

2° Sarebbe desiderabile che nemmeno agli ecclesiastici fosse offerta ospitalità nelle case suddette ; potendo essi usufruire di collegi o comunità religiose maschili, che abbondano in Roma ;

3. Permittuntur recipi personae femineae quae cupiunt vitam agere tranquillam.

3° Si permette unicamente di ricevere signore e signorine che, trovandosi sole, amano una vita ritirata, che difficilmente potrebbero condurre altrove.

Dies (18 maii 1905).

Nella certezza che tali ordini del S. Padre saranno subito e con la maggiore esattezza adempiti, la benediciamo di cuore nel Signore.

Dalla Nostro Residenza, il 18 maggio 1905.

PIETRO. Card. *Vicario.*

Francesco Can. Faberi, Secret.

---

75. — S. C. SUPER NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

INDULTUM (EX AUDIENTIA) SS^mi. 23 MAII 1905

Facultates Missionariorum Ordinis Fr. Minorum in America latina

Orator

Frater Bonaventura Marrani, Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, se ad pedes Sanctitatis Tuae humillime provolvit, enixe implorans sequentes facultates in favorem Religiosorum qui in regularibus ipsiusmet Ordinis Provinciis apud Americam latinam in sacro Praedicationum et Missionum exercitiorumque spiritualium ministerio salubriter occupantur ; nempe :

Petita pro missionariis Americae latinae.

I. De Cruce Missionum.

I. Ut in fine Missionum Crucem sollemniter benedicere valeant ac erigere, cum Indulgentia Plenaria, etiam defunctis applicabili, in

---

propria impendendo, gratuitam praestat operam et numquam religiosam domum deversorii similem aliquo modo facere debeat.

Ut a periculo isto caveatur, Beatissimus Pater consilium cepit haec statuendi, quae incunctanter cum Maternitate Vestra communico.

1. Absolute vetantur in religiosis sororum domibus hospitio recipi viri saeculares.

2. Optandum fuerit ne vel ecclesiasticis viris in dictis domibus hospitium offeratur, cum possint ipsi frui multis collegiis vel virorum coenobiis quae in Urbe exstant.

3. Copia tantum fit ut mulieres et puellae admittantur quae, solae cum sint, vitam amant tranquillam, quam difficulter alibi agere possint.

Ex aedibus nostris, 18 maii 1905.

gratiam fidelium qui, coram ipsa Cruce, in die erectionis, in Anniversario aut Dominica proxime insequenti, insuper in Festis Inventionis et Exaltationis eiusdem Crucis vel Dominica respective insequenti, iuxta consuetas intentiones oraverint, et Ecclesiam Parochialem loci ubi Crux erecta est devote visitaverint; ac denique cum Indulgentia partiali tercentorum dierum in eorundem fidelium favore, qui ante praefatam Crucem septies Salutationem Angelicam, vel in honorem Vulnerum Domini quinquies Orationem Dominicam et salutationem Angelicam pie recitaverint, pro defunctis istem applicabili.

II. Indulgentiae pro frequentantibus contiones.

II. Ut fideles, qui ter saltem Contionibus Missionum ab iisdem religiosis habendarum interfuerint, et vere paenitentes et confessi ac Sacra Communione refecti parochialem loci Ecclesiam, ubi Missio habita est, devote visitaverint, ibique iuxta consuetas intentiones oraverint, Plenariam Indulgentiam pro defunctis pariter valituram assequi possint; quam quidem extraneis, etiamsi alibi, id est extra Paroeciam in qua Missio habetur, Sacramentalem Confessionem et Communionem peragant, intra quindecim dies post expletam Missionem liceat promereri.

III. Facultates applicandi rebus indulgentias apostolicas.

III. Ut iidem Sacerdotes Ordinis Minorum tam publice quam privatim benedicere Cruces et Coronas ac Numismata ceteraque piae devotionis obiecta, iisque Apostolicas aliasque de more Indulgentias applicare valeant.

IV. Benedictio Apostolica.

IV. Ut laudati Religiosi Benedictionem Apostolicam in fine Contionum possint Fideli populo impertire, eamque sibi dum impertiunt lucrari.

V. Scapulariorum impositio.

V. Ut denique ipsi Fratres, benedicere etiam sub unica formula quattuor Scapularia necnon cetera possint ac fidelibus imponere, eosque in respectivam Confraternitatem aggregare, quin eorum nomina in Regesto describantur: facta insuper iisdem fidelibus potestate Scapularia sibi imponendi, dum Sacerdos consuetas preces persolvit; idque magni concursus tempore, uti Exercitiorum ac Missionum necnon functionum praecipuarumque anni sollemnitatum, cum in hisce casibus absolute impossibile sit, sive ob deficientiam Sacerdotum tunc audiendis confessionibus laboribusque aliis intentorum, sive ob reliquas passim occurrentes difficultates, et iteratis fidelium votis occurrere, atque iniunctas simul formalitates implere.

Ratio cur haec facilius concedantur.

Has porro facultates humillimus Orator eo fidentius a Sanctitate Tua se assecuturum confidit, quod et illis iam alii Ordines seu Congregationes Regulares ornentur, ac per eas abundantiorem inter fideles populos fructum e sacro praesertim divini verbi ministerio per Fratres Minores exercendo spes fulgeat obtinere.

Et Deus, etc.

Ex Aud. SS^mi. Die 23 maii 1905.

Audientiae dies (23 maii 1905).

SS^mus Dous Noster Pius, divina Providentia Papa X, referente me infrascripto S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praepositae Subsecretario, praedictas Indulgentias et facultates benigne concedere dignatus est ad quinquennium proximum. Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Concessio quinquennalis.

Datum Romae e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die mense et anno praedictis.

Dies praedicta.

Iosephus Aversa, Subsecr.

76. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (24 MAII 1905)

RESPONSA DE RITUALI NUPER EDITO

Ordinis Carmelitarum antiquae Observantiae

Orator **Dubia**.

R. P. Simon [1] Bernardini, Ordinis Carmelitarum Antiquae Observantiae, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia reformata, pro opportuna solutione, humillime exposuit:

Suntne ritus proprii a parochis etiam observandi.

I. An ritus proprius, quo Carmelitae Antiquae Observantiae utuntur in celebratione Missae et in administratione Sacramentorum et Sacramentalium, retinendus sit ab omnibus Religiosis ad Ordinem pertinentibus, iis non exceptis qui ad Paroecias regendas assumuntur?

An deficientes ritus suppleri potuerunt ex Rituali Romano

II. An sit improbanda praxis recepta in Liturgia Carmelitica, ut quae formae ac caerimoniae pro uno vel altero Sacramento vel Sacramentali deerant in ritu Ordinis peculiari, ex Rituali Romano desumerentur?

Num edi potuit Rituale a Generali.

III. Et quatenus affirmative ad I. et Negative ad II. An in facultate sit Prioris Generalis Ordinis Carmelitarum Antiq. Observ. tam ritus peculiares Ordinis quam eos qui ex Rituali Romano supplentur, in unum volumen colligere sub titulo « *Ritualis Carmelitici* », et omnibus suis subditis huius Ritualis observantiam praescribere?

Coetus peculiaris 16 maii 1905.

Sacra porro Rituum Congregatio, in peculiari Coetu ad Vaticanum habito, die 16 vertentis mensis maii, proponente Emo et Rmo Dno Cardinali Vincentio Vannutelli Episcopo Praenestino, et Relatore, audito etiam R. P. D. Alexandro Verde, S. Fidei Promotore, omnibusque sedulo perpensis rescribendum censuit:

Responsa.

Ad I. Ad I. *Affirmative.*

Ad II. Ad II. *Negative.*

Ad III. Ad III. *Affirmative.*

Confirmatio Sanctissimi.

Quas resolutiones Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X ab infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatas, Sanctitas Sua ratas habere et confirmare dignata est. Die 24 maii 1905.

Dies (24 maii 1905).

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotationes

1. Iam ex ipsa forma speciali qua responsa ista sunt confecta, perspicitur singulare negotii quod agebatur momentum. In coetu enim peculiari et per relatorem Cardinalem instituta est rei deliberatio. Quaestiones ea ratione sunt positae quae Sacrae placuit Congregationi. Orator enim profitetur se dubia exponere *reformata*, scilicet a S. Congregatione. Denique, contra ac fieri consuevit, non ante sunt responsa edita quam Summi Pontificis rettulerint confirmationem.

Age vero, quantum interfuerit dubia ista accurate solvi facile

---

[1] Monumentum damus ut habetur in Anal. Eccª, p. 450, correctis mendis quae p. 286 idem periodicus libellus ab Acta S. Sedis fatetur se esse mutuatum.

eruitur ex commentariis quibus in ANALECTA ECCLESIASTICA responsa ista ornarunt prius P. ELIAS COCCIA, Ord. Carmelitarum [1], tum P. MARCUS MAGISTRETTI [2], magister caerimon. cathedralis Ecclesiae Mediolanensis.

2. Ut prius ipsam *speciem facti* a P. E. COCCIA mutuemur, satis notum est a Patribus Carmelitanis Antiquae Observantiae servari potuisse propriam liturgiam latinam, quae Hierosolymitana nuncupatur, cum pluribus saeculis esset Piana reformatione Breviarii ac Missalis (1568, 1570) antiquior. (Carmelitae Reformati Romano utuntur Ordine.) Porro dum Breviaro, Missali, Martyrologio, Caerimoniali proprio non carebant, ritus administrandi sacramenta ac sacramentalia non erant in unum Rituale collecti, sed, quod etiam usque ad Paulum V in ritu romano cernebatur, in variis libris liturgicis dispersi erant. Hinc, quo commodius agerent, coeperunt plures Carmelitae uti rituali romano, praesertim cum certos ritus, id est, conferendi baptismi et celebrandi Matrimonii in propriis libris desiderarentur [3]. Quo melius servandis Ordinis privilegiis consuleretur, R^mus P. Pius Mayer, Prior Generalis, mandatum exsequens Generalis Capituli a quo, a° 1902, erat Ordini praefectus, ex propria Ordinis liturgia collectos ritus in Rituale redegit. Si qui porro ritus in libris propriis desiderarentur, illos ex Rituali romano in proprium Rituale transtulit. Quod subinde perfectum, toti Ordini, etiam parochis, praescripsit observandum.

Verum, promulgato decreto, de eius vi ac legitima ratione coeptum est dubitari. Hinc, quaesita ac responsa quorum paucis verbis hic iuvabit reddere rationem.

3 a) Et prius quidem quaesitum est utrum servandis ritibus Ordinis propriis obstringerentur omnes Ordinis sodales, an in administrandis sacramentis at sacramentalibus eximendi forent parochi qui saeculares curarent animas. Dum S. Rituum Congregatio etiam a parochis Carmelitanis ritus Ordinis observandos esse decrevit, mere receptam legem et sollemnia principia confirmavit, secundum quae debet quivis sacerdos proprium in sacramentis ministrandis ritum servare nec ad fidelium ritum se accommodare permittitur. Ita, si quando Orientali fideli contigerit a latino ministro recipere sacramenta, haec latino ministranda sunt ritu.

b) Probavit dein S. Rituum Congregatio usum supplendi ex Rituali romano deficientes ritus proprios. Et recte quidem. Supplendi etenim vera erat necessitas ; supplendi ex aliena disciplina exemplum habebatur in ipsa lege canonica, quae civili romanorum iure suppletur ; supplendi ex rituali romano cogens ratio erat, quod ritus Carmelitarum ad latinos ascribitur ; nec in ecclesia latina, secluso privilegio, alios ritus praeter romanum adhibere licet.

c) Restabat tertium dubium, quod magis ambigi videbatur. Etenim, ex ipsa *C. Officiorum ac Munerum*, Leonis XIII, art. 18, nefas est in authenticis editionibus Ritualis quicquam immutare, « si secus factum fuerit, hae novae editiones prohibentur ». Licuitne itaque R^mo Priori Generali proprio marte Rituale conficere ea quam diximus ratione ? Factum tamen probavit S. Rituum Congregatio.

---

[1] ANAL. ECCL. t. 13 (1905), p. 286-288.

[2] Ibidem, p. 460.

[3] Non videntur enim Carmelitae olim rexisse paroecias.

Cuius responsionis haec nobis videtur esse ratio, quod non agebatur de immutando Rituali romano vel libro liturgico a S. Sede approbato, sed de primum edendo Ordinis Rituali ; in quod ceterum nullum induxit R^mus Prior Generalis ritum non servari solitum : ipsi enim ritus ex romano Rituali deprompti iam longo usu erant facti Carmelitarum. Denique, quod non est neglegendum, ab eo editum est Rituale istud cui, tamquam Ordini praefecto, propriorum servandorum rituum incumbebat cura atque provincia.

4. Sollemnibus his responsis etiam constat iam licere Patribus istis trinam dare, infra octavam *Corporis Domini*, benedictionem cum SS. Sacramento. Id enim fieri praescribit proprium Rituale. Olim, 6 iun. 1696 et 16 maii 1744, de benedictione ista duo data sunt rescripta, quorum prius negabat, alterum vero agnoscebat ipsis hoc privilegium.

Cum autem negans responsum solum esset (n. 1944) in novissima Decretorum authenticorum collectione relatum, alterum (ex lege in Praefatione Collectaneorum explicata) erat ut priori contrarium suppressum ; nunc tamen praesentibus responsis standum erit. (Cfr. MONITORE, t. 16, p. 522.)

5. Denique, ut observat R. P. MAGISTRETTI, denuo in hac causa se prodit S. Sedis mens, ut intacti serventur legitimi ritus quos ipsa commendat antiquitas, nec in una eademque ecclesia ritus misceri sinantur.

---

77. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (24 maii 1905)

RESPONSUM DE AUTHENTIA ASSERVATORUM PRAECORDIORUM S. FRANCISCI ASSISIENSIS

Assisien.

Proponitur controversia in Comitiis peculiaribus 16 maii 1905.

Differtur quaestio praecipua. Contendentibus imponitur silentium. Argumenta nova subicienda sunt S. Congregationi, sine cuius scripta licentia nihil edendum.

Approbatio SS^mi. Dies (24 maii 1904).

Quaestioni olim agitatae, postea sopitae, nuperque iterum excitatae super praecordiis S. Francisci Assisiensis, quae Assisii, in Ecclesia S. Mariae ab Angelis nuncupatae, religiose custodiri alii affirmant, allata etiam vetusta Ordinis Minorum traditione, et alii negant vel in dubium revocant : Sacra Rituum Congregatio in peculiaribus Comitiis ad Vaticanum habitis die decima sexta elapsi mensis maii, proponente E^mo et R^mo D^no Cardinali Francisco Segna Causae Relatore, omnibus ex utraque parte ad rem deductis argumentis atque documentis discussis accurateque perpensis, attento etiam voto Commissionis Historico-Liturgicae, atque audito R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, ita respondere censuit : « Imposito partibus de hac re contendentibus et disputantibus magno silentio, quaestionis praecipuae resolutio differatur, manente interim in sua possessione enuntiata traditione. Si quid autem novi pro una vel altera sententia in casu reperiatur, Sacrorum Rituum Congregationis examini et iudicio erit subiciendum ; nihilque edendum nisi de ipsius sacri Concilii expressa atque scripta licentia ».

Quas resolutiones, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatas, Sanctitas Sua ratas habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 24 maii 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro Praefectus*,
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

78. — SECRETARIÆ STATUS

INDULTUM, EX AUDIENTIA SS^mi. 3 IUN. 1905

Privilegia alterius Societatis communicantur cum Societate Imm. Conc. a Numismate

Oratores. Archiepiscopus et Episcopi Poloniae enixe rogant Sanctitatem Tuam, ut Societati Immaculatae Conceptionis a Sacro Numismate easdem Indulgentias atque eadem privilegia velit concedere, quibus gaudet Societas a Scapulari Immaculatae Conceptionis B. M. Virginis. **Petitum.**

Ex Audientia SS^mi die 3 iunii a. 1905. *Dies audientiae (3 iun. 1905).*

Beatissimus Pater preces, quae supra exhibentur, benigne excipiens, petitam gratiam imperture dignatus est, ea tamen lege, ut qui in Societatem Immaculatae Conceptionis a Sacro Numismate cooptantur, eorum nomina in Catalogo inscribantur. *Conceditur gratia, dum inscribantur nomina.*

Datum e Secretaria Status, die, mense et anno supradictis. *Dies praedicta.*

R. Card. MERRY DEL VAL.

---

79. — SS. D. N. PII X

BREVE 7 IUN. 1905

Indulgentiae pro celebratione 15 fer, 3^arum in honorem S. Dominici

Concessionis occasio. Cum, sicuti accepimus, a fidelibus ac praesertim alumnis Ordinis S. Dominici, piae exercitationes ac supplicationes per quindecim ferias tertias festum S. Patris Legiferi Dominici Confessoris immediate antecedentes fieri soleant ; Nos, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem procurandam caelestibus Ecclesiae thesauris intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere paenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui saltem octies piis huiusmodi exercitiis ac supplicationibus vacaverint, et ecclesiam ubi memoratae exercitationes fient devote visitaverint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea fidelibus iisdem corde saltem contritis, qua vice praefatis exercitiis operam impenderint, de numero poenalium dierum in forma Ecclesiae solita ducentos expungimus. Tandem largimur fidelibus iisdem, ut si malint, liceat plenaria ac partialibus his indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad decennium tantum valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate

Et ratio.

Indultum indulgentiarum.

Ad decennium.

Fides transumptis etc.

Dies (7 iunii 1905).

constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum sub anulo Piscatoris. die VII iunii MCMV, Pontificatus Nostri anno secundo.

Pro Dno Card. Macchi,
N. Marini, Substitut.

---

80. — S. CONGR. INDULGENT. ET SS. RELIQUIARUM

INDULTUM 7 IUN. 1905. DECRETUM 23 IUN. 1905 ET RESCRIPTA 11 AUG. 1905

Indulgentiae Ordinis FF. Min. Capuccinorum

A. *Indultum 7 iun. 1905*

Orator **petit** *ut Ordinis indulgentiae sint applicabiles.*

Minister Generalis Ordinis Minorum Capuccinorum, ad osculum S. Pedis humiliter prostratus, S. V. exponit se praesentavisse S. Cong. Indulgent. et SS. Reliquiis praepositae Summarium cunctarum Indulgentiarum et omnium Privilegiorum a SS. PP. concessorum Ordini praefato. Ad tollendum omne dubium et ad uniformitatem obtinendam, humilis Orator implorat a S. V. concedi ut omnes Indulgentiae relatae in elencho supradicto sint applicabiles animabus defunctorum, excepta Indulgentia Plenaria *in articulo mortis* lucranda. Qua de gratia...

Concessio.

S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a SSmo Dno Nro Pio PP. X sibi tributis, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C., die 7 iulii 1905.

Dies (7 iun. 1905).

A. Card. Tripepi, *Praef.*
Pro Secret. Ios. M. Can. Coselli, Substit.

B. *Decretum 23 iun. 1905 quo Summarium Indulgentiarum approbatur*

Summarium Indulgentiarum, Privilegiorum et Indultorum quae Romani Pontifices Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum concesserunt

Articulus I. — *Indulgentiae, Privilegia et Indulta ipsis Fratribus Ordinis, intuitu status religiosi concessa*

A. — Indulgentiae Plenariae

Ingressus.

1. Omnibus Christifidelibus die primo eorum ingressus in religionem, si confessi S. Communionem sumpserint (Paulus V, « *Romanus Pontifex* », 23 maii 1606).

Professio.

2. Cuilibet Novicio, qui confessus, et S. Communione refectus, post completum probationis annum, professionem emiserit (Idem, ibidem).

Festum princ. Ordinis.

3. Cuilibet Religioso, intra claustra monasterii sui viventi, in festo principali sui Ordinis, dummodo confessus et S. Communione refectus ad mentem Summi Pontificis oraverit (Id. ibid.).

4. Cuilibet Religioso in mortis articulo, si uti supra dispositus, vel saltem contritus SS^mum Iesu nomen ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit (Id. ibid.). *In articulo mortis.*

5. Illi qui, legitime ordinatus, praevia confessione, primam Missam celebraverit, et aliis religiosis qui confessi et S. Synaxi refecti eidem Missae interfuerint (Id. ibid.). *Prima Missa.*

6. Iis qui per decem dies, vel, aliquo interveniente legitimo impedimento a Superioribus dignoscendo, saltem per tres dies, ab aliorum conversatione separati, SS. Spiritualibus Exercitiis, videlicet piis lectionibus, meditationibus mysteriorum fidei, orationibus vocalibus, saltem per duas horas cotidie operam dederint, dummodo confessi S. Communionem sumpserint (Id. ibid.; Pius X, Rescr. S. Congr. Indulg., 14 decembris 1904). *Exercitia spiritualia.*

7. Iis qui confessi ac S. Synaxi refecti orationi Quadraginta Horarum, tempore visitationum generalium a Superioribus collocatae, spatio saltem duarum horarum diverso tempore interfuerint, et ibi ad mentem Summi Pontificis, necnon pro disciplinae et observantiae regularis augmento pias ad Deum preces fuderint (Paulus V, loc. cit.). *Oratio 40 Hor. in visitatione.*

8. Iisdem qui die Commemorationis omnium Defunctorum primi et secundi Ordinis, uti supra dispositi, ecclesiam vel oratorium sive publicum, sive privatum Ordinis visitaverint, et inibi ad mentem Summi Pontificis oraverint (Pius X, Breve 10 februarii 1905). *Commemoratio Defunctorum Ordinis.*

9. Iisdem, die anniversaria Professionis S. P. Francisci, si, uti supra dispositi, eadem pietatis opera praestiterint (Id. ibid.). *Professio S. Francisci.*

10. Cuilibet Religioso recitanti Coronam Franciscanam, scilicet septem gaudiorum B. M. V. (Paulus V, 8 iunii 1608; Innocentius XI, Breve 15 maii 1688). *Corona Franciscana.*

11. Religiosis qui die 29 novembris, qua S. P. Franciscus S. Regulæ confirmationem ab Honorio III reportavit, confessi ac S. Communione refecti professionem renovaverint et ad mentem Summi Pontificis, necnon pro spirituali Ordinis profectu pias ad Deum preces fuderint (Clem. XII, « *Cum sicut* », 2 maii 1736). *Die 29 novembris.*

12. Iisdem, in festo Epiphaniae, die anniversaria consecrationis totius Ordinis SS^mo Cordi Iesu, si confessi ac S. Synaxi refecti sollemnem professionem renovaverint (Pius IX, 7 octobris 1873). *In Epiphania.*

13. Iisdem, semel in anno, die quo cuique libuerit, dummodo confessi et S. Communione refecti ad intentionem Summi Pontificis oraverint, tempore quo infrascripta exercitia peregerint: eundi per claustrum septem vicibus et visitandi in fine SS^mum Sacramentum (loco visitandi septem Ecclesias Urbis); eundi ter per claustrum et visitandi altare aut imaginem B. M. V. (loco visitandi Sanctuarium Lauretanum); eundi ter per claustrum et visitandi altare aut imaginem SS^mi Crucifixi (loco visitandi Sanctuarium Montis Varalli); et demum eundi similiter ter per claustrum et visitandi altare aut imaginem S. P. N. Francisci (loco visitandi Sanctuarium Assisii et Alverniae) (Pius VII, 25 septembris 1779). *Semel in anno pro quibusdam visitationibus.*

14. Iisdem Religiosis qui, confessi ac S. Synaxi refecti, *Absolutionem Generalem*, sub formula « Ne reminiscaris », a Superioribus Ordinis vel ab aliis Religiosis ab ipsis deputatis, et, relate ad Moniales, ab earum confessario vel ab alio sacerdote, licet ad audiendas earum confessiones non approbato, ab Ordinario tamen delegato, impertiendam, acceperint et iuxta mentem Summi Pontificis oraverint, sequentibus diebus festis: *Absolutio Generalis.*

Nativitatis
Circumcisionis
Epiphaniae
Paschatis Resurrectionis
Ascensionis
Pentecostes ;
SSmae Trinitatis ;
Corporis Christi ;
Purificationis
Annuntiationis
Visitationis
Assumptionis
Nativitatis
Immaculatae Conceptionis
Praesentationis
SS. Apostolorum Petri et Pauli ;
S. P. Francisci ;
S. Clarae Virg. Assisiensis ;
S. Catharinae Virg. et Mart. ;
Omnium Sanctorum ;
Singulis diebus Hebdomadae maioris ;

D. N. Iesu Christi ;

B. V. M. ;

Semel in anno, die quo in singulis monasteriis peragitur canonica visitatio.

(Pius X, Breve 10 februarii 1905).

Festa S. Fidelis et S. Franc. Xav.

15. Iisdem, in festis — S. Fidelis a Sigmaringa et — S. Francisci Xaverii, dummodo confessi ad S. Synaxim accesserint et cotidie per annum precationem « *Misericordiarum Pater* » recitaverint (Leo XIII, Rescr. S. Congr. Indulgent., 19 novembris 1895).

Sexies Pater et Ave.

16. Quilibet ex Religiosis totiens indulgentias Stationum Urbis, Portiunculae, Hierosolymitanorum locorum, Aedis S. Iacobi Ap. Compostellanae, lucrari valent, quotiens in quocumque loco *Pater*, *Ave* et *Gloria* quinquies pro incolumitate rei christianae et semel ad mentem Summi Pontificis recitaverint (Leo X, 1 septembris 1518).

B. — Indulgentiae Stationum Urbis

Visitatio Ecclesiae pro ecclesiis Urbis et extra eam.

Omnes et singuli Religiosi inter claustra viventes, qui suam ecclesiam devote visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, consequuntur easdem indulgentias quas visitantes ecclesias Urbis et extra eam, diebus Stationum ad Missali Romano designatis, consequerentur, dummodo cetera opera iniuncta praestiterint (Paulus V, « *Romanus Pontifex* », 23 maii 1606).

Psalm. Exaudiat.

Easdem indulgentias Religiosi in coenobiis degentes lucrari valent, si confessi ac S. Communione refecti, diebus stationalibus fixis, Psalmum « *Exaudiat te Dominus* » cum versiculis et orationibus statutis pro Romano Pontifice et S. Matre Ecclesia recitaverint; et si illum recitare ignoraverint, eius loco ter Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam dixerint et ad mentem Summi Pontificis oraverint (Pius IX, Breve 7 augusti 1868).

C. — Indulgentiae Partiales

Oratio mentalis.

1. *Sexaginta annorum totidemque quadragenarum* cuilibet Religioso, qui per mensem integrum singulis diebus spatio mediae horae orationi mentali vacaverit, dummodo confessus ultima

dominica huiusmodi mensis ad S. Synaxim accesserit (Paulus V, « *Romanus Pontifex* », 23 maii 1606).

Professionis renovatio.

2. *Septem annorum*, prima feria sexta cuiuslibet mensis, singulis religiosis, qui professionem renovaverint (Pius IX, 7 octobris 18-3).

Quinquies Pater et Ave.

3. *Quinque annorum totidemque quadragenarum* in qualibet die, omnibus Religiosis intra claustra viventibus, qui quinquies *Pater* et *Ave* ante altare propriae ecclesiae, vel, si de suorum Superiorum licentia in itinere exsistant, aut tamquam praedicatores aut lectores extra claustra degant, ante quodlibet altare recitaverint (Paulus V, « *Romanus Pontifex* », 23 maii 1606).

Accusatio culparum.

4. *Trium annorum totidemque quadragenarum* Religiosis qui corde saltem contriti eorum culpas et peccata ac imperfectiones in capitulis culparum accusaverint, necnon spiritualiter communicaverint et exercitium virtutum fecerint (Id., ibid.).

Oratio « Misericordiarum Pater ».

5. *Trecentorum dierum* ab iis Religiosis semel in die lucrandam, si precationem « *Misericordiarum Pater* » cum *Pater*, *Ave* et *Gloria* devote recitaverint (Leo XIII, Rescr. S. Congr. Indulg. 19 novembris 1895).

D. — Privilegia et Indulta

Pro dispersis.

1. Religiosi qui, violentia dispersi, in domibus peculiaribus, ubi quattuor saltem commorantur sacerdotes, de licentia Superiorum degunt, in privato oratorio earundem domorum omnes et singulas indulgentias lucrari valent, quibus gaudebant Ecclesiae aut domus, e quibus exturbati fuerunt, ceteris servatis de iure servandis (Pius IX, Decr., S. Paenit. 28 iulii 1866 et 18 aprilis 1867).

Pro infirmis.

2. Religiosi infirmi et convalescentes in valetudinario, visitando sacellum infirmorum, aliaque opera praescripta peragendo, lucrari possunt omnes indulgentias, quas visitando Ordinis Ecclesias consequerentur (Benedictus XIII, 24 aprilis 1725).

3. Religiosi qui ita graviter recumbant ut e lecto surgere et ad ecclesiam se conferre non valeant, easdem indulgentias lucrari possunt, peragendo opera iniuncta pro ipsorum statu possibilia, vel ea supplendo per alia, in quae a Superiore vel a confessario commutabuntur (Id., 30 ian. 1726).

Pro die absolutionis generalis.

4. Religiosi accipere possunt *Absolutionem generalem* etiam privatim in pervigilio festorum, quibus ipsae sunt annexae; nec non ii qui legitimo detinentur impedimento, a Superiore dignoscendo, quominus in die assignata illam recipere possint, uno ex septem diebus festum assignatum immediate sequentibus, accipere valent (Pius X, Rescr. S. Congr. Indulg. 14 decembris 1904).

Altare privilegiatum

5. Altare maius omnium ecclesiarum Ordinis gaudet privilegio cotidiano pro Missis quae in eodem celebrabuntur a quocumque Sacerdote, sive regulari sive saeculari, in suffragium animae alicuius defuncti (Clemens XIV, Rescr. S. Congr. Indulg. 30 iulii 1770).

6. Eodem privilegio gaudet altare sacelli valetudinariorum in conventibus Ordinis, pro Missis quae inibi celebrantur a Religiosis senibus et infirmis, qui se ad Ecclesiam conferre nequeunt (Benedictus XIV, 15 septembris 1750 et Breve 1 aprilis 1754).

Missae privilegiatae.

7. Item privilegiatae sunt, ad quodlibet altare Ecclesiarum Ordinis celebrentur, tres Missae quae a Sacerdotibus Ordinis pro anima cuiusque defuncti Summi Pontificis et Cardinalis Protecto-

ris, ac Imperatoris vel Regis applicentur (Benedictus XIV, 19 septembris 1742).

8. Pariter privilegio gaudet Missa una quae a Religiosis Ordinis in suffragium animae suorum respective parentum defunctorum celebrabitur (Id., 10 aprilis 1745).

9. Missae omnes quae in suffragium animae Fratrum vel Monialium Ordinis a quocumque sacerdote, sive regulari sive saeculari, celebrantur, sunt semper et ubique privilegiatae (Pius X, Breve 10 februarii 1905).

Erectio Viae Crucis.

10. Omnibus Ministris Provincialibus Ordinis concessa est facultas erigendi in Ecclesiis sui Ordinis, necnon et in annexis oratoriis Stationes *Viae Crucis* quarum indulgentiae lucrifieri valent ab universis Christifidelibus: insuper iidem Ministri facultate pollent ad eundem effectum delegandi Superiores locales pro tempore exsistentes (Pius IX, 5 martii 1874).

Scapulare S. Ioseph.

11. R^mo P. Ministro Generali pro tempore concessa est facultas benedicendi atque fidelibus imponendi Scapulare S. Ioseph Sp. B. M. V., cum potestate ad huiusmodi Scapularis benedictionem et impositionem Sacerdotes, sive regulares sive saeculares, delegandi (Leo XIII, Rescr., S. R. C. 18 aprilis 1893).

Confraternitas Chordigerorum.

12. Superioribus Ordinis facta est potestas erigendi, de consensu Ordinariorum, Confraternitatem Chordigerorum S. Francisci, cum annexis indulgentiis et privilegiis, in Ecclesiis illorum locorum, in quibus Ecclesia aut Conventus Fratrum Minorum Conventualium non exsistunt, servatis servandis, et praesertim Constitutionibus Sixti V « *Ex supremae dispositionis* », diei 19 novembris 1585, et Pauli V « *Nuper Archiconfraternitati* », diei 11 martii 1607 (Pius X, Rescr. S. Cong. Indulg. 14 decemb. 1904).

Benedictio chordarum et Papalis 8 dec.

13. Iidem Superiores, legitimo detenti impedimento, Ordinis Religiosum ad excipiendas Sacramentales confessiones approbatum subdelegare valent ad benedicendas Chordas S. Francisci necnon ad impertiendum Chordigeris Papalem Benedictionem in festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. (Id., ibid.).

Exorcismus in Satanam.

14. R^mo P. Ministro Generali indultum collatum est, ut Sacerdotibus Ordinis facultatem elargiri possit recitandi *Exorcismum in Satanam et angelos apostaticos*, iussu Leonis XIII editum, cum acquisitione indulgentiarum praefatae recitationi annexarum (Leo XIII, 15 novembris 1890).

Moniales infirmae, pro absolutione generali.

15. Moniales Ordinis in clausura degentes, quae infirmitate impediuntur quominus ad chorum vel tribunal confessionis accedant, *Absolutionem generalem* recipere valent a proprio Confessore, in die infra octavam festorum cui ipsa est assignata, quando ipse Confessarius clausuram ingreditur ad audiendam aegrotantium Sororum confessionem, ceteris servatis de iure servandis (Leo XIII, Rescr. S. Cong. Indulg. 21 Maii 1892).

Articulus II. — *Indulgentiae, Privilegia et Indulta pro ministeriis Ordinis Capuccinorum concessa*

A. — Indultum favore religiosorum Ordinis qui in Xenodochiis infirmis assistunt

In Xenodochiis assistentes.

Religiosi qui, debitis cum licentiis, in Xenodochiis ad infirmorum assistentiam degunt, omnibus et singulis spiritualibus gratiis gaudent, ac si in respectivis conventibus moram traherent (Benedictus XIV, 31 iul. 1754 et 28 novembris 1756).

B. — Pro Missionibus exteris

Proficiscentes in Missiones.

1. Religiosi qui, debitis cum licentiis, in diciones ac terras infidelium aut haereticorum ad sacrum ministerium exercendum missi fuerint, quando itineri se accingunt et quando ad locum Missionis sibi assignatae ingressi fuerint, *plenariam* indulgentiam consequi valent praemissis confessione et S. Communione (Paulus V, « *Romanus pontifex* », 23 maii 1606).

Iuramentum ministeriorum sacrorum.

2. Unicuique eorum qui in Collegiis sive Seminariis, Evangelii praecones mox futuri, educati fuerint, indulgentia *plenaria* concessa est, non modo cum iuramentum, quo se obstringunt cooperandi Deo in salutem animarum, primo emiserint, verum etiam cum illud statuta die renovaverint, dummodo in utroque casu confessi S. Communionem susceperint (Pius VI, 7 maii 1775).

Ecclesiae et oratoria in Missionibus.

3. In residentiis Missionum Ordinis, Ecclesiae et oratoria publica, dummodo sint fixa, et ad ea fideles, ad Sacrum audiendum et ad recipienda Sacramenta, accedant, gaudent indulgentiis, quae Ecclesiis Ordinis concessae sunt (Clemens XII, Decr. S. Cong. Ind., 11 iunii 1732).

Ecclesiae in locis Missionum ultra montes.

4. In locis Missionum provinciarum ultra montes, ubi Fratres Ordinis proprias Ecclesias non habent, Ecclesiae saecularium in quibus Religiosi Ordinis Missionariorum functiones peragunt, indulgentiis Ecclesiarum Ordinis gaudent (Benedictus XIV, « *Caelestes Ecclesiae* », 14 februarii 1742).

Exercitia spiritualia.

5. Omnibus Religiosis missionariis et aliis Christifidelibus virilis sexus tantum, qui in domibus hospitiis Missionum per quinque saltem dies continuos exercitia spiritualia quandocumque peregerint, *plenaria* indulgentia semel in anno concessa est, dummodo confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint (Id., « *Cum sicut* », 27 iulii 1751).

Altare privilegiatum in ecclesiis missionum.

6. In Ecclesiis Missionum Ordinis, altaria maiora sunt privilegiata aeque ac altaria maiora in Ecclesiis conventuum (Clemens XIII, 20 novembris 1763).

Apca benedicitio in locis missionum.

7. Religiosi missionarii in infidelium vel haereticorum regionibus degentes, facultatem habent impertiendi, de licentia Ordinariorum, quatenus absint, Christifidelibus in articulo mortis constitutis Apostolicam Benedictionem cum annexa *plenaria* indulgentia, servata forma a Benedicto XIV praescripta (Benedictus XIV, 24 augusti 1751).

Confessio habitualis infra duas hebdomadas.

8. Religiosi in Missionibus degentes, qui infra duas saltem hebdomadas sacramentalem confessionem peragere solent, omnes et singulas indulgentias, eo temporis intervallo occurrentes, lucrari valent, absque confessione pro singulis indulgentiis praescripta, ceteris servatis de iure servandis (Pius X, Rescr. S. C. Ind., 14 decemb. 1904).

Scholarum popularium fundatores vel directores.

9. Indulgentia *plenaria* concessa est Religiosis missionariis scholarum popularium fundatoribus earumque directoribus, lucranda a fundatoribus die prima earundem aperitionis, et a directoribus die quo directionem assumunt, dummodo confessi ac S. Synaxi refecti Ecclesiam seu oratorium suae domus visitaverint, et inibi pro Sanctae Fidei propagatione et iuxta Summi Pontificis intentionem pias ad Deum preces fuderint (Leo XIII, 13 februarii 1887).

C. — Pro Missionibus quas Religiosi Ordinis habent ad populum

A) — *Indulgentiae et Privilegia*

Pro iis qui missionibus intersunt.

1. Omnes Christifideles qui quinque saltem e contionibus tempore Missionum a Religiosis Ordinis datarum corde saltem contriti audierint, indulgentiam *septem annorum totidemque quadragenarum* consequi valent (Pius X, Breve 10 februarii 1905).

2. Iidem, si praefato tempore quinque contionibus uti supra astiterint, atque insuper confessi ac S. Communione refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint, *plenariam* indulgentiam lucrari possunt (Id., ibid.).

Facultates benedicendi inter Missiones.

3. Religiosi Ordinis qui S. Missiones ad populum dederint, facultatem habent benedicendi, de consensu tamen Ordinariorum, Crucem erigendam in loco Missionis, eique annectendi infrascriptas indulgentias:

a) *plenariam:* 1° die erectionis; 2° quotannis die anniversaria eiusdem erectionis; 3° in festis Inventionis et Exaltationis S. Crucis: lucrandam a fidelibus, qui confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint:

b) *trecentorum dierum* Christifidelibus qui, coram Cruce uti supra erecta, quinquies *Pater*, *Ave* et *Gloria* corde saltem contriti ac devote recitaverint (Pius X, Rescr. S. Cong. Indulg., 14 decembris 1904, et Br. 10 februarii 1905).

Obeuntes exercitia spiritualia.

4. Omnes Christifideles qui per tres saltem dies continuos exercitiis spiritualibus a Religiosis Ordinis datis interfuerint, *plenariam* indulgentiam consequuntur, dummodo confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint (Pius X, Br. cit.).

Benedictio Papalis in fine Missionum et Exerc. Spir.

5. Religiosi Ordinis qui S. Missiones aut spiritualia exercitia dederint in postrema contione Papalem Benedictionem impertiri valent, cum annexa *plenaria* indulgentia, ab iis tantummodo Christifidelibus lucranda, qui confessi ac S. Communione refecti eandem Benedictionem acceperint et ad mentem Summi Pontificis oraverint, dummodo tamen contionibus, dictis temporibus habitis, saltem per dimidium earum numeri astiterint (Pius X, Rescr. cit.).

B) — *Indulta*

Impositio scapularium.

1. Tempore missionum et spiritualium exercitiorum, Religiosi Ordinis qui facultate pollent benedicendi S. Scapularia eaque imponendi, hanc benedictionem e suggestu peragere valent, formula in numero plurali, praetermissa impositione Scapularium, quae sibi quisque fidelium imponet, necnon nominum inscriptione atque eorundum ad respectivam Confraternitatem transmissione (Pius X, Rescr. S. Cong. Indulg., 14 decembris 1904).

Plures cruces erigi possunt in Missione nimis diffusa.

2. Si fines paroeciae, in qua S. Missiones locum habent, sint nimis ampli, Religiosi Ordinis, qui illas Missiones dederint, non unam tantum, sed plures Cruces erigere ac benedicere cum enuntiatis indulgentiis valent, ita tamen ut unaquaeque Crux a viciniore saltem unius kilometri spatio distet (Id., ibid.).

Commutatio in gratiam infirmorum.

3. Infirmi, qui contionibus tempore Missionum a Religiosis Ordinis datarum, assistere nequeunt, plenariam indulgentiam iis concessam, qui quinque saltem contiones audierint, lucrari valent aliud pium opus a Confessario impositum peragendo (Pius X, Br. 10 februarii 1905).

4. Eandem indulgentiam acquirere possunt pueri ad S. Communionem nondum admissi, si confessi ad mentem Summi Pontificis oraverint, dummodo et ipsi quinque saltem contionibus astiterint (Id., ibid.). *Et puerorum.*

5. Christifideles qui commorantur procul a loco ubi Missiones habentur, confessionem et S. Communionem, quae ad lucrifaciendam praefatam indulgentiam praescriptae sunt, etiam infra spatium quindecim dierum post expletas Missiones peragere valent, dummodo cetera opera iniuncta praestiterint (Id., ibid.). *Prorogatio temporis utilis, in gratiam incolarum distantium.*

ARTICULUS III. — *Indulgentiae quas universi Christifideles in Ecclesiis Ordinis lucrari valent*

A. — INDULGENTIAE PLENARIAE

Universis Christifidelibus qui, confessi ac S. Synaxi refecti, quamlibet Ordinis Ecclesiam seu publicum oratorium visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, diebus festis infrascriptis : *Indulgentiae plenariae certis diebus lucrandae.*

1. Titularis cuiuslibet ex dictis Ecclesiis vel oratoriis ;
2. SS^mi Nominis Iesu (Dom. 2 post Epiph.) ;
3. B. Bernardi a Corleone, Conf. (14 ian.) ;
4. SS. Berardi et Soc. Mart. (16 ian.) ;
5. B. Andreae de Tomit. Conf. (1 febr.) ;
6. S. S. Iosephi a Leonissa, Conf. (4 febr.) ;
7. SS. Petri Bapt. et Soc. Mart. Iapon (5 febr.) ;
8. S. Margaritae Cortonen. Paenit. 3 Ord. (23 febr.) ;
9. S. Ioannis Iosephi a Cruce, Conf. (5 mart.) ;
10. S. Catharinae Bononien. Virg. (9 mart.) ;
11. S. Ioseph Sp. B. M. V. (19 mart.) :
12. Patrocinii eiusdem Sancti (Dom. III post Pascha) ;
13. S. Fidelis a Sigmaringa, Mart. (24 apr.) ;
14. S. Pauli a Cruce, Conf. (28 apr.) ;
15. S. Petri Regalati, Conf. (13 maii) ;
16. S. Paschalis Baylon, Conf. (17 maii) ;
17. S. Felicis a Cantalicio, Conf. (18 maii) ;
18. S. Bernardini Senen. Conf. (20 maii) ;
19. B. Crispini a Viterbio, Conf. (23 maii) ;
20. S. Antonii Patav. Conf. (13 iun.) ;
21. S. Laurentii a Brundusio, Conf. (7 iul.) ;
22. S. Veronicae de Iulianus, Virg. (9 iul.) ;
23. SS. Nicolai et Soc. Mart. Gorcom. (11 iul.) ;
24. S. Bonaventurae, Ep. Conf. et Ecl. Doct. (14 iul.) ;
25. S. Francisci Solani, Conf. (24 iul.) ;
26. S. Clarae Assis. Virg. (12 aug.) ;
27. S. Rochi, Conf. 3 Ord. (16 aug.) ;
28. S. Ludovici, Ep. Conf. (19 aug.) ;
29. S. Ludovici Reg. Conf. 3 Ord. (25 vel 26 aug.) ;
30. S. Rosae Viterbien. Virg. 3 Ord. (4 sept.) ;
31. Commemorationis Impressionis SS. Stigmatum S. P. N. Francisci (17 sept.) ;
32. S. Iosephi a Cupertino, Conf. (18 sept.) ;
33. S. Pacifici a S. Severino, Conf. (25 sept.) ;
34. Seraphici S. P. N. Francisci (4 oct.) ;
35. Commemorationis omnium Defunctorum O. N. (5 oct. vel alia die infra octavam festi S. P. N. Francisci) ;

36. S. Mariae Franciscae a Quinque Vulneribus, Virg. 3. Ord. (7 oct.);
37. S. Seraphini a Monte Granario, Conf. (12 oct.);
38. SS. Danielis et Soc. Mart. (13 oct.);
39. S. Petri de Alcantara, Conf. (19 oct.);
40. S. Ioannis a Capistrano, Conf. (23 oct.);
41. S. Didaci, Conf. (12 nov.);
42. S. Elfsabeth Reg. Hung. Vid. 3. Ord. (19 nov.);
43. S. Leonardi a Portu Mauritio, Conf. (26 nov.);
44. S. Iacobi Piceni, Conf. (28 nov.);
45. Omnium Sanctorum universi Ordinis Seraphici (29 nov.);
46. Immaculatae Conceptionis B. M. V. (8 dec.);
47. S. Iosaphat, Ep. et Mart. (14 dec.);
48. Una die ad libitum ex tribus, quibus expositio SS^mi Sacramenti locum habet in Ecclesiis Ordinis, ad instar XL Horarum, quamvis nocturno tempore interrupta.
49. Prima feria III cuiusvis mensis, dummodo peragatur visitatio SS^mi Sacramenti pariter in Ecclesiis Ordinis expositi.

(Clemens IX, 2 oct. 1669; Innocentius XI, 26 aug. 1680; Clemens XI, 11 oct.. 1713, 27 aug. et 15 sept. 1714; Benedictus XIII, 17 iul. et 22 dec. 1728; Clemens XII, 30 aug. 1731, 12 dec. 1735; Benedictus XIV, 23 aug. 1746, 24 nov. 1755; Clemens XIII, 17 ian. 1769; Clemens XIV, 6 iul. 1773; Pius VI, 10 mart. 27 iun. et 9 aug. 1781; Pius VII, 18 ian. 1820; Gregorius XVI, 27 mart. 1840; Pius IX. 30 sept. 1852, 16 ian. 1868; Pius X, 10 feb. 1905).

Indulgentia Portiunculae.

50. Omnes Christifideles, confessi ac S. Communione refecti, quotiens quamcumque Ordinis ecclesiam vel publicum sacellum a primis vesperis usque ad occasum solis diei secundi augusti devote visitaverint et inibi ad mentem Summi Pontificis oraverint, totiens plenariam indulgentiam consequi valent (Gregorius XV, Br. 12 octobris 1622).

B. — Indulgentiae Partiales

Indulgentiae decem annorum totidemque quadragenarum.

Christifideles universi, qui corde saltem contriti ac devote quamcumque ex Ordinis ecclesiis visitaverint, indulgentiam *decem annorum totidemque quadragenarum* lucrari possunt sequentibus diebus festis necnon singulis diebus octavarum eorundem festorum:

1. Immaculatae Conceptionis
2. Nativitatis
3. Annuntiationis
4. Purificationis
5. Assumptionis

} B. M. V.;

6. S. P. N. Francisci;
7. S. Clarae Assisiensis;
8. Die anniversaria dedicationis uniuscuiusque ex praedictis Ecclesiis;
9. Tandem quotiens, tempore expositionis triduanae SS. Sacramenti ad instar XL Horarum, uti supra, Ecclesiam Ordinis visitaverint.

(Pius X, Br. 10 februarii 1905).

C. — Indultum

Extensio ad certas provincia-

Omnes Christifideles visitantes aliquam ex Ecclesiis Provinciarum Italiae, in quibus a Religiosis Ordinis divina officia seu sacramenta

administrantur, inibi lucrari valent omnes et singulas indulgentias, quas consequerentur, si Ecclesias Ordinis visitarent, ceteris servatis de iure servandis (Clemens XIV, Rescr. S. Congr. Indulg. 6 martii 1770). *rum Italiae ecclesias.*

Omnes et singulae indulgentiae in praesenti Summario recensitae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, *applicari possunt etiam animabus in igne Purgatorii degentibus* (Pius X, Rescr. S. Congr. Indulg. 7 iun. 1905). *Indulgentiae sunt applicabiles.*

DECRETUM

Cum Minister Generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae praesens Summarium omnium Indulgentiarum, Privilegiorum et Indultorum praefato Ordini concessorum approbandum exhibuerit, et eadem S. Congregatio illud duobus ex suis Consultoribus examinandum dederit, qui, denuo perpensis documentis concessionum apostolicarum, testati sunt omnes Indulgentias, Privilegia et Indulta inibi relata esse authentica; hoc attento testimonio, S. Congregatio illud approbavit typisque mandari permisit. *Approbatio S. Congregationis.*

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 23 iunii 1905). *Dies (23 iun. 1905).*

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
Pro R. P. *Diomede Panici, Arch. Laodic. Secret.*
Iosephus M. Can. Coselli, Substitutus.

C. *Rescripta 11 aug. 1905 quibus omissae in elencho supplentur indulgentiae.*

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, viso Documento, Brevi videlicet Pii Pp. VII, d. d. 18 ianuarii 1820, quo conceditur Plenaria Indulgentia, a Christifidelibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum die festo *B. Bernardi ab Ophyda Conf.*, 11 septembris, quotannis lucranda; facultatem facit ut eadem indulgentia, litt. A. Art. III, huius Summarii iam ab eadem S. C. approbati, proprio suo loco inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Cong^nis, die 11 augusti 1905. *Ad art. III duae adduntur indulgentiae plenariae.*

Item, viso Rescripto, d. d. 10 martii 1781 a S. eadem Cong^ne, pro indulgentia similiter concessa in festo *B. Angelae Fulginaten. Vid.*, 3. Ord. (13 febr. nunc autem 30 mart.), facultatem facit ut et haec Indulgentia plenaria proprio loco, ut supra, inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. C., die 11 augusti 1905. *Dies (11 aug. 1905).*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

81. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^i^, 28 IUN. 1905

Dispensans Puellas a caritate a lege distantiae pro Indulgentia de Portiuncula

Orator. Augustinus Veneziani, Procuratoris Generalis munere fungens in Congregatione Missionis, ad pedes S. V. humiliter provolutus, exponit quod sequitur:

Concessio facta a Leone XIII, adiecta clausula. Leo XIII sa. me., per Breve 26 iunii 1903, indulsit fidelibus visitantibus ecclesias seu oratoria annexa domibus Puellarum a caritate S. Vincentii a Paulo ubique terrarum exsistentibus, die 2 augusti, a primis Vesperis ad occasum solis, indulgentiam de Portiuncula nuncupatam, dummodo in respectivo loco nulla exstet, vel mille passuum intervallo distet, Franciscalis Ordinis aut alia quaelibet Ecclesia vel publicum Oratorium cui eadem indulgentia concessa sit.

Huius dispensatio **petitur.** Cum autem praefatae Sorores, Puellae nuncupatae, ab operibus caritatis quibus plerumque sunt addictae, impediantur quominus possint exire ad visitandas ecclesias privilegio Portiunculae ditatas, et eodem detineantur impedimento personae cum iisdem commorantes sive auxiliariae, sive valetudinariae puellae item apud ipsas degentes, vel ad earum domus accedentes instructionis et educationis causa, Orator benignam pro indicatis personis a praefata clausula dispensationem a S. V. implorat.

Et Deus, etc.

Et **conceditur.** SS^mus^ Dominus Noster Pius Pp. X, die 28 iunii 1905 in audientia habita ab infrascripto Card. Praefecto S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis in ceteris etiam quoad tempus forma et tenore Litterarum Apostolicarum in forma Brevis supra memoratarum, Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (28 iun. 1905). Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Cong^nis^ die 28 iunii 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*

Pro Secret. Ios. M. Can. Coselli, Substit.

---

82. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (30 iunii 1905)

RESPONSUM [1] *DE LOCO QUO TERTIARII IN PROCESSIONIBUS INCEDERE POSSUNT*

Ord. Carmelitarum Antiquae Observantiae

Orator. R. P. Spiridion Cimino, Prior Conventus Ordinis Carmelitarum Antiquae Observantiae, de consensu sui R^mi^ Procuratoris Generalis,

---

1 ACTA S. SEDIS, t. 38, p. 41.

a Sacrorum Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime flagitavit ; nimirum :

« An Tertiari Ordinis Carmelitarum in processionibus incedere possint sub eadem cruce Ordinis Primarii ? »

Dubium.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, rescribendum censuit : Affirmative in casu, data praeferentia Fratribus primi Ordinis. Atque ita rescripsit.

Responsum.

Die 30 iunii 1905.

Dies (30 iun. 1905).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus*,
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIO

Cum nullum appelletur peculiare privilegium, videtur responsum istud in omnes cadere saeculares Tertiarios. Unde consequenter erit dicendum, Tertiarios qui, si sub distincta cruce incesserint, locum non obtinebunt nisi post omnes cuiuslibet Instituti religiosos, iam, ut primo Ordini coniunctos, ob quandam cum eo confusionem, primi Ordinis participare praecedentiam.

---

83. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (7 iul. 1905)

RESPONSUM DE ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIAE ET PATROCINIO S. JOSEPH

Societatis Iesu

Hodiernus Redactor Calendarii divinorum Officiorum ad usum provinciae Austriaco-Hungaricae Societatis Iesu, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humiliter exposuit ; nimirum :

Orator.

Dubia.

I. In archidioecesi Viennensi, ex privilegio S. R. C. d. 13 ianuarii 1858 « a clero universo... tam saeculari quam regulari festum Dedicationis omnium ipsius archidioecesis ecclesiarum sub competente ritu quotannis Dominica III octobris celebrari valet ». Cum autem alias festa eiusmodi dioecesana Regularibus concessa intellegantur absque Octava, quaeritur : Utrum hoc idem sit observandum in casu in templis Societatis Iesu non consecratis et intra eiusdem archidioecesis limites sitis ?

I. De dedicatione in ecclesiis non consecratis.

II. Societati Iesu concessum est festum Patrocinii S. Ioseph Dominica III post Pascha celebrandum ritu duplici I classis cum Octava, et quidem, ut Observationes et Calendarium approbatum 6 decembris 1888 declarant, ita fixe ea die, « etiamsi occurrat cum festo Dedicationis ecclesiae propriae, Patroni, vel Titularis ecclesiae, quae amandantur ad primam diem non impeditam ». Cum autem haec sint festa primaria, quaeritur : Utrum eo ipso idem Patrocinium S. Ioseph pro Societate et a fortiori sit primarii loco habendum, nec ista praerogativa censenda revocata decreto S. R. C., n. 3808, 27 iunii 1893, et n. 3881, 4 februarii 1896 ?

II. De loco quem habet in Societatis Calendario Patrocinium S. Ioseph.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii,

Responsa.

exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibus sedulo perpensis respondendum censuit :

Ad I. Ad I. Anniversarium Dedicationis ecclesiae etiam a Regularibus celebrandum est sub ritu duplici I classis cum Octava in ecclesiis tam consecratis quam non consecratis, iuxta decretum 3522 *Amalphitana* 20 augusti 1880, et decretum generale 3863 *Celebrationis festorum Patroni loci, Dedicationis ac Tituli ecclesiae* 9 iulii 1895 ad III.

Ad II. Ad II. *Negative*, et concessio particularis revocata est decretis generalibus supra relatis 3808 et 3881.

Dies (7 iul. 1905). Atque ita rescripsit. Die 7 iulii 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

---

84. — SS. D. N. PII PP. X

MOTU PROPRIO 16 IUL 1905, CUM NORMIS A C. VICARIATO 1 AUG. PRAESCRIPTIS

De examinandis Ordinandis in Urbe

A. *Motu proprio 16 iul. 1905.*

Periculum de doctrina a Tridentina synodo praescriptum. Sacrosancta Tridentina Synodus de iis agens, qui ad sacra initiandi forent, sic prescribebat : « Sancta Synodus, antiquorum « canonum vestigiis inhaerendo, decernit ut quando Episcopus « ordinationem facere disposuit, *omnes* qui ad sacrum ministerium « accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem vel « quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus « autem, sacerdotibus et aliis prudentibus viris, peritis divinae « legis ac ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis, ordi- « nandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, « *doctrinam* et fidem diligenter investiget et examinet ».

Legis vis ac ratio. Ex quibus profecto patet neminem omnino excipi a doctrinae periculo subeundo, qui velit ad sacros ordines promoveri ; itemque doctrinae periculum eiusmodi, non quasi pro forma atque obiter, sed diligenti investigatione faciendum. — Ac merito quidem : non enim promiscuum est, doctus sit an inductos qui sacris initietur ; sed ea prorsus ratione qua castis rectisque moribus commendari illum oportet, eadem et doctrina exornari necesse est.

Confirmata exemplo decessorum. Hinc Decessores Nostri, praesertim vero Alexander VII f. r. Const. *Apostolica sollicitudo*, de doctrinae examine ab ordinandis rite peragendo, multa monuerunt ac sapientissime decreverunt, tum pro dioecesibus universis, tum praecipue pro hac alma Urbe, quae ipsis erat peculiari officio commendata, utpote Romani Episcopatus sedes.

Pontificis propositum ac **Sanctiones**. Quae cum decursu temporum, ut assolet in humanis, non nihil neglecta fuerint ; placet Nobis, quoniam res agitur momenti maximi, quid in ea re sit praestandum enucleatius edicere ac distinctius statuere. Quae igitur sequuntur sancte in posterum praestanda volumus et mandamus.

1. Ab omnibus in 1. Quicumque in Urbe, sive de saeculari clero sive de regulari, sacris ordinibus initiandi erunt, omnes, excepto nemine, doctrinae

periculum facient in Curia Cardinalis Vicarii Nostri. Qua in re Tridentinae Synodi decreta innovamus et confirmamus, ac privilegium exemptionis quodcumque penitus exstinguimus, atque illud etiam quo fruitur Societas Iesu ex Constitutione *Pium*, Gregorii XIII, et Constitutione *Quantum*, Pauli V, Decessorum Nostrorum.

II. Quibus de rebus quave methodo examinandi sint, qui vel sacram Tonsuram vel minores Ordines sunt suscepturi praxis edocet, quae huc usque obtinuit, quamque Nos obtinere in posterum, nulla mutatione, volumus.

III. Ad maiores Ordines qui sunt evehendi, ii de *Instructione* primum interrogandi sunt quae ad Ordinem suscipiendum pertinet. Tum etiam tractationes aliquas de Theologia dogmatica proponent: videlicet, unam pro Subdiaconatu; binas pro Diaconatu; ternas pro Presbyteratu, ac praeterea tractationem de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

IV. Qui a Diaconatus Ordinem promovendi sunt, in faciendo periculo, tractationem theologicam quam pro Subdiaconatu proposuerunt, iterum proponere ne queant: item Sacerdotio qui sunt augendi, tractationem nullam proponant de qua in praeteritis examinibus tentati iam fuerint.

V. Quas quisque theologicas tractactiones proponat, singulorum ordinandorum arbitrio permittimus. — Cardinalis tamen Vicarii Nostri erit Tractationum seriem prescribere ac definire, praeter cuius limites nulla ordinandis eligendi facultas esto. — Singula porro examina quam diu sint protrahenda, eiusdem Cardinalis Vicarii Nostri prudenti arbitrio statuendum relinquimus.

VI. Quicumque, ex ordinandorum numero, Theologiae lauream in aliqua pontificia Universitate consecuti fuerint; eos a subeundo periculo de re theologica exemptos volumus.

VII. Pontificia decreta quae adhuc vigeant, et Vicariatus Nostri urbani consuetudines, quae hoc Motu-proprio Nostro non sint mutata vel abrogata, vim omnem ac robur in posterum etiam obtinere volumus ac decernimus.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVI iulii anno millesimo nongentesimo quinto, Pontificatus Nostri secundo.

Pius PP. X.

Urbe, nemine excepto, doctrinae periculum est faciendum in curia Vicariatus.

2. Receptus confirmatur usus pro tonsura et ordinibus minoribus.

3. Ad maiores suscipiendos ordines proponendae sunt, praeter ipsorum oralnum scientiam, tractationes theologicae.

4. Eaeque distinctae pro distinctis ordinibus.

5. Tractationum optio datur candidato inter eas quae elencho Cardinalis Vicarii erunt inscriptae. Idem Cardinalis spatium definiet examinis.

6. A periculo de theologia eximuntur laureati.

7. Confirmantur cetera decreta vel usus huic Motui Proprio non contraria.

Clausula.

Dies (16 iul. 1905).

Annotatio

Ut ex ipsius decreti tenore ac clausulis plane perspicitur, privilegio Societatis Iesu est pro Urbe tantum aliquid detractum. Privilegium porro istud continetur Brevi Gregorii XIII, 22 sept. 1582, cum ibi praecipiat alumnos Societatis Iesu esse, sine iis legibus quae aliis praescribuntur, privilegio prorsus incommunicabili, ordinandos ab Episcopis. Eaque gratia contineri dispensationem ab examine constat etiam formali S. Congr. Concilii declaratione 5 iul. 1681 data pro archidioecesi Mechliniensi: «An clerici Soc. Iesu, sacros ordines ab Archiepiscopo eodem suscepturi, debeant se subicere examini, prout ceteri Regulares.» — « Negative, nisi adsit consuetudo in contrarium [1], » Conste autem Pauli V, *Quantum*, mere superiora confirmantur privilegia. — Addas in Urbe iam satis diu invaluisse ut ordinandi Societatis Iesu de suscipiendis saltem ordinibus in Vicariatu interrogarentur.

---

1 Resp. affertur a Schmalzgrueber, in l. 1, t. 12, n. 6.

B. *Normae a Card. Vicario 1 aug. 1905 praescriptae de eodem argumento.*

1. Forma petitionis.

1. Per essere [1] ammesso all'esame *ad Ordines*, ogni candidato dovrà fare apposita istanza, da depositarsi nella Segreteria del Vicariato, dove s'indicherà a ciascuno il giorno del suo esame.

2. Quaenam sint a candidato indicanda.

2. L'esaminando, nella sua istanza pel subdiaconato o per un altro ordine maggiore, indicherà il trattato, o i trattati teologici su i quali vuole essere esaminato, e aggiungerà nella medesima istanza l'indicazione del giorno nel quale subì l'esame pel Suddiaconato, se egli aspira al Diaconato, o dei giorni ne' quali subì gli esami pel Suddiaconato e pel Diaconato, se aspira al Presbiterato.

3. De supposito elencho.

3. L'elenco dei trattati fra i quali l'esaminando è libero di scegliere è quello qui sotto riportato. A ciascun trattato si fa seguire la serie delle tesi o punti dottrinali, sui quali verserà l'esame.

4 Spatium examinis.

4. Per la prima tonsura, o per ciascuno degli Ordini minori, l'esame non durerà più die 10 minuti ; pel Suddiaconato, non più di 20 ; pel Diaconato, non più di 30 ; pel Presbiterato, non più di 40.

5. Palam deferenda tonsura.

5. Gli aspiranti agli Ordini, minori o maggiori, che si presentassero all'esame senza la tonsura ben visibile, non saranno esaminati.

6. Dies a quo vigeant normae.

6. Questo regolamento andrà in vigore col 1° del prossimo novembre.

Dies (1 aug. 1905).

Roma, della Nostra Residenza, 1° agosto 1905.

P. *Card. Vicarius.*

Francesco, Can. Faberi, Segretario.

ELENCHUS TRACTATUUM THEOLOGIAE PRO EXAMINIBUS AD ORDINES

I. — *De vera religione*

1) Quid religio, — 2) religio naturalis, — 3) religio supernaturalis seu revelata, — 4) revelatae religionis necessitas, — 5) revelationis duplex obiectum, — 6) Iesu Christi divina missio, — 7) quae ipsius probatur doctrina, — 8) miraculis, — 9) resurrectione.

II. — *De Ecclesia Christi, et de Romano Pontifice*

1) Quid Ecclesia, — 2) eius institutio et exsistentia, — 3) perfectio,

---

1 Haec latine sic habeas :

1. Ut *ad Ordines* examinetur, quivus candidatus supplicem de re scribere debet libellum deponendum in Vicariatus secretariatu, ubi cuilibet indicabitur dies quo periculum sit faciendum.

2. In libello isto de subdiaconatu vel alio ordine maiori indicabit candidatus tractatum seu tractatus theologicos quae materiam velit esse examinis. Addet etiam qua die fuerit pro subdiaconatu examinatus si se praeparet ad Diaconatum, vel quibus diebus periculum fecerit pro Subdiaconatu et Diaconatu, si ordinari velit sacerdos.

3. Hic infra habetur catalogus tractatuum inter quos liberam habet candidatus optionem. Singulis tractatibus subiciuntur theses vel puncta doctrinalia in quibus examen versabitur.

4. Examen ad primam tonsuram vel quemlibet Ordinem minorem non ultra 10 protrahetur momenta ; non ultra 20 ad Subdiaconatum ; non ultra 30 ad Diaconatum ; nec ultra 40 ad Presbyteratum.

5. Candidati ordinum minorum vel maiorum non examinabuntur nisi tonsuram ferant bene apparentem.

6. A 1 novembris ordinatio ista vigere incipiet.

Romae, ex Nostra Residentia, 1 aug. 1905.

— 4) proprietatis, — 5) notae, — 6) membra, — 7) anima, — 8) corpus, — 9) caput, — 10) capitis praerogativa duplex, — 11) duplex primatus extensio, — 12) duplex infallibilitatis obiectum, — 13) intallibilitatis condiciones, — 14) concilia.

III. — *De Divina Traditione et Scriptura*

1) Quid traditio, — 2) eius divisiones, — 3) quibus mediis dignoscatur et servetur, — 4) traditio activa et passiva, — 5) evolvi non augeri traditio potest, — 6) quid Scriptura, — 7) quid inspiratio, — 8) Scripturae auctor Deus, — 9) librorum canon, — 10) Scripturae partes protocanonicae et deuterocanonicae, — 11) canon tridentinus, — 12) Vulgatae authentia, — 13) multiplex Scripturam inter ac traditionem differentia.

IV. — *De Deo Uno*

1) Exsistentia Dei, eius demonstrabilitas ac demonstratio, — 2) demonstrationum genera, — 3) Dei perfectiones; unitas, — 4) infinitas, — 5) simplicitas, — 6) immensitas, — 7) aeternitas, — 8) omnipotentia, — 9) scientia Dei; eius obiectum, — 10) medium, — 11) Voluntas divina; eius necessitas ac libertas, — 12) Voluntas Dei antecedens et consequens, — 13) providentia, — 14) praedestinatio.

V. — *De Deo Trino*

1) Quid Trinitatis mysterium, — 2) in Deo natura, processiones, personae, relationes, notiones, — 3) Verbi processio, ac divinitas, — 4) processio Verbi generatio est, — 5) Spiritus sancti processio ac divinitas, — 6) processio Spiritus sancti a Patre et Filio, — 7) quando, et ubi definitum — 8) De additione vocabuli *Filioque* in symbolo fidei, — 9) Spiritus sanctus procedit in aequalitatem divinae naturae, non tamen ut Filius, — 10) Trinitas mysterium naturali rationi impervium. — 11) De haeresibus contra Trinitatem.

VI. — *De Deo creante et elevante*

1) Quid creatio, — 2) creationis factum ostenditur, — 3) libertas creationis, huius propositionis certitudo, — 4) dies creationis, — 5) hominis creatio, — 6) angelorum creatio, — 7) varii humanae naturae status, naturae purae, integrae, lapsae, reparatae, — 8) Dona supernaturalia ac praeternaturalia, — 9) peccatum primi hominis, — 10) originalis culpae progagatio, — 11) immaculata Beatae Mariae Virginis conceptio.

VII. — *De Verbo incarnato*

1) Quid incarnatio, — 2) cuius generis unio, — 3) finis eius, — 4) Christi voluntas, — 5) operatio, — 6) meritum, — 7) cultus latriae humanitati Christi exhibendus, — 8) Divina Beatae Mariae Virginis maternitas, — 9) quibus modis fuerit negatum mysterium incarnationis.

VIII. — *De gratia Christi*

1) Quid gratia, — 2) gratiae divisiones, — 3) necessitas, — 4) efficacia, — 5) meritum, — 6) meriti obiectum, — 7) quae cum gratia conectantur.

IX. — *De sacramentis in genere*

1) Quid sacramentum, — 2) veteris ac novae legis sacramenta, atque inter ea discrimen, — 3) sacramentorum novae legis numerus et divisiones, — 4) materia et forma, — 5) minister, eiusque fides, probitas, intentio, 6) necessitas, — 7) efficacia, — 8) efficaciae modus, — 9) character, 10) duplicem gratiam producunt sacramenta novae legis, — 11) tria in eis sunt.

IX-BIS. — *De baptismo, de confirmatione, de extrema unctione*

1) Quid baptismus, — 1) eius institutio, materia et forma, — 3) minister ac subiectum, — 4) species, — 5) effectus, — 6) necessitas, ab reviviscentia, — 7) quid confirmatio, — 8) eius institutio, materia et forma, — 9) minister, et subiectum, — 10) effectus, — 11) necessitas, — 12) quid extrema unctio, — 13) eius institutio, materia et forma, — 14) minister et subiectum, — 15) effectus, — 16) necessitas, — 17) iteratio.

X. — *De sacramento paenitentiae*

1) Quid sacramentum paenitentiae, — 2) eius institutio, — 3) materia, — 4) forma, — 5) minister et subiectum, — 6) necessitas, — 7) effectus, — 8) num paenitentiae sacramentum possit esse informe.

XI. — *De sacramento matrimonii*

1) Quid sacramentum matrimonii, — 2) eius institutio, materia et forma, — 3) minister et subiectum, — 4) unitas, — 5) indissolubilitas, — 6) iteratio, — 7) impedimenta, eorumque divisiones, — 8) matrimonium ratum quando solubile, — 9) privilegium paulinum, eiusque condiciones, — 10) matrimonium clandestinum, — 11) civile.

XII. — *De novissimis*

1) Mors et iudicium particulare, — 2) visio beatifica eiusque duratio, — 3) eius collatio, — 4) inaequalitas, — 5) Beatorum impeccabilitas, — 6) dotes, et aureolae, — 7) inferni exsistentia, — 8) poenae, — 9) ignis, — 10) aeternitas, — 11) purgatorii exsistenia, — 12) poenae, earumque duratio, — 13) animae in purgatorio detentae viventium suffragiis atque indulgentiis iuvantur, — 14) puerorum sine baptismo decedentium condicio.

---

85. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (26 iul. 1905)

PRIVILEGIUM, EX AUDIENTIA SS^mi, ALTARIS PORTATILIS

Congregationis Cleric. Regul. Infirmis ministrantium

Orator, propositis rationibus

R^mus P. Franciscus Vido, CC. RR. Infirmis Ministrantium, universae familiae Praefectus, probe noscens quantum auxilii morbis

animi medendis vel ipsis aegrotis morti proximis disponendis Sacrosanctum Missae Sacrificium conferre soleat: a Sanctissimo Dno Nto Pio PP. X privilegium altaris portatilis pro cunctis ipsius Regularis familiae sacerdotibus humillime flagitavit: ut, nimirum, iisdem Clericis Regularibus, venia habita a respectivo Moderatore vel Provinciae suae Praefecto in privatis fidelium domibus sive prope cubiculum, sive in aegroti cubiculo ad animae solamen bonumque illius Sacrum litare liceat: in publicis vero Nosocomiis aliisque piis locis vulgo « Lazzaretti » nuncupatis, necnon in domibus uti aiunt « Case di salute », singuli iidem Clerici Regulares in Altari portatili Missam celebrare valeant. Sanctitas porro Sua, huiusmodi supplicia vota ab infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto relata clementer excipiens, de specialissima gratia numquam in exemplum afferanda, expetitum privilegium, absque ulla Apostolici Brevis expeditione, pro Nosocomiis ceterisque enuntiatis locis benigne tribuere dignata est singulis Sacerdotibus praedictae Regularis familiae, quoadusque ibidem commorentur. Pro aegrotantium vero privatis domibus potestatem fecit tum supremo Moderatori, tum singulis pro tempore Praefectis unicuique Provinciae CC. RR. memoratae Congregationis ut pro suo quisque prudenti arbitrio et conscientia, praevio tamen Ordinarii loci consensu, permittat Missae Sacrificium in Altari portatili celebrari, dummodo loci decentiae, meliore quo fieri potest modo, provideatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Petit.

Altare portatile in domibus privatorum, propter aegrotos.

Et in publicis nosocomiis.

De specialissima gratia.

Conceditur *sub modo.*

Die 26 iulii 1905.

Dies (26 iul. 1905).

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

Annotationes

1. Verbis « de specialissima gratia, numquam in exemplum afferenda » demonstratur privilegium istud esse, ex Pontificis mente, incommunicabile; nec spem fore alii Instituto idem obtinendi directa concessione. Ac satis facile intellegitur speciali benevolentia uti in hac re Clericos qui speciali vocatione sua iuvandis spiritualiter infirmis deputantur.

Observemus tamen esse, sine clausula communicationem vetante, a Benedicto XIII, 9 dec. 1729, et a Benedicto XIV vivae vocis oraculo Piis Operariis concessum ut in cubiculis infirmorum *diuturno morbo* laborantium possent Missam facere.

2. Usus in privatis domibus obnoxius est huic legi: « *Praevio tamen Ordinarii loci consensu* ». Debetne iste consensus in singulis peti casibus? Id non arbitramur per se requiri; putamus autem esse in arbitrio Ordinariorum loci positum ut generali modo usum privilegii permittant vel velint de singulis casibus fieri certiores.

86. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (31 iul. 1905)

RESPONSUM[1] *DE USU PRIVILEGII OFFICII VOTIVI, PRO REGULARIBUS*

Congregationis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium

Orator,

Rmus P. Ioachim Ferrini, Clericorum Regularium infirmis Ministrantium Procurator Generalis, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit; nimirum:

proposito indulto,

In Indulto anni 1765, ampliato per recens decretum diei 10 iunii 1904, concessum fuit Congregationi Clericorum Regularium infirmis Ministrantium privilegium persolvendi Officium votivum cum Missa Immaculatae B. Mariae Virginis Conceptionis primo cuiusvis mensis sabbato sub quibusdam limitationibus. Rmus Praefectus Generalis eiusdem Congregationis cum suo Consilio numquam intendit onus imponere suis subditis qui ad chorum non tenentur et privatim Officium recitant, huiusmodi Officium votivum cum Missa persolvendi, sed tantum praescripsit ut in singulis domibus Religiosae Familiae una Missa votiva, praedicta die sabbati, iuxta privilegium celebretur, liberum de cetero relinquens suis alumnis, quotiens uti possint privilegio, Officium cum Missa diei currentis vel Officium votivum cum Missa de Immaculata B. M. V. Conceptione recitare. Cum vero nuper exorta sit quaestio circa usum enuntiati privilegii, quaeritur: An huiusmodi privilegium sit de praecepto vel ad libitum?

Et mente qua est a Generali promulgatum, **Quaerit** *utrum usus sit praeceptus an liberae optionis.*

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuit: In casu ad libitum singulorum, annotato in Calendario tum Officio cum Missa diei currentis tum Officio votivo cum Missa de Immaculata B. M. V. Conceptione iuxta decretum n. 3594 *Aquen.* 19 septembris 1883 ad. 1 et 2.

Responsum.

Dies (31 iul. 1905).

Atque ita rescripsit. Die 31 iulii 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Loadicen., Secretarius.

Annotatio

Ratio responsionis est ex mente Praefecti Generalis tota quanta repetenda. In potestate enim est Superioris Generalis, officia Ordini concessa, etiamsi mere sint votiva, ipsi Ordini imponere, ut non uno probatur exemplo.

Decreti autem 19 septembris 1883 ideo facta est memoria, quia modum indicat quo scribendum sit Calendarium. Ita enim habet ad 2 « Redacto Ordine divini Officii more consueto iuxta Rubricas, addi poterit Rubrica particularis Officii votivi currentis diei. »

---

[1] Acta S. Sedis, t. 28 (1905), p. 111,

87. — Emi CARDINALIS VICARII URBIS

ORDINATIO[1] *10 AUG. 1905*

De sacris contionibus in Urbe

Memorantur acta superiora.

In [2] ossequio alle disposizioni contenute nella Lettera della S. C. dei VV. RR. del 31 luglio 1894, il Vicariato di Roma, con notificazione del 24 settembre 1894, approvata dal S. Padre, pubblicò alcune norme per regolare la predicazione nelle chiese e negli oratori di Roma.

Paucis mutatis, confirmantur ex voluntate Pontificis.

Per espresso volere di Sua Santità, richiamiamo in vigore le norme anzidette, con qualche modificazione, praticamente riconosciuta necessario, ordinando quanto segue:

Praescripta.

1. Quilibet contionator opus habet scripta facultate,

I. Nessun sacerdote residente in Roma, o secolare o regolare, potrà predicare nella Diocesi Romana, sia in chiese, sia in oratori, senza esserne autorizzato, mediante pagella da ritirarsi presso gli uffici della Segretaria del Vicariato.

2. Regulariter post examen concedenda.

II. Questa autorizzazione verrà concessa in via ordinaria appresso esame ed in via eccezionale per titoli debitamente riconosciuti.

3. Quid si vocetur contionator extraneus.

III. Volendosi invitare per la predicazione qualche sacerdote di altra diocesi, dovrà chiedersi almeno un mese prima la necessaria licenza, che non sarà concessa senza la presentazione del permesso, in inscritto, dell'Ordinario di lui, ed insieme dell'attestato di essere egli approvato per la predicazione nella propria Diocesi. Se il sacerdote è regolare, dovrà presentare la testimoniale d'idoneità insieme con l'assenso del proprio Superiore.

4. Dies deputandi examinibus.

IV. Gli esami, da sostenersi in questo Vicariato con esaminatori da noi specialmente deputati, avranno principio col prossimo novembre, nei giorni che verranno designati con apposita tabella affissa negli uffici del Vicariato medesimo.

---

[1] ACTA S. SEDIS, t. 38. p. 187.

[2] Haec latine sic reddimus:

Ut dictis obsecundaret litterarum S. C. Episc. et Regul. die 31 iul. 1894 (De sacris contionibus) Vicariatus Urbis, decreto 24 septembris 1894, a SSmo Dno approbato, regulas quasdam promulgavit quibus in Urbis ecclesiis et orationibus sacrae contiones ordinarentur.

Expressa SSmi Dni voluntate easdem confirmamus, paucis factis mutationibus quas usus demonstravit necessarias, dum haec praecipimus:

I. Nullus sacerdos qui Romam incolat, sive saecularis sive regularis, in romana dioecesi, sive in ecclesiis, sive in oratoriis, contionari permittetur sine facultate scripta « in pagella » quae apud Vicariatus Secretarium est exquirenda.

II. Venia contionandi plerumque post examen concedetur; exceptione facta ob legitime agnitos titulos.

III. Ut ad contionem habendam advocetur sacerdos alterius dioecesis, ante mensem saltem erit prius exquirenda venia quae non concedetur sine scripta proprii Ordinarii facultate et fide obtentae in propria dioecesi approbationis ad contionandum. Regularis porro sacerdos, praeter testimoniales de idoneitate litteras, proprii Superioris assensum exhibere debebit.

IV. Periculis, quae in hoc Vicariatu coram specialiter a Nobis designatis examinatoribus erunt facienda, initium dabitur a proximo mense novembri, diebus quae in speciali tabula palam proponentur in ipso Vicariatu.

5. Supplices libelli a mense octobri ineunte recipiuntur.

V. A cominciare dal prossimo ottobre, si presentino le domande di ammissione all'esame, ovvero i documenti dei titoli pei quali se ne desidera la dispensa.

6. Dies a quo haec vigent. Sanctio poenalis.

VI. Perchè tutti abbiano tempo di uniformarsi a queste disposizioni, esse andranno solamente in vigore il 1° gennaio 1906. Da quel giorno, i Rettori o Superiori di chiese o di oratori, che permetteranno di predicare a chi non è fornito d'autorizzazione in iscritto, incorreranno *ipso facto* la sospensione *a divinis* per otto giorni. Per le case religiose femminili, viene onerata la coscienza delle rispettive Superiore.

7. Proponenda haec in sacristiis. Dies (10 aug. 1905).

VII. La presente notificazione dovrà tenersi affissa nelle Sacrestie, perchè nessuno possa allegarne ignoranza.

Dal Vicariato, il 10 agosto 1905.

P. *Card. Vicario.*
Francesco Can. Faberi, Segretario.

---

88. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (14 aug. 1900)

DECRETUM DE TYPICA CANTUS GREGORIANI EDITIONE

Vaticana editio narratur perfecta.

Post Apostolicas litteras SS. D. N. Pii divina Providentia PP. X *Motu proprio* data die XXV aprilis MCMIV[1], quibus decernitur nova committenda typis Vaticanis editio librorum, cantum gregorianum S. R. Ecclesiae proprium continentium, prout ab ipsomet Pontifice restitutus fuit, Commissio Pontificia, mandata et desideria eiusdem Pontificis adimplens, ipsam editionem summo studio ac diligentia paravit, atque perfecit.

Promulgatur ut typica.

Haec vero S. Rituum Congregatio, hanc ipsam editionem uti typicam ab omnibus habendam esse declarat atque decernit; ita ut in posterum melodiae gregorianae in futuris huiusmodi librorum editionibus contentae, praedictae typicae editioni, nihil prorsus addito, dempto vel mutato, ad amussim sint conformandae, etiamsi agatur de excerptis ex libris iisdem.

Ne, sine venia S. Sedis, vulgetur in totum vel ex parte.

Nulli tamen fas erit librorum cantus gregoriani sic restituti in totum vel ex parte editionem suscipere aut evulgare, nisi prius a S. Sede facultatem obtinuerit, normis servatis, et instructionibus, quae in Decreto S. R. C. diei XI augusti MCMV[2] continentur.

V. A proximo mense octobri inscribantur candidati examinis vel exhibeantur tituli ob quos ab examine quaeratur dispensatis.

VI. Ut omnibus tempus suppetat his sanctionibus parendi, ab ineunte tantum mense ianuario 1906 vigebunt. Ab illa die Rectores vel Superiores ecclesiarum vel oratoriorum qui quempiam scripta facultate destitutum confessionari siverint, *ipso facto* suspensionem *a divinis* per octo dies committent. Quod ad religiosas mulierum domus, Superiorissarum oneratur conscientia.

VII, Decretum istud erit in Sacristiis palam proponendum ne eius ignoratio excusari queat.

E Vicariatu, die 10 aug. 1905.

[1] Cfr. PERIODICA nostra, I, n. 68, A. p, 168.

[2] Ibidem, n. 70, p. 174.

Votum Pontificis ut prudenter amoveantur alii libri.

Denique haec eadem S. Rituum Congregatio, de mandato SSmi declarat vivissimum esse eiusdem Sanctitatis Suae desiderium, quod ubique locorum Ordinarii curent, ut quilibet libri hucusque editi cantum liturgicum referentes, etiamsi quocumque pontificio privilegio muniti, aut quavis approbatione commendati, sensim sine sensu, quam primum tamen ab ecclesiis, etiam Regularium, romanum ritum sectantibus amoveantur, ita ut libri liturgici gregorianos concentus continentes ii tantummodo adhibeantur, qui, iuxta normas supradictas compositi, huic typicae editioni plane fuerint conformes.

Clausula derogatoria.

Contrariis non opstantibus quibuscumque.

Dies (14 aug. 1905).

Die 14 augusti 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

89. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESCRIPTUM [1] *18 AUG. 1905*

De capitulo cogendo vel non post dilatam sollemnem professionem

Orator.

D. Maurus M. Serafini O. S. B. Abbas Generalis Congregationis Cassinen. a primitiva observantia, pedibus Sanctitatis tuae provolutus, sequentia exponit:

Dubitandi iuridica causa.

Ex decretis Apostolicis *Neminem latet* et *Perpensis*, et ex declarationibus super iisdem, a S. Congr. de Statu Regularium emissis, tam pro religiosis quam pro monialibus post vota simplicia ad professionem sollemnem admittendis, requiritur votum Capituli Conventualis, quod quidem votum non deliberativum sed mere consultivum est, ad instructionem animi Superioris. Qui Superiores, iustis de causis, professionem sollemnem differre possunt ultra statutum triennium, non tamen ultra aetatis annum vicesimum quintum. Hinc saepe contingit ut Superior, post auditum capitulum conventuale, dilationem decernat. Quapropter quaeritur:

Dubia.

I. I. An dilata professione sollemni post Capituli votum, Superior teneatur iterum exquirere votum Capituli, cum tempus advenerit admittendi candidatum ad professionem sollemnem? — Et quatenus *affirmative;*

II. II. Quatenus temporis dilatio talis censeri debeat, ut Capitulum conventuale iterandum sit?

Responsa.

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, re sedulo perpensa, respondendum censuit prout respondet:

Ad I. Ad I. *Negative.*

Ad II. Ad II. Provisum in primo.

Dies (18 aug. 1905).

Romae, die 18 augusti 1905.

D. Card. FERRATA, *Praefectus,*
Philippus Giustini, Secretarius.

---

[1] ACTA S. SEDIS, t. 38, p. 71.

90. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (22 aug. 1905)

RESPONSA DE PATRONIS DIOECESIS COLENDIS A REGULARIBUS

Ordinis Min. Capuccinorum Prov. Rheginensis

Orator, memorato decreto Leonis XIII,

Hodiernus Redactor Kalendarii pro Rheginensi Provincia Ordinis Minorum Cappuccinorum, de consensu sui Rmi Procuratoris Generalis, Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit, in Decreto Sa. Me. Leonis Pp. XIII, sub die 4 decembris 1904, inserto in Breviario eiusdem Ordinis novissimae Editionis, ac incipiente « Qui primo », inveniri haec verba : « dimissis quibuscumque aliis Officiis, sive Dioecesanis, praeter Officia Patroni praecipui Loci, Titularis ac Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etc. ». Hinc idem Orator sequentia Dubia solvenda proposuit :

Proponit **dubia**.

I. De Patrono dioecesis.

I. Utrum in illis locis ubi deest Patronus praecipuus Loci, Fratres Capuccini teneantur ad Officium Patroni praecipui Dioecesis, et quidem cum onere audiendi Sacrum et abstinendi ab operibus servilibus?

II. De S. Ianuario.

II. Utrum per praefatum Decretum abrogatum fuit Officium S. Ianuarii Episcopi et Martyris ac Patroni principalis totius regionis Neapolitanea, cuius festum sub duplici praecepto celebratur?

III. De privilegii vigore.

III. Utrum adhuc censeatur vigere privilegium iam obtentum celebrandi supradicta Officia prout exstant in Propriis respectivarum Dioecesium?

Responsa.

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit :

Ad I. Ad I. *Affirmative ad utramque partem.*

Ad II. Ad II. *Negative.*

Ad III. Ad III. *Affirmative.*

Dies (22 aug. 1905). Atque ita rescripsit die 22 augusti 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

91. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (23 augusti 1905)

RESPONSUM [1] DE MODO QUO AD DIVINA OFFICIA FRATRES MINORES CAPUT TEGERE DEBENT

Ordinis Fratrum Minorum

Quaestio *proposita.*

A Sacra Rituum Congregatione expostulatum fuit : Utrum Fratres Minores in Missa aliisque divinis officiis amictum super nudum caput imponere debeant, an etiam possint ipsum amictum caputio imponere?

Dirimitur.

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito prius Rmo P. Procuratore Generali praefati Ordinis, qui, annuente Rmo P. Ministro Generali, rationes pro utraque sententia

adductas collegit et rettulit, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque ad rem pertinentibus et consuetudinibus diligenter discussis et perpensis, rescribendum censuit: Ad Rmum P. Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum pro uniformitate servanda iuxta Rubricas et Decreta antea edita ab eadem Sacra Congregatione, ita ut Fratres Minores caput tegant cum solo amictu. Quod vero ad illas Ordinis Provincias seu partes attinet, quae ob peculiares difficultates et gravia timenda incommoda, alium tegendi caput modum, cum caputio scilicet, amicto cooperto, sua consuetudine servaverint et adhuc servent, ut ipsis ab observantia praesentis Decreti, circumstantiis perdurantibus, dispensatio concedi possit, eadem Sacra Congregatio rem prudenti arbitrio et conscientiae Rmi Ministri Generalis remittendam benigne existimavit.

Optatur uniformitas

Opportuna permittitur dispensatio.

Atque ita rescripsit, die 23 augusti 1905.

Dies (23 aug. 1905).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus*,
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretaris.

---

92. — S. C. INDULGENTIARIUM ET S. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SSmi, 23 AUG. 1905.

Indulgentiae Franciscanae coronae septem gaudiorum B. M. V.

Orator,

Frater Bonaventura Marrani, Ordinis Fratrum Minorum Procurator Generalis, enixe desiderans ut cultus erga Deiparam Immaculatam magis augeatur, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, sequentia exponit:

Laudata corona septem gaudiorum,

Inter multiplices cultus ac pietatis significationes erga eandem Beatissimam Virginem consuetas, nobilem sane locum occupat ea laudabilis praxis, ut peculiari Corona Septem devote recolantur Gaudia, quibus Deipara in Annuntiatione, Visitatione, Partu, Adoratione Magorum, Inventione Filii, huius Resurrectione et ipsius divinae Matris Assumptione in Deo Salutari suo mirabiliter exsultavit. Hinc factum est, ut Romani Pontifices non modo speciale Festum Septem Gaudiorum Beatae Mariae Virginis cum Officio ac Missa propria agendum plurimis in locis permiserint, verum etiam Fratribus ac Sororibus trium Ordinum Seraphici Patris Nostri Francisci, quos inter ipsa devotio maius incrementum reperisse noscitur, Indulgentiam Plenariam pluries vel eadem die lucrandam benigne concesserint.

Petit *indulgentias pro omnibus fidelibus,*

Sed humillimus Orator, expendens devotionem erga Septem Beatae Mariae Virginis Gaudia nullo adhuc spirituali lucro cunctis Fidelibus communi exornatam esse, resciensque pariter eandem Gaudiorum Coronam publice in Ecclesiis ipsiusmet Ordinis cum aliorum Fidelium interventu recitari, suppliciter Sanctitatem Vestram rogat, ut in favorem Coronae Gaudiorum a Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, vel ab alio sacerdote, sive saeculari sive regulari, per ipsum deputando benedictae in forma Ecclesiae consueta, sequentes omnibus Christifidelibus elargiatur Indulgentias, in perpetuum valituras et in defunctorum etiam

Ad instar earum quae ditant coronas septem dolorum.

levamen, excepta tamen Plenaria in mortis articulo lucranda, applicabiles, fere ad instar illarum concessas. quae Coronis Septem Dolorum eiusdem Beatae Mariae Virginis sunt annexae.

1° Illis, qui publicae recitationi Coronae apud Ecclesias trium Ordinum habendae astiterint, *easdem* tribuat *Indulgentias* quae Fratres et Sorores ipsius Ordinis, quibuscumque sunt sociati, promerentur;

2° Indulgentiam *Plenariam* iis, qui, confessione expiati et sacra Communione refecti, eandem Coronam recitarint *in Festis* cuiusque e Septem Gaudiis, atque in Festis principalioribus Beatae Virginis, vel per Octavam utraque Festa subsequentem; item *Plenariam semel in mense* lucrandam ab iis, qui Coronam singulis Sabbatis consueverint recitare; necnon *Plenariam in articulo mortis*, pro iis, qui Coronam retinuerint, ipsamque frequenter in vita percurrerint;

3° Partialem *trecentorum annorum* iis, qui eandem Coronam in aliis Festis Beatae Mariae Virginis recitaverint; *ducentorum* annorum iis, qui diebus festivis de praecepto; et *centum* annorum iis, qui die Sabbati; ac demum *septuaginta* annorum et *totidem quadragenarum* omnibus quotiens ipsam Coronam quocumque anni die persolverint;

4° Partialem *decem annorum* iis, qui eandem Coronam ut supra benedictam, apud se retinentes, eamque frequenter recitantes, aliquod pium opus in Dei honorem, vel in spiritualem aut temporalem proximi utilitatem exercuerint, aut in honorem Septem Deiparae Gaudiorum Angelicam Salutationem septies recitaverint.

Et Deus.

Concessio

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X in Audientia habita die 23 augusti 1905 ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces. Praesenti valituro in perpetuum cum expeditione Brevis, cuius exemplar, sub poena nullitatis gratiae obtentae, ad Secretariam huius Sacrae Congregationis erit transmittendum. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (23 aug. 1905).

Datum Romae e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 23 augusti 1905.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

93. — S. CONGR. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESPONSA [1] *1 SEPTEMBRIS 1905*

De confessariis ordinariis religiosarum

Orator.

Petrus Gonzalez et Estrada, Episcopus S. Christophori de Habana, omne illicitum vitare cupiens, a Sacra Episcoporum et

[1] Acta S. Sedis, t. 28 (1905), p. 148.

Regularium Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime postulat ; nimirum :

Dubia.

I. An Episcopus licite valeat Confessarium ordinarium monialium unius monasterii pro aliis monasterii monialium ordinario confessario designare ? — Et quatenus *negative :*

Designatio eiusdem confessarii pro duobus monasteriis, vel pro monasterio et conservatorio.

II. An Episcopus confessarium ordinarium monialium unius monasterii ad munus ordinarii confessarii sororum votorum simplicium eligere queat ? — Et quatenus *negative :*

III. Utrum Episcopus unum confessarium ordinarium pro duabus communitatibus Sororum possit licite deputare ?

IV. An prohibitum sit Regularibus confessarios ordinarios sororum votorum simplicium esse, sicut pro monialibus iis vetitum est ?

Designatio viri Regularis ut ordinarii Confessarii sororum simplicium.

Et Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, omnibus sedulo perpensis, respondendum esse censuit, prout respondet :

Responsa.

De unitate Confessarii.

Ad I. *Affirmative.*

De habilitate viri Regularis.

Ad II et III. Provisum in primo.

Ad IV. *Affirmative.*

Dies (1 sept. 1905).

Romae, die 1 septembris 1905.

D. Card. FERRATA, *Praefectus.*
Philippus Giustini, Secretarius.

ANNOTATIO

Responso quo Regulares prohibentur etiam apud Sorores munus gerere Confessarii Ordinarii, non parum, ut verisimile est, commovebuntur plures. Nec diffitendum est pristinum vetitum ampliari hac S. Congregationis responsione, quae propter causarum similitudinem data esse videtur. Causas tamen omnino pares praedicare nolimus. Quantum enim differt ratio vivendi monalium, quae, uni monasterio addictae, stricta continebantur clausura, a genere vitae plerarumque sororum, quae ad varia caritatis opera exercenda etiam extra conservatoria excurrunt et saepe domum mutant !

Praeterea, si consequenter respondere voluerimus, etiam in alumnos Congregationem virorum transferre debebimus legem latam pro Regularibus, ita ut ne illi quidem, contra ac saepissime fit, institui iam possent Confessarii ordinarii in Conservatoriis.

---

94. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (9 sept. 1905)

RESPONSUM DE TITULARI ECCLESIAE IN DISPERSIONE

Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum in Gallia

Clausa cum sint ecclesiae et conventus,

Ferme omnes Ecclesiae Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum in Gallia sunt clausae et Conventus religiosis vacant. In manus sic dicti *Liquidatoris* transierunt Ecclesiae et Conventus ; nihilo minus in locis ubi erant Conventus remanserunt religiosi, qui licet separatim vivant, Superiorum localem habent.

Petitur *an festo et commemoratione celebrandus sit Titularis ecclesiae.*

Quibus sic stantibus, a Sacra Rituum Congregatione expostulatum fuit: « Utrum praedicti Fratres, degentes in loco ubi primum erat Conventus, teneantur officium titularis Ecclesiae conventualis, clausae et etiam in alios usus conversae, celebrare sub ritu duplicis primae classis cum octava, et in suffragiis Sanctorum commemorationem praefati titularis peragere ? »

Respons. *negative.*

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit: Negative; sed unice tenentur ad officium et Suffragium de Patrono seu Titulari Provinciae Regularis, quatenus ex Rubrica vel Indulto Apostolico habeantur : uti in Decreto n° 3210 *Ordinis Minorum* 3 iulii 1869.

Dies (9 sept. 1905).

Atque ita rescripsit. Die 9 septembris 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

Annotationes

1. Responsio ista usum generalem habere potest apud ceteros Regulares, cum evidens sit causarum identitas.

2. Dum positive inculcat obligationem celebrandi Titularem Provinciae patronum, rubricam memorat quae peculiaris est Ordinis Minorum, ut in ipso Responso dicitur 3 iul. 1869.

---

95. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (10 nov. 1905)

RESPONSA DE PRAECEDENTIA TERTIORUM ORDINUM IN PROCESSIONIBUS

Urgellen.

Orator.

R^mus D^nus Episcopus Urgellensis sacrarum Rituum Congregationi ea quae sequuntur reverenter exposuit; nimirum :

Memoratis decretis de praecedentia tertiariorum,

Iuxta decretum S. R. C. 28 maii 1886, n. 3664, Tertiariis Franciscalibus coetum constituentibus, nempe proprio habitu indutis ac sub cruce incedentibus, ius inest praecedentiae super quascumque alias laicas sodalitates.

Praeterea ex decreto S. C. Ep. et Reg. 6 aprilis 1900, E^mi Patres declarandum esse censuerunt: « Tertiarios S. Francisci necnon aliorum Ordinum, tum solummodo habere ius praecedentiae in Processionibus, cum iidem collegialiter incedunt sub propria cruce ac veste uniformi induti vulgo *sacco* ».

Et usu Hispaniae,

Iam vero in Hispania generatim nec Tertiarii nec alii confratres induuntur *sacco*, sed tantum scapulari, cingulo, numismate, etc., juxta cuiusque tertii Ordinis aut sodalitatis diversa statuta aut praxim.

Quaerit, *Quid omissus « saccus » mutet in iuribus praecedentiae.*

His praemissis, idem R^mus Episcopus expostulavit :

I. An cum nec Tertii Ordinis nec confraternitates aut sodalitates *sacco* utantur, ius praecedentiae competat Tertiariis super quascumque sodalitates laicas ?

II. An etiam tunc ius praecedentiae competat confratern at

SS. Sacramenti super alias sodalitates in Processionibus in quibus defertur SS^ma Eucharistia, non autem super Tertios Ordines?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito commissionis Liturgicae suffragio, reque sedulo perpensa rescribendum censuit: **Responsum.**

Ad I. *Affirmative* in casu; sed Tertiarii uniuscuiusque Ordinis et confraternitatum sodales hortandi sunt, ut vestem integram, vulgo *saccum*, in Processionibus ex antiquo et laudabili Ecclesiae more velint assumere.

Ad II. *Affirmative*; reservata iugiter praecedentia fratribus cuiusvis Tertii Ordinis.

Atque ita rescripsit, die 10 novembris 1905. *Dies (10 nov. 1905.)*

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

BIBLIOGRAPHIA

N. B. *Quamvis de nullo opere censuram facere nobis sit propositum, eorum tamen quae ad nos pervenerunt magis completam damus indicationem. His porro signis varios designamus libellos periodicos ubi de operibus allatis facta est censura.*

A. = ARCHIV FUR KIRCHENRECHT (Moguntia T. LXXXV).
A. B. = ANALECTA BOLLANDIANA (Bruxellis, t. XXIV).
B. T. = BULLETIN DE LITTÉRATURE ECCLÉSIASTIQUE, (1905, Tolosae).
M. = MONITORE ECCLESIASTICO (Romae).
R. C. = REVUE DU CLERGÉ FRANÇAIS, t. XLIV.

Argumentis generalioris

Carlier A. *De l'incapacité de recevoir des Congrégations religieuses et de leurs membres.* 1 in-8, 181 p. Paris, Rousseau, 1904. (A. 392).

P. Moccheggiani, O. F. M. *Iurisprudentia ecclesiastica ad usum et commoditatem utriusque cleri.* T. I, in-8, 770 p. (7,50 fr.). Ad Claras Aquas (Quaracchi) ex typ. Coll. S. Bonaventurae, vel Romae, apud Desclée, 1904. (A. 186 ; M. XVI. 232.) T. II, in-8, 824 p. (7,50 fr.). Ibidem. (M. XVII, 427.)

Historica

H. **Delehaye**, S. J. *Les légendes hagiographiques.* Bruxelles, Polleunis et Ceuterick, 1905, 1, in-16 de 264 p. Chapitre premier. Notions. — Chapitre deuxième. Le travail de la légende. — Chapitre troisième. Le travail des hagiographes. — Chapitre quatrième. Classification des textes hagiographiques. — Chapitre cinquième. Le dossier d'un saint. — Chapitre sixième. Réminiscences et survivances païennes. — Chapitre septième. De quelques hérésies en matière d'hagiographie.

Prutz, H. *Die exemte Stellung des Hospitaliter Ordens.* 1 in-8. 94 p. (1,20 Mark) München. Königl. Akademie, 1904. (A. 134.)

Prutz, *Die Autonomie des Templer Ordens.* 1 in-8, 48 p. (1 M.) Ibidem, 1905. (A. 806.)

Ubald, *Les opuscules de S. François d'Assise.* Paris, Poussielgue, 1905. (R. T. 1905, p. 261.)

Edmond Schmidt, O. S. B. *War der heilige Benedik priester?* in ZISTERZENSER ORDEN XXV, 42-02. (A. B. t. XXIV, 152.)

René de Voyer d'Argenson, *Annales de la compagnie du S^t Sacrement.* Paris, Oudin, 1900. (A. B. 164.)

Raoul Allier, *La Cabale des dévots*, 1627-1666. Paris, 1902.

John Joseph Dums, *Irish Monks on the continent*, in THE CATHOLIC UNIVERSITY BULLETIN X, 307-28. (A. B, 164.)

(Anon.) **The Benedictines of Stanbrook.** *Saint Egwin and his abbey of Eveshan.* London Burns, 1904. (A. B. 298.)

Herebert Holzapfel, O. F. M. *S^t Dominicus und der Rosenkranz*, München, Leutner, 1903. (A. B. 298.)

J. W. Van Heeswijck, *De H. Dominicus en de Rosenkrans*, in DIETSCHE WARANDE EN BELFORT, 1903. (A. B, 305.)

Placido M. Lugano, *Origine e primordi dell' Ordine di Montoliveto*, abbatia Septimnianensis prope Florentiam, 1903. (A. B, 309.)

B. Feliciangeli, *Sulla monacazione di Sueva Montefeltro Sforza, signora de Pesaro* (1903). (A. B, 311.)

Stephan Schiwietz, *Das Morgenländische Mönchtum*, Mayence, Kircheim, 1904. (A. B, 381.)

D. Cuthbert Butler, *The Lausiac History of Paladius.* Cambridge, 1904. (A. B, 382.)

Wallis Budge, *Lady Meux* ms n° 6. *The Book of Paradise, being the Histories and Sayings of the Monk and Ascetics of the Egyptian Desert.* London, 1904. (A. B, 382.)

G. Graf, *Die arabische Vita des hl. Abramias in* BYZANTINISCHE ZEITSCHRIFT, XIV p. 508-18. (A. B, 514.)

G. Grützmacher, *Peter "the venerable" of Cluny.* A sketch from mediaeval church history, in THE EXPOSITORY TIMES, XV, p. 536-39. (A. B, 520.)

Jean Rigauld, *The Life of S^t Antony of Padua.* London, catholic Truth Soc. 1904. (A. B, 307.)

Leon de Herval, *S^ti Antonii de Padua Vitae duae.* Paris, Fischbacher 1904. (A. B, 307.)

Montgomery Carmichael, *The origin of the Rule of Saint Francis*, in THE DUBLIN REVIEW. 1904 p. 357-83. (A. B, 409.)

Can. Pen. Giuseppe Celidomo, *Della Regola dei Frati Minori.* Sulmona, Colaprete 1903. (A. B, 409.)

Paul Sabatier, *Regula antiqua fratrum et sororum de Paenitentia.* Paris, 1902. (A. B, 415.)

W. Goetz, *Die Regel des Tertiarierordens*, in ZEITSCHRIFT FUR KIRCHENGESCHICHTE, XXIII 97-107. (A. B, 415.)

Pierre Mandonnet, O. P. *Les Règles et le gouvernement de l'Ordre de Paenitentia* au XIII^e s. Paris Fisbacher. (A. B, 415.)

Kar. Müller, *Zur Geschichte des Bussbruderordens*, in ZEITSCHRIFT FUR KIRCHENGESCHICHTE, XXIII, p. 496-524. (A. B, 415.)

W. Goetz, *Die ursprünchlichen Ideale des hl. Franz von Assisi*, in HISTORISCHE VIERTELJAHRSCHRIFT, VI, p. 9-50. (A. B, 521.)

W. Goetz, *Die quellen zur Geschichte des hl. Franz von Assisi*, Gotha, Perthes, 1904. (A. B, 521.)

H. Tilemann, *Speculum perfectionis und Legenda trium sociorum. Ein beitrag zur Quellenkritik der Geschichte des hl. Franz von Assisi.* Leipzig, Eger, 1901. (A. B, 525.)

Ernst Knoth, *Ubertino von Casale. Ein Beitrag zur Geschichte der Franziskaner an der Wende des 13 und 14 Jahrhunderts*, Marburg, Uwert, 1903. (A. B, 527.)

Joh. Chrysostomus Huck, *Ubertin von Casale und dessen Ideenkreis.* Freiburg, Herder 1902. (A. B, 527.)

De Institutis votorum simplicium

P. Bastien, O. S. B. *Directoire canonique à l'usage des Congrégations à vœux simples, d'après les plus récents documents du Saint-Siège, avec des Appendices concernant les Filles de la Charité, les Religieuses à vœux simples appartenant aux grands ordres, etc.* 1 vol. in-8, XVIII, 442 p. Abbaye de Maredsous in Belgio (A. LVIII, 393; M. XVII, 329).

Première Partie, *De la vie religieuse et de ses obligations*. L. 1. Fondation, approbation, suppression des Cong. à vœux simples. L. 2. Entrée et noviciat. L. 3. Profession et obligations qui en découlent.
Deuxième Partie, *Du gouvernement extérieur des Instituts à vœux simples*. L. 1. Autorité du St-Siège. L. 2. Autorité des Evêques.
Troisième Partie, *Du gouvernement intérieur des Instituts à vœux simples*. L. 1. Des Supérieurs en général. L. 2. De l'exercice de l'autorité. Appendices. Hic de S. Eucharistiae usu.

De Missionibus

P. **Michel,** (Des Pères blancs). Questions pratiques sur le mariage dans les missions, 1 in-8, 283 p. (1,50 fr.) Alger, Maison carrée, 1905 (R. C.)

Ex Libellis Periodicis

Analecta Bollandiana, XXIV. ALB. PONCELET. Les Saints de Micy. p. 5-104. PEETERS. Historia S. Abramii ex apographo arabico, p. 349-357.
Analecta Ecclesiastica, XIII, Statistica generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum, die 1 ianuarii 1905, p. 411. — De regalibus decretis (1901) in Lusitania adversus familias Regularium p. 425.
Bulletin des Congrégations, (novembre 1905). J. BURNICHON, (ÉTUDES). L'enseignement et la vie religieuse : cas de conscience et solution pontificale. — L'épiscopat et la vente des biens religieux. — La laïcisation de l'Hôtel-Dieu et de l'hôpital Saint-Louis. — Expulsion d'enfants. — Poursuites correctionnelles. — Liquidation. — Nécrologe mensuel. — *Jurisprudence.*
(Décembre 1905). Les liquidateurs et le trésor public : Question de M. GROUSSAU, à la Chambre des députés, 15 novembre 1905. — M. Rabier et les Oblats de Marie Immaculée. — Poursuites correctionnelles. — Jurisprudence. — A. DE MUN (La Croix) *Consummatum est.* — Poursuites correctionnelles. — Capacité juridique des établissements congréganistes dans les colonies et les pays de capitulations. — Les liquidateurs et le trésor public : Question de M. GROUSSAU, à la Chambre des députés, 15 novembre (suite et fin.) — Liquidations. — Jurisprudence.
Canoniste contemporain, (novembre-décembre), A. BOUDINHON. Les Congrégations à vœux simples. — F. NAU. Canons eccl. syriaques.
Monitore Ecclesiastico, XVII. Circa l'interpretazione dell' art. 9 del decreto *Ut debita*, delle messe (Benignior interpretatio quam quae a pluribus data est periodicis libellis), p. 320.
Le Recrutement sacerdotal, (décembre 1905) HUGON, Le sacerdoce et l'état religieux dans l'économie de l'Église.
Revue des Questions historiques, (octobre 1905). A. DU BOURG, Vie monastique dans l'abbaye de St-Germain des Prés aux différentes périodes de son histoire.
Revue des sciences ecclésiastiques, (Décembre 1905). Comment, au saint tribunal et à l'article de la mort, traiter ceux qui ont acheté les biens de communautés.
Revue du Clergé français, (novembre 1905) J. GUIBERT. La valeur sociale de la vie contemplative.
Revue théologique française, X, J. G. D. Jurisprudence relative aux Congrégations religieuses, p. 632.

96. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

INDULTUM 13 MARTII 1905

De divino officio Monialium Conceptionistarum

Oratrices,

Abbatissae Monasteriorum Monialium Conceptionistarum nuncupatarum in parochiis Iamedensi et Bastionensi, Dioecesis Namurcensis, sub iurisdictione Ordinarii constitutorum, R^mo D. Episcopo Namurcensi approbante, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutae, humillime exponunt et postulant ut sequitur:

Proposita regula,

In praefatarum Monialium Regula, a Iulio Pp. II, anno 1511 approbata, circa recitationem Divini Officii in choro sic praescribitur, nempe: « Sorores, quae recipiuntur ad chorum, teneantur dicere Divinum Officium, quoad sollemnes festivitates in quibus non laboratur et octavas earum, et Dominicas primo ponendas et necessario recitandas, secundum Breviarium Romanum quod Fratres Minores recitant. Octava Seraphici S. Patris Francisci celebretur et nulla alia Ordinis eiusdem. Omnibus autem festis simplicibus et Dominicis non primo ponendis, dicent Officium Conceptionis cum commemoratione Dominicae secundum formam Breviarii ad hoc illis deputati ».

Et rescripto 8 iul. 1893,

Porro, ut ea quae dubia erant et incerta declararentur, prodiit, die 8 iulii anni 1893, a S. Congregatione E^morum et R^morum S.R.E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, Rescriptum, quo vigore specialium facultatum a SS. D^no Nostro concessarum, de modo ordinandi Officium in choro statuebatur: 1° Ut cotidie per annum legatur Officium Immaculatae Conceptionis B. M. V., exceptis scilicet: prima dominica Adventus; Vigilia, Festo et octava Nativitatis D. N. I C.; Vigilia, Festo et octava Epiphaniae Domini; Feria IV cinerum; prima Dominica Quadragesimae; Dominica Passionis; Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive; Festo et octava Ascensionis Domini; Vigilia, Festo et octava Pentecostes cum Dominica SS^mae Trinitatis; Festo et octava SS. Corporis Domini; Festo Sacratissimi Cordis Iesu; Festo Nativitatis S. Ioannis Baptistae cum eius octava; Festo Ss. Apost. Petri et Pauli cum octava; Festo et octava Assumptionis B. M. V.; Festo et octava Omnium Sanctorum; Dedicatione omnium Ecclesiarum cum eius octava; Festo S. Ioseph patroni Belgici regni; Festo S. Albani Martyris Patroni civitatis et dioecesis Namurcensis; Festo S. Symphoriani Mart. Patroni Lamedensis parochiae; Festo S. Patris Seraphici Francisci cum eius octava; ceteris quibuslibet festis primae vel secundae classis in Kalendario Fratrum Minorum assignatis; quibus omnibus diebus et festis idem Officium recitatur quod Fratres Minores recitant.

2° Ut illud Officium assumatur, quod a SS. D. N. Pio Pp. IX anno 1863 praescriptum fuit.

3° Ut sub eodem ritu celebretur, quo Officium huius diei apud Fratres Minores, cum commemorationibus de iure.

Animadvertendum est, praedictum Rescriptum, expresse iuxta vigentem in Monasterio usum, postulatum fuisse, ac porro secun-

dum eundem usum ab initio interpretatum fuisse, nimirum ita ut si festum duplex non tamen classicum inter octavas ex praedictis non privilegiatas incideret, Officium Immaculatae Conceptionis per se non impediret.

Cum quibusdam observationibus,

Animadvertendum etiam est, Dominicas quae in Regula primo ponendae et necessario recitandae nuncupantur, posse iure merito recenseri non modo Dominicas primae classis, sed omnes Dominicas classicas, cum praesertim festa omnia classica, licet minus exclusiva quam Dominica, in Rescripto recenseantur ut celebranda. Et revera contraria dispositio anomaliam inducit, qnam videre est cum v. gr. festum Purificationis incidit in Dominicam secundae classis.

Propter studia pietatis,

Praeterea, Beatissime Pater, Moniales Conceptionistae, quo sua erga B. M. V. pietas et devotio novum unde sumat alimentum, valde cupiunt posse a se celebrari festa particularia B. M.V. quae Kalendario Franciscano inscribuntur, ut festum Septem Dolorum B. M. V., S. Nominis Mariae, Patrocinii eiusdem B. M. V., et similia.

Ac porro, congrua ratione, postulant ut ipsis etiam concedantur Officia festorum D. N. I. C. sub ritu duplici maiori in eodem Kalendario assignati.

Et dubia de officio divino,

Tandem nonnulla necessario statuenda videntur, ne quis deinceps anceps dubiusque haereat in divino Conceptionistarum Officio ordinando.

Varia petuntde Officio.

Quae cum ita sint, praefatae Abbatissae et Moniales Beatitudini Vestrae humillime ac instantissime supplicant ut, de speciali gratia fausto recurrente quinquagenario a dogmatica Immaculatae Conceptionis B. M. V. Definitione Iubilaei anno, indulgere, concedere ac declarare dignetur quemadmodum sequitur :

1° Moniales Conceptionistae cotidie per annum legant Officium Immaculatae Conceptionis a SS. D. N. Pio Pp. IX anno 1863 approbatum — exceptis scilicet omnibus diebus Dominicis primae et secundae classis : Vigilia, Festo et octava Nativitatis D. N. I. C.; Vigilia, Festo et octava Epiphaniae Domini ; Feria IV Cinerum ; tota Hebdomada Sancta et tota octava Festi Resurrectionis D. N. I. C. cum Dominica in Albis ; Festo et octava Ascensionis Dmi ; Vigilia, Festo et octava Pentecostes cum Dominica SSmae Trinitatis ; Festo et octava Festi Corporis Christi ; Festo Sacratissimi Cordis Iesu ; Festo Nativitatis S. Ioannis Baptistae cum eius octava; Festo Ss. Apost. Petri et Pauli cum octava ; Festo et octava Assumptionis B. M. V.; Festo et octava Omnium Sanctorum, Anniversario Dedicationis omnium Ecclesiarum cum eius octava (quod festum sumatur proprium Ordinis); Festis S. Patroni Dioecesis et S. Patroni loci ; Festo Seraphici S. Patris Francisci cum eius octava ; quibuslibet festis ritus duplicis primae aut secundae classis in Kalendario Fratrum Minorum assignatis ; Festis D. N. I. C. aut B. M. V. quae in eodem Kalendario sub ritu duplici maiori recoluntur. Quibus dominicis, feriis, festis, octavisque privilegiatis, et etiam diebus infra octavas ex supradictis non privilegiatis, modo in istis fiat Officium de octava, recitetur Officium diei secundum Breviarum Romanum quod Fratres Minores recitant. Si vero infra octavam non privilegiatam recolatur festum cuius Officium a Conceptionistis non est celebrandum, non impediat Officium de Immaculata Conceptione ;

2° Kalendarii Universalis Ecclesiae octavae non omittantur; Ordinis autem Fratrum Minorum, S. Patris Seraphici Francisci octava celebretur, et nulla alia;

3° Immaculatae Conceptionis Officium, diebus indultis, sub eodem ritu celebretur quo apud Fratres Minores festum seu Officium cui illud subrogatur, non tamen ritu minore quam semiduplici;

4° Fiat commemoratio Officii occurrentis ceteraeque de iure, non omissa commemoratione de octava, de feria, de vigilia etc., iuxta Rubricas Generales Breviarii.

Et de Missa.

Insuper ad praescindendas suborientes difficultates, dignetur Sanctitas Vestra declarare et concedere ut sequitur pro Conceptionistis:

1° Missa Immaculatae Conceptionis, Officio conformis, dicitur cum *Gloria* et *Credo*. In secreta dicitur: « *quam in commemoratione Immaculatae Conceptionis* »;

2° Die 14 augusti et die 7 decembris, si sinit occurrens festum. Officium fit de Immaculata, sed Missa erit de Vigilia cum commemorationibus occurrentibus;

3° Per octavam Assumptionis et Navitatis B. M. V., Officium octavae fiat loco Officii Immaculatae Conceptionis, cum pari privilegio;

4° Lectiones primi Nocturni, etiam in ritu duplici maiori, erunt de Scriptura occurrente; qua deficiente, erunt « *De libro Genesis*; *Serpens* »;

5° Cum successivis diebus fit de Immaculata Conceptione, secundae usque aguntur Vesperae; quando vero post aliud recitatum Officium, resumitur Officium Immaculatae Conceptionis, locus fit primis ipsius Vesperis;

6° Festa quae non Officio, sed sola semper a Conceptionistis commemoratione recoluntur, dummodo propria die commemorari possint non sunt tranferenda, si accidentaliter impediantur; sed neque important translationem alterius Officii, licet inferioris qualitatis, cuius recitatio ex Indulto concessa est;

7° In concurrentia cum aliis Officiis, Immaculatae Conceptionis Officium ut primarium habeatur. Cesset tamen privilegium recitandi de Immaculata Conceptione ubi concurreret hoc Officium cum alio festo B. M. V. vel cum die octava festi eiusdem B. M. V. cuius saltem commemoratio facienda sit.

Et velit Deus etc.

Indulta *de Officio. Remissa Missae causa ad S. Rit. Cong.*

« Vigore specialium facultatum a SS^mo^ Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio E^morum^ et R^morum^ S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositа, attentis expositis facultatem benigne tribuit Episcopo Namurcen., indulgendi ut Moniales Oratrices Officium divinum in omnibus iuxta preces recitare valeant. Quod vero ad celebrationem Missae, eadem S. Congregatio mandavit rescribi: Recurrendum esse ad Sacram Congregationem Rituum Romae, 13 martii 1905 ».

Dit. (13 mart. 1905).

D. Card. Ferrata, *Praef.*

Ph. Giustini, Secret.

97. — S. RITUUM CONGR. (11 aug. 1905)

INDULTA DE MISSA IMM. CONCEPT.

Monialium Conceptionistarum

Oratrices

Exposito rescripti tenore de Officio div.

Abbatissae Monasteriorum Monialium vulgo Conceptionistaru in regnis Hispaniae et Belgii exsistentium, Sacrorum Rituu Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuerunt: Moni les Conceptionistae cotidie per annum legunt Officium Immac latae Conceptionis B. M. V. a sa. me. Pio Papa IX anno 18 approbatum, exceptis quibusdam diebus, in quibus Officium d recitant secundum Breviarium Romanum ad usum Fratrum M norum. Officium vero Immaculatae Conceptionis, diebus indult sub eodem ritu persolvunt quo apud Fratres Minores Festum s Officium cui illud subrogatur, non tamen ritu minore quam sen duplici, non omissa commemoratione diei currentis aliisque de iu faciendis iuxta Rubricas. Haec omnia enucleate et distincte pate ex Rescripto Sacrae Congregationis Episcoporum et Regulariu d. d. 13 martii vertentis annis 1905.

Attamen quoad Missae de Immaculata Conceptione Officio r pondentis celebrationem et relativa postulata, Sacra eadem Co gregatio rescribi mandavit « recurrendum esse ad Sacram Co gregationem Rituum. » Hinc Abbatissae Oratrices ab hac Sac Congregatione suppliciter expostularunt ut declarare et concede dignaretur:

Postulant.

De ritu missae.

I. Ut Missa Immaculatae Conceptionis, Officio conformis, di tur cum *Gloria* et *Credo;* et in Secreta dicatur: « Quam commemoratione Immaculatae Conceptionis ».

De missa 14 aug. et 7 dec.

II. Ut die 14 augusti et die 7 decembris, si iuxta indultum Officium de Immaculata, Missa tamen legatur de Vigilia c commemorationibus occurrentibus.

Rescripta.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi s cialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X tributis, exq sito etiam voto Commissionis Liturgicae, propositis postulatis respondere censuit:

Ad I.

Ad I. Quod ad primam partem, Affirmative pro gratia, ver quoad Symboli additionem, dummodo Officium sub ritu salt duplici celebretur; quoad secundam partem, Affirmative.

Ad II.

Ad II. Negative, die 14 augusti, in qua Officium et Missa Vigilia Assumptionis, loco Officii et Missae de Immaculata Conc tione Deiparae peragatur, iisdem iuribus, at sub ritu feria Affirmative, die 7 decembris, sed Missa Vigiliae sub ritu ferial colore violaceo celebretur.

Dies (11 aug. 1905).

Atque ita rescripsit, declaravit et indulsit, die 11 augusti 190

A. Card. Trifepi, *Pro-Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Sec

98. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESCRIPTUM 5 MAII 1905

De funere apud regulares

Pisaurensis. Funerum.

Quaeritur. *An et quomodo PP. Capuccini possint associare ad coemeterium cadavera.*

I. Utrum PP. Cappuccini Pisaurenses associare possint ad coemeterium commune cum stola et Cruce propria, et absque interventu parochi defuncti, cadavera fidelium quae in ipsorum ecclesiis allata iere ?

II. Possuntne praedicti Religiosi associare ad coemeterium cadavera exposita in ipsorum ecclesia, si casu, a parentibus vel a civili uctoritate, determinaretur via quae non esset in *recto tramite ?*

III. Cum pro Patribus Capuccinis Pisaurensibus iter in *recto tramite* quod ad coemeterium ducit, sit via ita angusta ut in longo ractu duo currus coram obviantibus nequeant transire nisi alterur retro incedat, possuntne dicti Patres funus associantes, transire er aliam viam paulo commodiorem, absque interventu Parochi ?

IV. Estne contrarium clausulae *sine pompa*, si aliqui socii efuncti, qui in praedicta ecclesia allatus est, illum associent ad oemeterium, ita ut prohibeatur PP. Cappuccinis ne illum associent bsque interventu Parochi ?

V. Tandem, potestne Superior PP. Capuccinorum Pisauri prohiere ne parochus defuncti, expositi in ecclesia religiosorum, deferat olam in exsequiis et intonet responsorium *Libera me Domine ?*

Porro Eminentissimi Patres, re mature perpensa, rescripserunt :

Responsa.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Attentis expositis, negative in casu.*

Ad IV. *Negative.*

Ad V. *Attenta immemorabili consuetudine in civitate Pisauren-, negative in casu.*

---

99. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ. (13 sept. 1905)

RESPONSA DE INDULGENTIIS

Patavina

Orator.

Ad S. Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepotam a Moderatore Archisodalitatis a S. Antonio, erectae in Eccle-a Eidem dicata in civitate Patavina, sequentia dubia dirimenda unt delata :

Dubia *de indulgentiis Stationum,*

I. An qui nomen dedit pluribus Confraternitatibus, quae gaudent ndulto lucrandi indulgentias, quas Stationales appellant, eas ucrari valeat tot vicibus, quot sunt sodalitates quibus est adcriptus ?

In festo Sancti. II. Quando conceditur plenaria indulgentia pro festo alicuius Sancti, lucranda a christifidelibus in omnibus Ecclesiis alicuius Ordinis vel dioeceseos, haec indulgentia acquirine potest tot vicibus, quot visitentur Ecclesiae eiusdem Ordinis vel Dioeceseos ?

Pro visitandis Ecclesiis. III. Cum diversi Ordines, ex gr., Benedictini, Franciscales, etc., pro uno vel altero festo gaudeant plenaria indulgentia, tributa christifidelibus visitantibus proprias Ecclesias, huiusmodi indulgentia potestne pluries acquiri, visitando singulas Ecclesias eorundem Ordinum, praesertim si haec indulgentia dictis Ordinibus fuerit concessa a distinctis Pontificibus.

Pro visitanda ecclesia parochiali. IV. Quando ad indulgentias lucrandas praescribitur visitatio Ecclesiae parochialis, haec debetne esse Ecclesia parochialis propria illius qui vult indulgentias lucrari, an alia quaecumque ?

V. An sub nomine Ecclesiae parochialis propriae veniat tantummodo illa domicilii vel etiam quasi-domicilii aut morae transitoriae, uti contingit tempore itineris ?

Responsa. Et E^mi^ Patres in generali Congregatione ad Vaticanum habita, die 31 augusti 1905, respondendum mandarunt :

Ad I. *Ad I^um^. Negative*, iuxta Decretum « Delatae saepius », diei 7 martii 1678.

Ad II. *Ad II^um^, Affirmative*, id est acquiri potest indulgentia una vice tantum sed in singulis Ecclesiis eiusdem Ordinis seu Dioeceseos.

Ad III. *Ad III^um^* Provisum in praecedenti.

Ad IV. *Ad IV^um^ Affirmative* quoad 1^am^ partem ; *Negative* quoad 2^am^.

Ad V. *Ad V^um^ Negative* quoad 1^am^ partem ; *Affirmative* quoad 2^am^ et 3^am^.

Approbatio SSmi. De quibus facta relatione SS^mo^ D^no^ N^ro^ Pio Pp. X, in audientia habita die 13 septembris 1905, ab infrascripto Card. Praefecto S. Cong^nis^ Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, SS^mus^ E^morum^ Patrum resolutiones ratas habuit et confirmavit.

Dies (13 sept. 1905). Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. C., die 13 septembris 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

---

100. — E^mi^ CARD. VICARII URBIS

STATUTUM [1] *31 OCT. 1905*

Normam praescribens pro examinibus Contionatorum Urbis [2]

Examinum dies et horae. Art. [3] I. Gli esami, per ottenere la facoltà di predicare, avranno luogo nel palazzo della Nostra Residenza ogni giovedì dal novembre

[1] ACTA S. SEDIS, t. 38, p. 415, 416.
[2] Cfr. Ordinationem 10 aug. 1905, supra, p. 37.
[3] Haec ita latine reddimus.
Art. I. Examina ad obtinendam contionandi facultatem locum habebunt in Palatio Residentiae Nostrae singulis feriis V, a mense novembr

tutto giugno, nelle ore della mattina dalle 9 alle 12 e nel pomeiggio due ore prima dell' *Ave Maria*.

Art. II. L'esame consterà di tre parte, cioè : 1. nozioni fondanentali di Sacra Eloquenza, secondo il sommario che si pubblica ui unito ; 2. cultura generale teologica così dommatica come norale, parimenti secondo il sommario che si aggiunge ; 3. eseritazione pratica, che potrà consistere : a) in una spiegazione catehistica sopra un brano del Catechismo *ad parochos*, b) in una omelia sopra un brano del Santo Vangelo, c) in un discorso sopra in tema religioso o morale. *Materia.*

Art. III. Dall' esame sulla seconda parte del programma sono lispensati quelli che hanno conseguito la laurea in S. Teologia. *Dispensatio partialis.*

Art. IV. Per ottenere poi la dispensa da tutto l'esame, si presenino alla Segreteria del Vicariato quei titoli che ciascuno crede ufficienti e dei quali Noi ci riserviamo giudicare. *Plena.*

Roma, dalla Nostra Residenza, 31 ottobre 1905. *Dies (31 oct. 1905).*

PIETRO, Card. Vicario

L. † S. *Francesco Can. Faberi, Segretario.*

Sommario per l'esame di cultura generale teologica

La Fede e le prove della sua credibilità, preteso dissidio tra la agione e la fede. — Possibilità dei miracoli. — L'ateismo nella egislazione civile e nella scuola. — Necessità del culto esterno. — spirazione divina delle Sacre Scritture e loro uso. — Tradizione ivina ; valore e uso dell' autorità dei Padri e dei Dottori. — Unità della persona e distinzione delle nature in Gesù Christo, ed fficacia della Redenzione. — Natura, eccellenza e necessità della

---

d exeuntem mensem iunium, mane ab h. 9 ad 12 ; et post meridiem, uabus horis antequam pulsetur ad *Ave Maria*.

Art. II. Tribus partibus constabit examen, id est : 1. notionibus fundaentalibus eloquentiae sacrae secundum Summarium quod hic appositum ulgatur ; 2. generali eruditione theologica, tam dogmatica quam morali, ariter secundum hic appositum Summarium ; 3. exercitatione pratica uae consistere poterit a) in catechetica explicatione cuiuspiam loci atechismi *ad parochos* ; b) in homilia in locum Sancti Evangelii ; c) in ontione argumenti religiosi vel moralis.

Art. III. A secunda parte examinis dispensantur qui S. Theologiae auream sunt adepti.

Art. IV. Porro ut plena examinis obtineatur dispensatio, Secretariae icariatus exhibeantur tituli qui putentur sufficientes, quorum iudicium obis reservamus.

Romae, ex Nostra Residentia, 31 oct. 1905.

PETRUS Card. Vicarius.

Franciscus, Can. Faberi, Secretarius.

Summarium ad examen generalis eruditionis theologicae

Fides et argumenta eius credibilitatis ; praetexta discordia fidem inter rationem. — Miracula fieri posse. — Atheismus legum et scholarum. — xterni cultus necessitas. — Sacrarum Scripturarum inspiratio et usus. Traditio divina ; valor et usus auctoritatis Patrum et Doctorum. — nitas personae et distinctio naturarum in Iesu-Christo, et efficacia edemptionis. — Natura, excellentia et necessitas gratiae. — Divina

grazia. — Istituzione divina dei Sacramenti. — La transsustanziazione. — La Santa Messa è vero Sacrificio salutare per i vivi e per i morti. — La confessione auricolare è necessaria per il perdono dei peccati commessi dopo il Battesimo ed è stata sempre in uso nella Chiesa. — Le indulgenze. — Essenza e specie diverse del peccato e condizioni richieste a peccare mortalmente. — Occasioni del peccato e obbligo di fugirle. — Obblighi di giustizia e obblighi di carità verso il prossimo. — Diritto di proprietà. — La restituzione dell'onore e della roba. — In che consiste l'essenza del Matrimonio fra cristiani. — La Chiesa cattolica Romana è la sola vera Chiesa stabilita da Gesù Christo. — Primato di universale giurisdizione ed infallibilità dottrinale. — Diritto del Papa di dirigere il pensiero e l'azione dei cattolici nelle questioni sociali. — Libertà di coscienza. — Libertà di stampa. — Tolleranza civile e religiosa — Diritto di associazione. — I precetti della Chiesa. — Le censure. — Preghiera e culto dei Santi. — Il Purgatorio. — L'inferno e l'eternità delle pene.

Sommario per l'esame di nozioni fondamentali di S. Eloquenza

Natura propria, fine, mezzi, fonti dell' eloquenza sacra e come differisca dalla profana. — Qualità richieste nel predicatore per le leggi divine ed ecclesiastiche, la sublimità del ministero, il frutto delle anime. — Differenti specie di predicazione e modi proprii di ciascuna. — Difetti principali da evitarsi nella scelta dei temi, nel modo di esporli, nella forma del dire, nella recitazione, nel contegno del predicatore. — Se e come possano trattarsi questioni politiche dal sacro oratore. — Quali questioni scientifiche o scolastiche possano trovar luogo in un discorso sacro. — Quali caratteri devono presentare i fatti che si vogliono narrare ad popolo.

Sacramentorum institutio. — Transsubstantiatio. — Sacra Missa verum est Sacrificium salutare pro vivis et defunctis. — Confessio auricularis est necessaria ad remissionem peccatorum commissorum post baptismum, semperque viguit in Ecclesia. — Indulgentiae. — Essentia et variae species peccatorum et condiciones necessariae pro mortali culpa. — Occasiones peccati, obligatio eas fugiendi. — Ius proprietatis. — Restitutio honoris et damni in bonis. — Quaenam sit essentia Matrimonii inter christianos. — Ecclesia catholica Romana sola est vera Ecclesia a Christo fundata. — Primatus iurisdictionis universalis et infallibilitas doctrinalis. — Ius Papae dirigendi mentem et actionem catholicorum in quaestionibus socialibus. — Libertas conscientiae. — Libertas preli. — Tolerantia civilis et religiosa. — Ius associationis. — Praecepta Ecclesiae. — Censurae. — Oratio et cultus Sanctorum. — Purgatorium. — Infernus et poenae aeternae.

Summarium ad examen de notionibus fundamentalibus eloquentiae sacrae

Natura propria, finis, media, fontes eloquentiae sacrae et quomodo differat ab eloquentia profana. — Qualitates contionatori necessariae perspectis divinis et ecclesiasticis legibus, ministerii sublimitate, fructu animarum. — Variae species praedicationum et proprii cuiusvis speciei modi. — Defectus praecipui vitandi in selectione argumenti, in modo quo exponitur, in forma orationis, in recitatione, in habitu contionatoris. — Possuntne et qua ratione tractari quaestiones politicae a contionatore sacro. — Quibusnam quaestionibus scientificis vel scholasticis locus esse possit in oratione sacra. — Quasnam notas habere debeant facta quae quis populo narrare velit.

101. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESPONSA 15 NOV. 1905

De sonitu campanarum apud Regulares

Beatissime Pater,

Occasio petendi

Episcopus Sanctae Fidei in Republica Argentina humiliter ac reverenter exponit quod, attentis querelis sive privatim sive publice sive etiam per ephemerides excitatis ex abusu circa campanarum sonitum, necnon iure meritoque metuens auctoritatis civilis aut municipalis interventum, quem opera sui Vicarii Generalis semel vitare potuit, decretum edere statuit vi cuius, campanarum sono diebus Dominicis, festivis aliisque anni temporibus haud prohibito, earundem campanarum usus tantummodo moderatur et limitatur.

Et motivum.

Cum vero Fratres Praedicatores, qui in hac Sanctae Fidei civitate conventum habent, contra praefatum episcopale decretum opponant privilegium ipsis a S. Pio V Constitutione *Etsi Mendicantium*, diei 16 maii 1567 concessum, atque a resolutione S. Congr. Episcoporum et Regularium diei 11 martii 1892 confirmatum, duo sequentia dubia resolvenda proponit:

Dubia.

I. Utrum, attentis gravibus adiunctis supra relatis, dicti Fratres Praedicatores obtemperare teneantur dispositionibus in citato episcopali decreto contentis? Et quatenus negative:

II. Quomodo se gerere debeat Ordinarius ad interventum civilis vel municipalis auctoritatis vitandum?

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, re sedulo perpensa, praefatis dubiis respondendum censuit, prout respondet:

Responsum.

Firmo remanente Fratrum Praedicatorum privilegio pulsandi campanas quando iis placuerit, ad tramitem Constitutionis S. Pii V *Etsi Mendicantium*, Episcopus potest, propter specialia loci et temporum adiuncta, pulsationum durationem ad certum tempus limitare.

Dies (15 nov. 1905).

Romae, 15 novembris 1905.

D. Card. Ferrata, *Praefectus.*
Philippus Giustini, Secretarius.

---

102. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

INDULTUM 18 NOVEMBRIS 1905

Aggregatio Congregationum Tertii Ordinis ad primum et secundum Ordinem Capuccinorum

Orator,

Infrascriptus Minister Generalis Ordinis FF. Minorum Capuccinorum, ad osculum S. Pedis prostratus, humiliter exponit, quod

Narratis piis votis Tertiariorum Franciscanorum in communitate viventium,

ipsi interdum a Congregationibus Tertiariorum S. Francisci in Communitate viventium et vota simplicia emittentium porriguntur preces eo tendentes, ut primo et secundo Ordini ab ipso dependenti aggregentur, et sic vi decreti Apostolici sub die 28 augusti anni 1893 editi a S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, Indulgentiarum et spiritualium gratiarum eiusdem primi et secundi Ordinis, quantum concedere fas est, participes efficiantur. Porro inter has Congregationes inveniuntur etiam tales, quae non dicti primi et secundi Ordinis habitum, nec nomen Capuccinorum mutuantur, licet tamen, uti relatum fuit, ad magnam Familiam Franciscanam pertineant. Quapropter idem Minister Generalis, ad obsecundandum piis enuntiatarum Congregationum votis, ad praecavendas invalidas Tertiariorum regularium aggregationes, et etiam ad sui Ordinis bonum spirituale promovendum, Sanctitati V. humiliter supplicatur pro gratia :

Petit. *Facultatem aggregandi*

1° Ut tam ipse quam sui Successores, Congregationes Tertiariorum ac Tertiariarum Tertii Ordinis S. Francisci Regulam a Leone XIII approbatam quod ad substantiam profitentium, in communitate viventium, et vota simplicia emittentium sive primi et secundi Ordinis habitum et nomen mutuentur, sive non, eidem primo et secundo Ordini aggregare possint ac valeant.

Et communicandi bona spiritualia.

2° Ut earundem Congregationum Sodales, si id petant, ut quandoque evenit, participes reddere valeant omnium bonorum operum, quae in dicto primo et secundo Ordine a singulis membris peraguntur, utque vicissim primi et secundi Ordinis membra participare possint omnibus bonis operibus, quae a Sodalibus Congregationum ut supra aggregatarum perficiuntur.

Et Deus etc.

Indultum. *Gratia conceditur, addita condicione.*

Vigore specialium facultatum a SS^mo^ Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio E^morum^ et R^morum^ S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis expositis, benigne annuit precibus P. Ministri Generalis Oratoris pro gratia, dummodo enuntiatae Societates sint rite Tertio Ordini Franciscali addictae, nec alterius Familiae Franciscalis seu Fratrum Minorum vel Fratrum Minorum Conventualium directioni subiaceant. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (18 nov. 1905).

Romae 18 novembris 1905.

D. Card. Ferrata, *Praef.*
Ph. Giustini, Secret.

---

103. — S. RITUUM CONGR. (1 dec. 1905)

RESPONSA[1] *LITURGICA*

Ordinis Carmelit. Antiquae Observantiae

Dubia. *Orator.*

R^mus^ P. Pius Maria Mayer, Prior Generalis Carmelitarum Antiquae Observantiae, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium

[1] Acta S. Sedis, t. 38, p. 350. P. 365 habetur commentarium responsionum conscriptum a R. P. Calcedonio Mancini P. C. M.

dubiorum, liturgiam Ordinis respicientium, solutionem humillime postulavit, videlicet :

I. An in festo S. Familiae ad Matutinum ante Lectiones dicendae sint Benedictiones communes, an vero propriae festorum B. M. V. ? *I et II. De breviar. in festo S. Familiae.*

II. An in eodem festo ad « *Nunc dimittis* » in Completorio dicenda sit Antiphona « *Alleluia. Verbum caro factum est, Alleluia : et habitavit in nobis Alleluia, Alleluia* » ?

III. An praeter eas quae in Breviario Ordinis edito anno 1886 iam sunt inscriptae, lectiones primi nocturni in festis dupl. min. I. Class. legendae sint de Communi, vel de Scriptura occurrente ? *De lect. I Noct. in festis dupl. min. I class.*

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito suffragio Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit : **Responsa.**

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam. *Ad I.*

Ad II. *Affirmative.* *Ad II.*

Ad III. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam. *Ad III.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 1 decembris 1905. *Dies (1 dec. 1905).*

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius.

---

104. — S. RITUUM CONCR. (1 dec. 1905)

RESPONSA DE EXSEQUIIS DEFUNCTORUM IN FESTIS

Remensis

Sacra Rituum Congregatio per decretum *Parentin. et Polen.*, die 8 ianuarii 1904, rescripsit dies quibus prohibentur exsequiae pro defuncto, cum effertur corpus, esse « omnia festa quae uti primaria sub ritu duplici I classis et quidem de praecepto celebrantur ; et si non sint de praecepto, illae Dominicae ad quas praefatorum festorum sollemnitas transfertur ». Exorta autem controversia de sensu quo intellegenda et dicenda sint festa de praecepto, R^mus Canonicus Calendarii Remensis ordinator, de consensu R^mi D^ni Vicarii Capitularis, Sede vacante, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii resolutionem humillime flagitavit ; nimirum : *Occasio dubitandi.* *Orator.* **Dubia.**

I. An festa de praecepto illa sint in quibus, praeter obligationem a parocho adimplendam, adest quoque altera et quidem duplex obligatio parochianis imposita, nempe tum Missam audiendi, tum ab operibus servilibus cessandi ? *Festum de praecepto, quid.*

II. An exsequiae cum Missa, praesente corpore, fieri possint in festis suppressis, quorum sollemnitas in Dominicam sequentem non transfertur. *Quid in festis suppressis.*

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit : **Responsa.**

Ad I. Ad I. *Affirmative.*

Ad II. Ad II. *Negative* iuxta decretum n. 4003, *Carcassonen.*, quaest. 1, ad II et III.

Dies (1 dec. 1905). Atque ita rescripsit. Die 1 decembris 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

105. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESPONSA 4 DEC. 1905

De professione votorum simplicium apud moniales

Orator, P. Silvestro [1] Scaramucci dell'Ordine dei Fratri Minori, Confessore ordinario delle Monache Clarisse Cappuccine di S. Flora, Diocesi di Città della Pieve, premesso il bacio del S. Piede, espone umilmente alla S. V. la seguente prassi che egli ha trovata nel detto Monastero relativamente alle professioni delle Novizie:

Proposito usu Monialium, Dopo l'anno del Noviziato, le Novizie hanno sempre fatto fino ad oggi ancora un anno del così detto « Giovanato » prima di fare voti di qualunque sorta; al termine del quale emettevano i voti semplici temporanei per tre anni. Terminato poi il triennio di questi voti semplici temporanei, erano ammesse alla Professione solenne. Tale prassi è stata continuata anche dopo il Decreto della S. Congregazione dei VV. e RR. del 3 maggio 1902, in virtù del quale, prima della Professione solenne, le Monache devono fare i voti semplici *ad triennium*, i quali, per parte della vovente, non sono più temporanei, ma perpetui. Per la qual cosa, nel lodato Monastero, anche al presente, si trovano alcune giovani con voti semplici fatti non a norma del mentovato Decreto Apostolico, cioè perpetui per parte della vovente, ma secondo l'antica consuetudine del Monastero, cioè temporanei.

---

[1] Latine sic vertimus monumentum.

P. Silvester Scaramucci, Ordinis FF. Minorum, ordinarius Confessarius Monialium Clarissarum Capuccinarum a S. Flora, in dioecesi civitatis Plebis, praemisso osculo S. Pedis, S. V. humiliter exponit sequentem usum quem in praedicto monasterio ipse invenit quod ad Noviciarum professionem.

Completo noviciatus anno, Noviciae semper adhuc annum peregerunt sic dicti « Iunioratus » antequam cuiuslibet rationis vota facerent; elapso anno isto, ad tres annos faciebant vota temporaria. Absoluto deinde istorum votorum *triennalium* spatio, ad sollemnem Professionem admittebantur. Usum istum retinuerunt Moniales etiam post Decretum S. Congr. Ep. et Reg. 3 maii 1902 (Cfr. De Religiosis II, n. **64**) ex quo ante sollemnem professionem Moniales iubentur simplicia *ad triennium nuncupare* vota, quae ex parte voventis non sunt temporaria sed perpetua. Ita fit ut in laudato monasterio etiam nunc sint puellae quae vota fecerunt simplicia, non ad normam praedicti Decreti Apostolici, seu ex parte voventis perpetua, sed temporaria secundum antiquam Monasterii consuetudinem.

Et facto praesenti, **Quaerit**

Ora, tali giovani essendo prossime a terminare il triennio dei voti semplici temporanei e dovendosi ammettere alla Professione solenne, a tranquillità sua e a rimuovere qualsiasi equivoco, supplica la S. V. per la soluzione dei seguenti dubbi.

De anno iunioratus.

I. Può tollerarsi l'anno del così detto « Giovanato » dopo quello del Noviziato; oppure, appena terminato il Noviziato, se nulla osta, devonsi ammettere le Novizie alla Professione dei voti semplici secondo il tenore del Decreto Apostolico del 3 maggio 1902?

De puellis quae in eo sunt ut sollemnem emittant professionem.

II. Quelle giovani che al presente hanno voti semplici temporanei, secondo l'antica consuetudine, prima di fare la Professione solenne, è necessario che facciano i voti semplici a norma ed in esecuzione del citato Decreto Apostolico, oppure è sufficiente il triennio dei voti temporanei fatti secondo l'antica consuetudine?

De sanctione factorum praeteritorum.

III. Nel caso negativo alla seconda parte del secondo dubbio, e che cioè il triennio dei voti semplici temporanei non fosse sufficiente, l'Oratore implora la dispensa del citato Decreto del maggio 1902, con la facoltà di ammettere le mentovate giovani alla Professione solenne col solo triennio dei voti semplici temporanei, rimanendo troppo gravosa la ripetizione di un altro triennio di voti semplici, nonchè una benigna sanatoria, qualora occorra, per quelle giovani che, dalla data del più volte citato decreto fino ad oggi, hanno fatta la Professione solenne, non osservata la forma e il tenore del Decreto medesimo, essendo ciò avvenuto in buona fede.

Che della grazia, ecc.

Responsa

Vigore specialium facultatum a SSmo Domino Nostra concessarum, Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus EE. et RR. praepositis dubiis respondendum censuit prout respondet: Ad I. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam; ad II. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam; ad III. provisum in secundo.

Dies (4 dec. 1905).

Romae, 4 decembris 1905.

D. Card. Ferrata, *Praef.*
Philippus Giustini, Secretarius.

Age porro, cum puellae istae in eo sint ut triennium compleant votorum simplicium temporariorum, ita ut ad sollemnem admittendae sint professionem, orator, pro pace sua et ad omnem ambiguitatem tollendam supplex rogat S. V. solutionem sequentium dubiorum.

I. Potestne, absoluto Noviciatus anno, tolerari annus sic dicti « Iunioratus », an, vix cum perficitur noviciatus, debent, nisi aliquid obstiterit, Noviciae ad simplicem admitti Professionem, secundum praescripta Decreti Apostolici 3 maii 1902?

II. Puellae quae nunc temporariis votis, secundum antiquam consuetudinem, tenentur, debentne priusquam sollemnem faciant professionem, simplicia nuncupare vota ad normam citati Decreti Apostolici, cui sic obtemperaretur, an sufficiat ipsis triennalia secundum antiquam consuetudinem fecisse vota?

III. Et quatenus negative respondeatur ad alteram alterius dubii partem, ita ut triennalia vota non sufficiant, Orator petit dispensationem Decreti 3 maii 1902, una cum facultate admittendi praedictas puellas ad sollemnem Professionem, completo solo triennio votorum simplicium. Siquidem nimis molestum ipsis foret alterum votorum simplicium facere triennium. Petit etiam, quatenus opus sit, benignam sanationem in gratiam earum puellarum quae post saepius laudatum decretum ad hunc diem sollemnem fecerunt professionem contra formam ac tenorem eiusdem decreti: ipsis enim bona fides suffragatur.

Et Deus, etc.

ANNOTATIONES

I. Norunt omnes quam parum soleant Romanae Congregationes consuetudini favere quae scriptae legi, recenti potissimum, adversetur, adeo ut ex propositis dubiis non raro usum huiusmodi tollendi sumant occasionem.

II. In causa tamen praesenti nulla allegari poterat contraria consuetudo : haec enim respicit legem, non futuram, sed latam, contra quam praescribat; porro de nuperrima agitur lege, quae usu receptam disciplinam votorum directe immutavit.

Quare, si quid novo iuri contrarium retinere cupiebat, hoc unum supererat praedicto monasterio faciendum, ut privilegio apostolico exceptionis gratiam impetraret.

Quare S. Congregatio negavit servari posse iunioratum, cum decreto *Perpensis* conceptis verbis caveatur, esse completo noviciatu statim vota facienda.

Nihilo minus, si alter peteretur probationis annus, hunc negatum iri non arbitramur.

III. Triennalem tamen votorum temporariorum probationem pro legitima habuit S. Congregatio. Cuius rei causa haec esse videtur, quod Decretum *Perpensis*, dum triennium praescribebat votorum simplicium perpetuorum, non exclusit, immo admisit usum maioris cautelae. Maior autem cautela temporariis quam perpetuis votis obtinetur.

---

106. — S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM 18 DEC. 1905

De unica missione Insularum Carolinarum

Petitur ut loco duarum Missionum unica erigatur.

Decreto S. huius Congregationis Fidei Propagandae praepositae, die 15 maii anni 1886 dato, Leo f. r. PP. XIII, duas Missiones instituit in Insulis Carolinis, unam nempe Carolinarum Orientalium, Occidentalium alteram, easque Minoribus Capulatis Hispanis excolendas commisit. Cum nuper autem praelaudati Ordinis Minister Generalis ab hoc S. Concilio petierit ut in illis insulis quae hodie germanicae dominationi subsunt, loco duarum Missionum, unica erigeretur Paefectura Apostolica, quae Provinciae Westfaliensis eiusdem Ordinis curis traderetur, Eminentissimi huius Sacrae Congregationis Propagandae Fidei Patres, in comitiis generalibus die 4 vertentis mensis decembris habitis, hoc negotium pertractandum suscepere. Re itaque mature perpensa, iidem Eminentissimi Patres ad maius rei catholicae incrementum in illis insulis procurandum decreverunt ut loco duarum Missionum illic exsistentium, Insularum nempe Carolinarum Orientalium atque Carolinarum Occidentalium unica constitueretur Praefectura Apostolica Insularum Carolinarum nuncupata, atque Provinciae Westfaliensis Ordinis Minorum Capulatorum curis excolenda committeretur.

Conceditur.

Hanc autem Eminentissimorum Patrum sententiam Sanctissimo Domino Nostro Pio divina providentia PP. X relatam in Audientia insequentis diei ab infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario, Sanctitas Sua benigne approbavit ratamque habuit, et praesens ea de re Decretum edi praecepit. *Approbat Sua Sanctitas.*

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propag. Fide, die 18 decembris an. 1905. *Dies (18 dec. 1905).*

Fr. H. M. Card. GOTTI, *Praef.*
Aloisius Veccia, Secret.

---

107. — SS. D. N. PII PAPAE X

LITTERAE 20 DEC. 1905 AD ABBATES UNIVERSI ORD. S. BENEDICTI

De promovendo apostolatu apud Brasiliae gentes

Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem

Dilectus Filius Gerardus van Caloen quam alacri constantique studio iam diu contendat, ut Brasiliae gentibus catholici apostolatus bona conciliet, vobis satis superque esse notum pro certo habemus. Ut tamen ea omnia, quae idem dilectus Filius divino iuvante numine implenda sibi proposuit, reapse impleantur, unum deest, ut numerus videlicet operariorum augeatur, qui in messe Domini portent pondus diei et aestus. Quare, caritate Christi permoti et salvandarum animarum desiderio, enixe vos exhortamur immo et obsecramus, ut si quos in monasterio quisque vestro reperiatis, qui praedictum Dilectum Filium Gerardum in Brasiliae oras sequi velint, eique in vinea Domini allaborare, eos ne prohibeatis, immo hortatione vestra stimuletis et corde magno et animo volenti derelictarum gentium necessitatibus concedatis. Hoc autem confidite, potentem esse Deum abundare facere in vobis, ut monasteria vestra nihil inde capiant detrimenti, sed, contra, numero et virtute floreant. Paternae Nostrae dilectionis testem ac munerum divinorum auspicem, Apostolicam Benedictionem vobis et subiectis cuique monachis amantissime impertimus.

Memoratis studiis G. van Caloen.

Observat Pontifex desiderari operarios.

Hinc hortatur Abbates ut facile sinant suos monachos ultro fieri eius socios et cooperatores.

Ne inde timeant suis monasteriis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die 20 decembris 1905, Pontificatus Nostri tertio. *Dies (10 dec. 1905).*

PIUS PP. X.

---

108. — S. RITUUM CONGR. (22 dec. 1905)

Responsum de absolutione Tertiariorum

Frater Pirminius Hasenoehrl, sacerdos Ordinis Fratrum Minorum, sollemniter professus in Regulari Provincia Sancti Leopoldi et Director Tertii Ordinis saecularis Sancti Francisci, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime expostulavit: *Orator.*

Dubium. Utrum Director Tertii Ordinis vel Sacerdos facultate praeditus, qui Tertiariis saecularibus congregatis Benedictionem cum Indulgentia plenaria, sic dictam absolutionem generalem impertitur, uti debeat stola coloris diei, vel albi, vel violacei ?

Responsum. Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit : *Utatur stola coloris violacei.*

Dies (22 dec. 1905). Atque ita rescripsit, die 22 decembris 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

---

109. — S. CONGR. CONCILII

DECRETUM 22 DEC. 1905

De Seminariorum alumnis

Tridentini vetitum. Vetuit S. Tridentina Synodus ad sacros ordines ascendere, vel ordines iam susceptos exercere eos omnes qui a suo Episcopo fuerint etiam extraiudicialiter prohibiti. Ita namque in *cap. I, sess. 14, de reform.* statuitur :

« Cum honestius ac tutius sit subiecto, debitam Praepositis oboedientiam impendendo, in inferiore ministerio deservire, quam cum Praepositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem ; ei, cui ascensus ad sacros ordines a suo Praelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, seu gradibus vel dignitátibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates sive honores, restitutio suffragetur ».

Alumnos quoque dimissos respicit. Cum vero generalis haec lex Seminariorum quoque alumnos comprehendat, si quis eorum, sive clericus, sive clericatui adhuc non initiatus, e pio loco dimittatur eo quod certa vocationis signa non praebeat, aut qualitatibus ad ecclesiasticum statum requisitis non videatur instructus, hic certe deberet, iuxta grave S. Concilii monitum, sui Pastoris iudicio subesse et acquiescere.

Hi saepe haud recte ordinationem assequuntur, At contra saepe contingit ut e Seminario dimissi, eorum qui praesunt iudicium parvipendentes et in sua potius opinione confisi, ad sacerdotium nihilo minus ascendere studiant. Quaeritant itaque aliud Seminarium, in quod recipiantur, ubi studiorum cursum expleant, ac denique aliquo exhibito plus minusve sincero ac legitimo domicilii aut incardinationis titulo, ordinationem assequuntur. Sanctuarium autem ingressi haud recta via, quam saepissime fit ut Ecclesiae utilitati minime sint. Passim vero utrumque Ordinarium, et originis et ordinationis, diu fastidioseque vexant ut sibi liceat ad natale solum regredi, ibique consistere, dioecesi in qua et pro qua ordinati sunt derelicta, et alia optata, pro cuius necessitate aut utilitate minime assumpti sunt, ubi immo eorum praesentia otiosa est et quandoque etiam damnosa : unde Episcopi in graves angustias coniciuntur.

Vexantque Ordinarios.

His itaque de causis, nonnullarum provinciarum Episcopi inter se convenerunt statuentes in sua Seminaria neminem admittere qui ante fuerit a proprio dimissus.

Legem contra hoc malum S. Sedem Episcopi rogarunt.

Sed cum particularis haec conventio non plene undique sufficeret, complures Ordinarii S. Sedem rogaverunt ut generalem legem ferret, qua malum radicitus tolleretur.

Sua itaque Sanctitas statuit :

His itaque attentis et omnibus ad rem mature perpensis, SS^mus D. N. Pius Pp. X, cui cordi quam maxime est ecclesiasticam disciplinam integram conservare, et a sacris avertere quemlibet qui probatissimus non sit, accedente etiam voto Em. S. C. Concilii Patrum in Congregatione diei 16 mensis decembris 1905 emisso, praesentibus litteris statuit atque decernit :

De alumnis dimissis,

1°. Ut in posterum nullus loci Ordinarius alterius dioecesis subditum sive clericum sive laicum in suum Seminarium admittat, nisi prius secretis litteris ab Episcopo Oratoris proprio expetierit et cognoverit, utrum hic fuerit olim e suo Seminario dimissus. Quod si constiterit, omittens iudicare de causis, aut determinare utrum iuste an inuste alius Episcopus egerit, aditum in suum Seminarium postulanti praecludat.

De admissis bona fide,

2°. Qui vero bona fide admissi sunt, eo quod reticuerint se antea in alio Seminario versatos esse et ab eo deinde dimissos, statim ut haec eorum condicio cognoscatur, admonendi sunt ut discedant. Quod si permanere velint, et ab Ordinario id iis permittatur, eo ipso huic dioecesi ascripti maneant, servatis tamen canonicis regulis pro eorum incardinatione et ordinatione ; sed aucti sacerdotio in dioecesim, e cuius Seminario dimissi fuerint, regredi ibique stabile domicilium habere prohibentur.

De Religionem ingredientibus,

3°. Pariter cum similis ferme ratio vigeat, qui dimissi ex Seminariis aliquod religiosum Institutum ingrediuntur, si inde exeant postquam sacris initiati sunt, vetantur in dioecesim redire e cuius Seminario dimissi fuerint.

De dimissis ex religioso Instituto.

4°. Dimissi vero ex aliquo religioso Instituto in Seminarium ne admittantur, nisi prius Episcopus secretis litteris a moderatoribus eiusdem Instituti notitias requisierit de moribus, indole et ingenio dimissorum, et constiterit nil in iis esse quod sacerdotali statui minus conveniat.

Quinam ordinari non possint.

Denique meminerint Episcopi fas sibi non esse, nomine proprio manus cuiquam imponere qui subditus sibi non sit eo modo et uno ex iis titulis qui in Constitutione *Speculatores* Innocentii XII et in decreto S. C. Concilii quod incipit *A primis* die XX m. iulii 1898 statuuntur. Ac pariter neminem ordinari posse qui non sit utilis aut necessarius pro ecclesia aut pio loco pro quo assumitur iuxta praescripta a S. Tridentino Concilio in *cap. 16, Sess. 23 de reform.*

Urgetur observatio.

Vult autem Sanctitas Sua ut statuta haec et cautelae omnes a sacris canonibus in re tam gravi adiectae, ab omnibus Ordinariis ad unguem serventur ; idque ipsorum conscientiae et sollicitudini quam maxime commendat.

Praesentibus valituris, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Dies (22 dec. 1905).

Datum Romae, die 22 m. decembris 1905.

VINCENTIUS Card. EP. Praenest. *Praefectus.*
Caietanus De Lai, Secretarius.

110. — SS. D. N. PII PAPAE X, SEU S. CONGREGATIONIS CONCILII

DECRETUM 20 DECEMBRIS 1905

De cotidiana SS. Eucharistiae sumptione

Memoratur votum Tridentinum.

I. **Sacra Tridentina Synodus,** perspectas habens ineffabiles quae Christifidelibus obveniunt gratiarum divitias sanctissimam Eucharistiam sumentibus (Sess. XXII, cap. VI), ait : *Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles astantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent.* Quae verba satis aperte produnt Ecclesiae desiderium ut omnes Christifideles illo caelesti convivio cotidie reficiantur, et pleniores ex eo sanctificationis hauriant effectus.

Congruaque Christi Domini voluntas.

Huiusmodi vero vota cum illo cohaerent desiderio quo Christus Dominus incensus hoc divinum Sacramentum instituit. Ipse enim nec semel nec obscure necessitatem innuit suae carnis crebro manducandae suique sanguinis bibendi, praesertim his verbis : *Hic est panis de caelo descendens ; non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt : qui manducat hunc panem vivet in aeternum* (Ioan., VI, 59). Ex qua comparatione cibi angelici cum pane et manna facile a discipulis intellegi poterat, quemadmodum pane corpus cotidie nutritur, et manna in deserto Hebraei cotidie refecti sunt, ita animam christianam caelesti pane vesci posse cotidie ac recreari. Insuper quod in oratione Dominica exposci iubet *panem nostrum cotidianum*, per id SS. Ecclesiae Patres fere unanimes docent, non tam materialem panem, corporis escam, quam panem eucharisticum cotidie sumendum intellegi debere.

Quo spectent ista vota.

II. Desiderium vero Iesu Christi et Ecclesiae, ut omnes Christifideles cotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christifideles, per sacramentum Deo coniuncti, robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quae cotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragilitas est obnoxia, praecavenda : non autem praecipue ut Domini honori ac venerationi consulatur, nec ut sumentibus id quasi merces aut praemium sit suarum virtutum (S. August. Serm. LVII in Matth. *De Orat. Dom.*, V. 7). Unde S. Tridentinum Concilium Eucharistiam vocat *antidotum quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur* (Sess. XIII, cap. II).

Exemplum priorum Christi fidelium.

III. 1. Hanc Dei voluntatem priores Christifideles probe intellegentes, cotidie ad hanc vitae ac fortitudinis mensam accurrebant. *Erant pevseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis* (Act., II, 42). Quod saeculis posterioribus etiam factum esse, non sine magno perfectionis ac sanctitatis emolumento, Sancti Patres atque ecclesiastici Scriptores tradiderunt.

Obortae disputationes de dispositionibus undenam originem duxerint et

Defervescente interim pietate, ac potissimum postea Ianseniana lue undequaque grassante, *disputari coeptum est de dispositionibus*, quibus ad frequentem et cotidianam Communionem accedere oporteat, atque alii prae aliis maiores ac difficiliores, tamquam necessarias, expostularunt. Huiusmodi disceptationes id effecerunt, ut perpauci digni haberentur qui SS. Eucharistiam cotidie sumerent,

et ex tam salutifero sacramento pleniores effectus haurirent; contentis ceteris eo refici aut semel in anno, aut singulis mensibus, vel unaquaque ad summum hebdomada. Quin etiam eo severitatis ventum est, ut a frequentanda caelesti mensa integri coetus excluderentur, uti mercatorum, aut eorum *qui essent matrimonio coniuncti*.

quosnam habuerint effectus.

Nonnulli tamen in contrariam abierunt sententiam. Hi, arbitrati Communionem cotidianam iure divino esse praeceptam, ne dies ulla praeteriret a Communione vacua, praeter alia a probato Ecclesiae usu aliena, etiam feria VI in Parasceve Eucharistiam sumendam censebant, et ministrabant.

Error contrarius.

2. Ad haec Sancta Sedes officio proprio non defuit. Nam per decretum huius Sacri Ordinis, quod incipit *Cum ad aures*, diei 12 mensis februarii anni 1679, Innocentio Pp. XI approbante, errores huiusmodi damnavit et abusus compescuit, simul declarans omnes cuiusvis coetus, mercatoribus atque coniugatis minime exceptis, ad Communionis frequentiam admitti posse, iuxta singulorum pietatem et sui cuiusque Confessarii iudicium. Die vero 7 mensis decembris anni 1690, per decretum *Sanctissimus Dominus noster* Alexandri Pp. VIII, propositio Baii, purissimum Dei amorem absque ullius defectus mixtione requirens ab iis qui ad sacram mensam vellent accedere, proscripta fuit.

Acta S. Sedis.

3. Virus tamen iansenianum, quod bonorum etiam animos infecerat, sub specie honoris ac venerationis Eucharistiae debiti, haud penitus evanuit. Quaestio de dispositionibus ad frequentandam recte ac legitime Communionem Sanctae Sedis declarationibus supervixit; quo factum est ut nonnulli etiam boni nominis Theologi, raro et positis compluribus condicionibus, cotidianam Communionem fidelibus permitti posse censuerint.

Reliquiae iansenianae quid effecerint.

Non defuerunt aliunde viri doctrina ac pietate praediti, qui faciliorem aditum praeberent huic tam salubri Deoque accepto usui, docentes, auctoritate Patrum, nullum Ecclesiae praeceptum esse circa maiores dispositiones ad cotidianam, quam ad hebdomadariam aut menstruam Communionem; fructus vero uberiores longe fore ex cotidiana Communione, quam ex hebdomadaria aut menstrua.

Melior quorundam opinandi ratio.

Quaestiones super hac re diebus nostris adauctae sunt et non sine acrimonia exagitatae; quibus Confessariorum mentes atque fidelium conscientiae perturbantur, cum christianae pietatis ac fervoris haud mediocri detrimento. A viris idcirco praeclarissimis ac animarum Pastoribus SS^mo D^no Nostro Pio Pp. X enixae preces porrectae sunt, ut suprema Sua auctoritate quaestionem de dispositionibus ad Eucharistiam cotidie sumendam dirimere dignaretur; ita ut haec saluberrima ac Deo acceptissima consuetudo non modo non minuatur inter fideles, sed potius augeatur et ubique propagetur, hisce diebus potissimum, quibus Religio ac fides catholica undequaque impetitur, ac vera Dei caritas et pietas haud parum desideratur. Sanctitas vero Sua, cum Ipsi maxime cordi sit, ea qua pollet sollicitudine ac studio, ut christianus populus ad Sacrum convivium perquam frequenter et etiam cotidie advocetur eiusque fructibus amplissimis potiatur, quaestionem praedictam huic Sacro Ordini examinandam ac definiendam commisit.

Contentiones.
Decreti opportunitas.

Quaestio a SS^o proposita S. Congr. Concilii.

IV. Sacra igitur Concilii Congregatio, in plenariis Comitiis diei 16 mensis dec. 1905, hanc rem ad examen accuratissimum revocavit, et rationibus hinc inde adductis sedula maturitate perpensis, ea quae sequuntur statuit ac declaravit:

Sacri Ordinis deliberatio et statuta.

Omnibus pateat communio cotidiana.

1° Communio frequens et cotidiana, utpote a Christo Domino et a Catholica Ecclesia optatissima, omnibus Christifidelibus cuiusvis ordinis aut condicionis pateat ; ita ut nemo, qui in statu gratiae sit et cum recta piaque mente ad S. Mensam accedat, prohiberi ab ea possit ;

Quid recta mens requisita.

2° Recta autem mens in eo est, ut qui ad sacram mensam accedit non usui, aut vanitati, aut humanis rationibus indulgeat, sed Dei placito satisfacere velit, ei artius caritate coniungi, ac divino illo pharmaco suis infirmitatibus ac defectibus occurrere ;

Quaenam puritas requisita.

3° Etsi quam maxime expediat ut frequenti et cotidiana Communione utentes venialibus peccatis, saltem plene deliberatis, eorumque affectu sint expertes, sufficit nihilo minus ut culpis mortalibus vacent, cum proposito se numquam in posterum peccaturos : quo sincero animi proposito fieri non potest quin cotidie communicantes a peccatis etiam venialibus, ab eorumque affectu sensim se expediant ;

Diligens commendatur praeparatio et actio gratiarum.

4° Cum vero Sacramenta Novae Legis, etsi effectum suum ex opere operato sortiantur, maiorem tamen producant effectum quo maiores dispositiones in iis suscipiendis adhibeantur, idcirco curandum est ut sedula ad sacram Communionem praeparatio antecedat, et congrua gratiarum actio inde sequatur, iuxta uniuscuiusque vires, condicionem ac officia ;

Pars Confessarii et officium.

5° Ut frequens et cotidiana Communio maiori prudentia fiat uberioreque merito augeatur, oportet ut Confessarii consilium intercedat. Caveant tamen Confessarii ne a frequenti seu cotidiana Communione quemquam avertant, qui in statu gratiae reperiatur et recta mente accedat ;

Multo studio commendanda cotidiana communio, secundum doctrinam Catech. Romani.

6° Cum autem perspicuum sit ex frequenti seu cotidiana S. Eucharistiae sumptione unionem cum Christo augeri, spiritualem vitam uberius ali, animam virtutibus effusius instrui, et aeternae felicitatis pignus vel firmius sumenti donari, idcirco Parochi, Confessarii et contionatores, iuxta probatam Catechismi Romani doctrinam (Part. II, c. 63), christianum populum ad hunc tanc pium ac tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur ;

Quid in religiosis domibus, in seminariis et christianis ephebeis sit faciendum.

7° Communio frequens et cotidiana praesertim in religiosis Institutit cuiusvis generis promoveatur ; pro quibus tamen firmum sit decretum *Quemadmodum* diei 17 mensis decembris 1890 a S. Congr. Episcoporum et Regularium latum. Quam maxime quoque promoveatur in clericorum Seminariis, quorum alumni altaris inhiant servitio ; item in aliis christianis omne genus ephebeis ;

Vis regularum religiosarum.

8° Si quae sint Instituta, sive votorum sollemnium sive simplicium, quorum in regulis aut constitutionibus, vel calendariis, Communiones aliquibus diebus affixae et in iis iussae reperiantur, hae normae tamquam mere *directivae*, non tamquam praeceptivae putandae sunt. Praescriptus vero Communionum numerus haberi debet ut quid minimum pro Religiosorum pietate. Idcirco frequentior vel cotidianus accessus ad eucharisticam mensam libere iisdem patere semper debebit, iuxta normas superius in hoc decreto traditas. Ut autem omnes utriusque sexus religiosi huius decreti dispositiones rite cognoscere queant, singularum domorum moderatores curabunt, ut illud quotannis vernacula lingua in communi legatur intra Octavam festivivitatis Corporis Christi ;

Lectio annua decreti.

9° Denique post promulgatum hoc Decretum omnes ecclesiastici scriptores a quavis contentiosa disputatione circa dispositiones ad frequentem et cotidianam Communionem abstineant.

Finis imponitur contentiosis disputationibus.

Relatis autem his omnibus ad SSmum D. N. Pium Pp. X per infrascriptum S. C. Secretarium in audientia diei 17 mens. dec. 1905, Sanctitas Sua hoc Emorum Patrum decretum ratum habuit, confirmavit atque edi iussit, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Mandavit insuper ut mittatur ad omnes locorum Ordinarios et Praelatos Regulares, ad hoc ut illud cum suis Seminariis, Parochis, institutis religiosis et sacerdotibus respective communicent, et de exsecutione eorum quae in eo statuta sunt S. Sedem edoceant in suis relationibus de dioecesis seu instituti statu.

Confirmatio SSmi. Mittatur decretum ad Ordinarios et Praelatos regulares, qui decretum divulgent et de eius exsecutione reddant rationem.

Datum Romae, die 20 decembris 1905.

† Vincentius Card., Episc. Praenestinus, *Praefectus.*
C. De Lai, Secretarius.

Dies (20 dec. 1905).

Annotatio

Pro decreti istius momento, visum est explicationem reservare *Quaesitis variis*, hic infra, p. 77 ss.

---

111. — S. C. INDULGENTIARUM

DECRETUM URBIS ET ORBIS 14 FEBRUARII 1906

Qui Communione cotidiana utuntur, indulgentias lucrari possunt absque obligatione confessionis hebdomadariae

Cotidie communicantes

Sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X vel maxime cordi est ut efficacius in dies propagetur, uberioresque edat virtutum omnium fructus laudabilis illa ac Deo valde accepta consuetudo, qua fideles, in statu gratiae, rectaque cum mente, ad sacram Communionem cotidie sumendam accedant. Quamobrem supplicia plurimorum vota ab Eminentissimo Viro Cardinali Casimiro Gennari delata benigne libenterque excipiens, iis plane cunctis qui memoratam consuetudinem habent aut inire exoptant, specialem merito gratiam elargiri statuit. Clemens porro Pp. XIII f. r., per decretum huius Sacri Ordinis, sub die 9 decembris 1763, « omnibus christifidelibus, qui frequenti peccatorum Confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad Sacramentum Paenitentiae accedere, nisi legitime impediantur, consueverunt, et nullius lethalis culpae a se, post praedictam ultimam Confessionem commissae sibi conscii sunt, indulsit ut omnes et quascumque Indulgentias consequi possint, etiam sine actuali Confessione, quae ceteroquin ad eas lucrandas necessaria esset. Nihil tamen innovando circa Indulgentias Iubilaei, tam ordinarii quam extraordinarii, aliasque ad instar Iubilaei concessas, pro quibus assequendis, sicut et alia opera iniuncta, ita et sacramentalis Confessio, tempore in earum concessione praescripto peragantur ». Nunc vero Beatissimus Pater Pius X, omnibus christifidelibus qui in statu gratiae, et cum recta piaque

Indultus Clemens XIII.

De actuali Confessione non praemittenda,

Frui possunt ad lucrandas indulgentias,

Futuris quoque temporibus.

mente cotidie Sancta de Altari litare consuescunt, quamvis semel aut iterum per hebdomadam a Communione abstineant, praefato tamen f. r. Clementis Pp. XIII Indulto frui posse concedit, absque hebdomadariae illius Confessionis obligatione, quae ceteroquin, ad Indulgentias eo temporis intervallo decurrentes rite lucrandas necessaria exstaret. Hanc insuper gratiam eadem Sanctitas sua futuris quoque temporibus fore valituram clementer declaravit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (14 febr. 1906).

Datum Romae, e Secretaria S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, die 14 februari 1906.

A. Card. Tripepi, *Praefectus.*

† *D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.*

Annotatio

Decretum istud hoc modo interpretamur: 1) Etiam qui non solent nisi quinquies vel sexies infra hebdomadam communicare, privilegio isto fruuntur quo, exceptis indulgentiis in forma iubilaei, nulla iam condicio confessionis requiritur ad lucrandas indulgentias etiam plenarias. 2) *Semel aut iterum* itaque, etiam habitualiter, poterit omitti communio in hebdomada.

Possuntne verba ista accipi etiam de habituali omissione trium communionum per hebdomadam? Fatemur id ambigi posse. Hinc urget istud: favores sunt ampliandi; illinc vero *semel aut iterum* proprie dualem tantum indicat numerum. Praeterea, si ter omittas, vix maior est numerus dierum quibus communicatur quam quibus abstinetur. Potestne ista communio late sumi pro cotidiana? Atqui gratia conceditur pro cotidiana communione.

---

112. — S. RITUUM CONGR. (19 ian. 1906)

DE ORATIONIBUS IN MISSA, COMMUNIONE ET PROCESSIONE

Fratrum Minorum Apuliae

Orator.

Hodiernus Redactor Kalendarii Fratrum Minorum in Regulari Provincia Apuliae, de consensu sui Reverendissimi Procuratoris Generalis, a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit; nimirum:

Dubia.

De collectis.

I. — An Collectae ab Episcopo seu Ordinario loci imperatae, quae simul cum Orationibus a Rubrica praescriptis septennarium numerum excedunt, omitti debeant?

De missa conventuali.

II. — An Missa Conventualis, quae sine cantu celebratur in Ecclesiis Regularium, debeat aequiperari Missae sollemni, sive quod ad omittendam Commemorationem Simplicis et reticendas Collectas ordinarias ab Ordinario loci praescriptas, sive quod ad praetermittendas Orationes post Missam iniunctas: idque etiamsi postea alia Missa de die concinatur?

III. — An Sacerdos sacris vestibus Sacrificii indutus, possit administrare Sacram Communionem, data rationabili causa, ante vel post Missam sollemnem aut cantatam aut etiam Conventualem, sicuti permittitur ante vel post Missam privatam?

De communione in missa sollemni.

IV. — An in processione, quae die prima augusti sub vesperis fit per Ecclesiam et ante Conventum per aliquot passus, ad annuntiandam sive incipiendam Indulgentiam Portiunculae, Sacerdos pluviali albo indutus gestare possit Reliquiam Sancti Patris Francisci, vel tabellam cum inscriptione Indulgentiae Plenariae: et quae, silente Caerimoniali Ordinis, in eadem processione preces recitandae sint?

De processione.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit:

Responsa.

Ad I. *Affirmative.*

Ad I.

Ad II. Servetur Decretum num. 3697 *Ordinis Minorum Capuccinorum Sancti Francisci*, 7 decembris 1888 ad VII; et alterum num. 2740 *Tridentina*, 12 martii 1836 ad VII.

Ad II.

Ad III. *Negative.*

Ad III.

Ad IV. Nihil obstat in casu quominus Reliquia Sancti Francisci in hac processione gestetur, recitando vel cantando aliquem hymnum in honorem eiusdem Sancti: tabula autem Indulgentiae Plenariae non deferatur in processione, sed affigatur, si placeat, ante portam Ecclesiae.

Ad IV.

Atque ita rescripsit, die 19 ianuarii 1906.

Dies (19 ian. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. S. R. C. Secret.

---

113. — S. RITUUM CONGR. (22 ian. 1906)

DE USU KALENDARII, MISSALIS ET MARTYROLOGII ORDINIS CAPUCCINORUM

Tertiariorum ordinis Minorum Capuccinorum

Beatissime Pater,

Procurator Generalis Ordinis Minorum Capuccinorum, nomine Ministri Generalis eiusdem Ordinis, ad genua Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter supplicat pro gratia ut ad normas similis privilegii a Summo Pontifice Pio VI (Const. « Religiosos Ordines » die 6 septembris 1785) Ordini Fratrum Minorum concessi, et declarationum a Sacrorum Rituum Congregatione sub die 8 augusti 1835 (*Decret. authen. S. R. C.* n. 2735 ad VI), et 15 aprilis 1904 editarum, non solum Moniales Capuccinae secundi et tertii Ordinis Regularis, quae iam vigore privilegii Sacrorum Rituum Congregationis die 24 ianuarii 1688 (*Decret. authen.* n. 1790 ad II), hanc gratiam consecutae sunt, sed etiam omnes utriusque sexus Tertiarii in communitate viventes, et vota simplicia emittentes, qui sint Instituti aliquam coniunctionem in sua origine aut progressu cum Ordine

Supplicatur ut ad normam antiqui privilegii

Moniales Capuccinae

et Tertiarii Ordini Minorum aggregati

Minorum Capuccinorum habentis, aut qui ad tramitem Decreti Sacrae Congregationis Indulgentiarum diei 28 augusti 1903 et Rescripti Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium diei 18 novembris 1905, eidem aggregati fuerunt, aut in futuro aggregabuntur, licet etiam non divinum Officium cotidie recitent, sed Officium Deiparae parvum aliasque preces dumtaxat persolvant in suis Ecclesiis et Oratoriis, uti valeant Kalendario, Missali ac Martyrologio ad usum Fratrum Minorum Capuccinorum a Summo Pontifice Leone XIII, sub die 4 decembris 1894 approbatis, ita tamen ut si sint Sacerdotes, Ecclesiae sive simplici sive Parochiali canonice mancipati, in festis Patroni Principalis tituli ac Dedicationis Ecclesiae tam propriae quam Cathedralis, necnon quibus diebus Missam applicare debent pro populo, teneantur in Officio et Missa sequi Kalendarium Dioecesis prouti Fratres primi Ordinis, ac deinde recurrente iuxta Kalendarium primi Ordinis aliquo Officio secundum Ordinem Dioecesanum iam recitato, prouti fit in eodem primo Ordine impeditorum festorum repositionem seu translationem disponere.

Uti valeant Kalendario, Missali et Martyrologio Capuccinorum, certis condicionibus.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X tributis, attentis expositis, benigne precibus annuit: exceptis tamen Tertiariis Franciscalibus tam saecularibus quam Regularibus, qui Kalendarium Ordinis Fratrum Minorum seu Conventualium in Horis Canonicis persolvendis Sacroque litando iam assumpserint. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Conceditur cum restrictione personarum.

Die 22 ianuarii 1906.

Dies (22 ian. 1906).

A. Card. Tripepi, *S. C. R. Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. S. C. R. Secret.

---

114. — S. RITUUM CONCR. (26 ian. 1906)

EXTENSIO PRIVILEGII

De translatione festorum in Ordine S. Benedicti

Orator

Rev^mus D. Hildebrandus de Hemptinne, Abbas Primas Ordinis S. Benedicti, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X supplex rogavit, ut Indultum Apostolicum diei 24 februarii 1905 Congregationi eiusdem Ordinis Cassinensi a primaeva observantia concessum, quo festa duplicia primae vel secundae classis quotiens a digniore Officio impedita occurrerint, in diem primam respective sequentem transferri valeant, redacto ad ritum simplicem Officio ritus duplicis minoris (non tamen alicuius Sancti Doctoris) aut semiduplicis occurrente, benigne extendere dignaretur ad omnia Coenobia seu Monasteria sui Ordinis, quae eodem indulto iusta de causa uti voluerint.

Petit indulti de festis duplicibus extensionem.

Sacra porro Rituum Congregatio utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, petitam enuntati privilegii extensionem benigne indulsit iuxta preces, servatis rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Conceditur.

Die 26 ianuarii 1906.

Dies (26 ian. 1906).

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

115. — S. RITUUM CONGR. (14 febr. 1906)

DECRETUM SEU DECLARATIO

De cantu liturgico gregoriano

Quaestio editorum.

A nonnullis editoribus proponitur subinde quaestio de modo interpretandi Dispositiones Art. II et IV Decreti seu Instructionum Sacrae Rituum Congregationis, diei XI augusti MCMV [1], circa editionem et approbationem librorum cantum liturgicum Gregorianum continentium. Ad hanc autem quaestionem solvendam eadem Sacra Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X, quae sequuntur declarat :

Declarationes.

De forma notularum.

1. Forma notularum cantus sic debet integra servari, ut omnes ex iis quae eandem habent rationem vel significationem, ac proinde in editione typica Vaticana unam eandemque figuram referunt, pariter in alia editione, quae ab Ordinario possit approbari, necessario quod ad formam omnino inter se similes exstent et coaequales. Ideoque signa quae forte fuerint, permittente Ordinario, superinducta, nullatenus notularum formam, vel modum quo ipsae coniunguntur, afficere debent.

De ipsa editione.

2. Quamvis editio aliqua fuerit recognita, ab Ordinario vel ab ipsa Sacra Rituum Congregatione, tamquam de cetero, videlicet exceptis signis, cum typica conformis, oportet tamen ut deinceps normas supra statutas exacte servet ; quatenus, inter notulas typicas et signa quae superveniunt, iam amplius confusio oriri nequeat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 februarii 1906.

Dies (14 febr. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *S. R. C. Pro-Praef.*

Diomedes Panici, Archiep. Laod., S. R. C. Secretarius.

---

116. — S. CONGR. CONCILII

RESOLUTIONES 17 FEBR. 1906

Romana et aliarum. Dubium de alienatione

Dubia *de alienatione titulorum.*

Quaesitum nuper fuit « 1° Se [2] per le alienazioni dei valori al « portatore spettanti ad enti ecclesiastici, od a case pie soggette « alla tutela della Chiesa, sia necessario il beneplacito apostolico, « come per le alienazioni dei beni immobili e delle cose preziose.

---

[1] Cfr. PERIOD. vol. I, p. 174.

[2] Id est, latine: « 1° Ad alienandos « titulos » sine nomine, qui ad collegia ecclesiastica spectant vel ad domos pias sub ecclesiastica tutela constitutas, estne opus ut beneplacitum obtineatur apostolicum, quod ad alienanda bona immobilia et mobilia pretiosa requiritur ? 2° Eademne

De titulis commutandis.

Depoenis.

« 2° Se egual facoltà si richiede per la permuta dei medesimi in « altri titoli o valori, anche immobili. 3° Se i venditori e gli acqui- « renti siano soggetti alle pene ecclesiastiche sancite dal Tridentino « al *capo 11, sess. XXII de reform.* e dalla *Extrav. Ambitiosae* e « dalla Costit. *Apostolicae Sedis* ».

Responsa.

Responsum fuit: *Ad 1um. Affirmative. Ad 2um. Affirmative, excepto casu urgentis necessitatis in quo periculum sit in mora, et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem, habito tamen in his adiunctis Ordinarii beneplacito, et sub lege ut permutatio fiat in titulis quam maxime tutis. Ad 3um. Affirmative quod ad poenas in Extravag.* Ambitiosae... *et Constit.* Apostol. Sedis... *statutas.*

Annotationes

I. Tituli isti, seu nomina certa hodierna seu credita quae, suppresso creditoris nomine facile ipsa traditione dominum mutant, spectari possunt ut mobilia pretiosa. Et si mere hanc feceris considerationem, omni ambiguitate carebit solutio. Clarissima enim lex vetat quominus mobilia pretiosa alienentur sine beneplacito apostolico. Atque ita ratiocinatus est Secretarius S. Congregationis in summaria sua relatione.

Verum enimvero, dissimulandum non est, hodie, titulos istos ita plerumque possideri, ut frequentissime locus sit permutationi vel conversioni in alios titulos vel bona. Hinc ambigi poterat utrum necne tituli isti a locis piis ita possiderentur, ut administratoribus liceret in venditione et commutatione se ad modernos usus accommodare. Ita, ni fallimur, ferebat usus sat generalis.

Aliter tamen visum est S. Congregationi, et vel ideo fortasse, quia ex eius mente, pecuniae ecclesiasticae non in quibuslibet titulis collocari possunt sed in iis qui certum et non labilem habeant valorem, quales sunt saepe tituli Status (*rentes sur l'État*).

II. In secundo responso casus excipitur in quo *urgens necessitas* tempus non linquat recurrendi ad S. Sedem.

Urgens ista necessitas tunc certo aderit, cum sine detrimento retineri nequeant commutandi valores. Quid autem si mere agatur certum lucrum ex permutatione conquirendum ?

Ne in dispendium vertatur quod propter utilitatem est introductum, censemus etiam tunc eidem exceptioni esse locum. Nec obici potest lucrum istud ad negotiationem pertinere quae et ipsa sit clericis prohibita. Etenim, ubi finis emptionis non fuit venditio, sed mere arripitur occasio lucri ex mutato valore qui, in his rebus, frequentior aderit, ne species quidem negotationis habetur.

III. *Ordinarius*, si causa urgeat, cuius tunc beneplacitum requiritur, nobis videtur esse Praelatus qui in re auctoritatem habeat quasi episcopalem ; ergo etiam Praelatus regularis, ubi de titulis agitur qui ad religiosas domos pertinent. Quamvis enim, ad alienandas terrulas (seu exigua bona immobilia) debeant regulares, nisi

---

requiritur licentia cum agitur de commutandis titulis istis in alios titulos vel valores etiam immobiles ? 3° Qui vendunt vel emunt suntne obnoxii poenis ecclesiasticis sancitis a Concilio Tridentino, c. II, s. XXII de Reform. et ab Extrav. *Ambitiosae*, et a C. *Apostolicae Sedis ?*

speciali ruantur privilegio, ad Episcopum recurrere, hic occurrit casus in quo, ob urgentem necessitatem, ipsa lege beneplaciti videris immunis ; et S. Congregatio mere declarat modum quo exceptio ista est prudenter facienda. « Non est tunc, ut ait Wernz, (III, n. 154) insistendum litterae legis. » Praeterea nomine Ordinariorum, possumus hic intellegere Praelatos qui ordinariam habent iurisdictionem.

IV. Denique, ipsa declarationis vis nobis videtur apte temperanda et circumscribenda istis titulis in quibus re vera facta est « capitalis » ecclesiastici collocatio.

Et re quidem vera, ut hodie sunt mores, prudens et sollers administrator iam solet in paucos menses pecunias collocare, quarum tamen liberam habet dispositionem. Si, itaque, tituli mere huiusmodi pecunias repraesentant, aeque bene poterunt alienari et permutari sicut ipsae pecuniae. Nec aliter respondendum nobis videtur si quis pecunias quaerens alicui aedificationi, interea, donec perficiatur summa, pecunias istiusmodi fructuose collocaverit. Cum opportunitas aedificationi habebitur, licebit ipsi titulos istos vendere et in bonum immobile commutare. Perinde dixeris de variis casibus huiusmodi.

V. Observes, dum quaerebatur de poenis etiam Tridentinis et Extrav. *Ambitiosae*, a S. Congregatione esse Tridentini concilii mentionem omissam. Sapienter quidem : poenae enim capitis Tridentini non respiciunt bonorum alienationem sed iniustam occupationem, qualis fit ab intruso beneficiario.

---

117. — SS. D. N. PII DIV. PROV. PP. X

MOTUS PROPRIUS 19 MARTII 1903

De Religiosis ante collationem Ordinum in Italiae partibus examinandis

Pius PP. P

Ut Religiosi ordines etiam doctrinae laude floreant,

Religiosorum Ordinum familias, utpote quae praeclaro semper et adiumento et ornamento fuerint Ecclesiae, peculiari quadam Nos providentia studioque prosequimur ; in primisque dandam operam arbitramur, ut constanter pergant, pro necessitatibus temporum, salutares esse ac frugiferae. Hanc ob causam, quoniam ipsae, praeterquam sanctarum exercitatione virtutum, etiam doctrinae laude floreant necesse est, Nos e re esse haud ita pridem duximus, aliquid in hoc genere statuere. Etenim, noveramus quidem Sacram Congregationem, Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositam, auctoritate decessoris Nostri fel. rec. Leonis XIII, die IV novembris MDCCCXCII, prudentissime praescripsisse, ut « professi tum votorum sollemnium, tum « votorum simplicium ab Ordinariis locorum ad sacros Ordines « non admittantur, nisi, praeter alia a Iure statuta, testimoniales « litteras exhibeant, quod saltem per annum sacrae theologiae « operam dederint, si agatur de subdiaconatu ; ad minus per

Quae praescripsit Leo XIII,

« biennium si de diaconatu ; et quod ad presbyteratum saltem per « triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curri- « culo ». Sed praescriptiones huiusmodi non aliter videbantur suos omnes fructus efferre posse, quam si candidati ad sacros Ordines legitimo experimento probare deberent, se in constitutis doctrinae studiis satis profecisse. Id quod ceteroqui sacrosancta Tridentina Synodus iusserat : nam Sess. XXIII, Cap. VII, *de Reform.*, haec habet generatim : « Episcopus ordinandorum omnium mores et « doctrinam diligenter investiget et examinet » ; nominatim autem de Regularibus eiusd. Sess. Cap. XII : « Regulares non sine dili- « genti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque « quod ad hoc penitus exclusis ». Opportunum igitur apparebat esse, hanc Tridentini Concilii legem revocari, quae diuturnitate obsolevisset : idque Nos anno superiore praestitimus pro Urbe, cum die XVI mensis iulii [1] Motu proprio decrevimus, ut quicumque sive de saeculari sive de regulari clero ad sacros Ordines promovendi essent, omnes, excepto nemine, doctrinae periculum facerent in Curia Cardinalis Vicarii Nostri.

Iusseratque Tridentina Synodus de examine ad Sacros Ordines,

Revocavit Sua Sanctitas,

Nunc vero placet, etiam ex consulto Moderatorum Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, memoratum Nostrum decretum per has litteras extendere. Quare Nos Motu item proprio, volumus ac iubemus, ut in Italia et in insulis Italiae dicioni subiectis, Religiosi omnes, vel ad Instituta votorum simplicium, vel ad votorum sollemnium pertinentes, ne ante ad sacros Ordines promoveantur, quam ab Episcopo loci, diligenti doctrinae examine probati sint idonei : sublato, ad hunc tantummodo effectum, quocumque contrario privilegio, etiam specialissima et individua mentione digno, abrogataque quacumque contraria consuetudine, etiam centenaria et immemoriali, quam in futurum quoque induci prohibemus. Id examen qua ratione instituendum sit, Episcopi definient : hique vero curabunt, quemadmodum Nos eo pro Urbe Motu proprio constituimus, ut candidati non solum in iis rebus, quae ad Ordinem adeundum pertinent, sed in aliis quoque de theologia dogmatica tractationibus periculum faciant. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Iamque extendit ad italicas regiones.

Religiosi omnes, ante Ordinationem, doctrinae periculum faciant.

Tollitur omne privilegium et consuetudo contraria.

Modum examinis definient Episcopi.

Datum Romae apud S. Petrum, die XIX martii anno millesimo nongentesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.

Pius PP. X.

Dies (19 mart. 1906).

---

[1] Cfr. supra, n. **84**, pag. 30.

SUPPLEMENTA

QUAESITA VARIA

II. *Quaeres* de vi ac significatione nuperrimi Decreti de cotidiana communione.

I. Nemo enim est, quin persentiat quam grave sit monumentum, quo S. Pontifex cogitat primaevam de SS. Eucharistiae usu persuasionem et ipsam, gradatim, consuetudinem restituere, iansenianum virus penitius ex Ecclesiae corpore expellere, diutinis disputationibus finem imponere, atque apud regulares novam de accessu ad sacram mensam inducere disciplinam.

II. In primis iuvabit praesentem legem cum superioribus decretis et theologorum placitis conferre, quo magis sub oculis ponatur a quibus quasi initiis ad praesentia statuta sit perventum.

A. *Decreta.*

1. De cotidiano vel frequenti accessu occurrit nobis votum Concilii Tridentini, optantis ut quod in primis Ecclesiae temporibus sollemne erat et quasi praeceptum, a fidelibus sponte sua instauraretur; id est, ut fideles assistentiam Missae cum sacramentali consumptione coniungerent. His enim verbis, sessione XXII, cap. 6, decretum quo missas probat in quibus solus communicat sacerdos, facit initium : « Optaret quidem sacrosancta synodus ut in singulis missis fideles astantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, si id non semper fiat, propterea missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat. »

Antea autem, de praeparatione adhibenda, s. Synodus ita loquitur, s. XIII, c. 7. « Si non decet ad sacras illas

functiones quempiam accedere, nisi sancte ; certe quo magis sanctitas et divinitas caelestis huius Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus : Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum est in memoriam eius praeceptum : probet se ipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. »

Pia porro sequitur adhortatio in capite sequenti, octavo, his verbis : « Paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes et singuli qui christiano nomine censentur, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent, memoresque tantae maiestatis et tam eximii amoris Iesu Christi Domini Nostri, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum, haec sacra mysteria corporis et sanguinis eius ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione ac pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint ; et is vere iis sit animae vita et perpetua sanitas mentis, cuius vigore confortati, ex huius miserae peregrinationis itinere ad caelestem patriam pervenire valeant, eundem panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi. »

Denique, c. 10, s. XXV De Regularibus et Monialibus, iniungitur ut Moniales saltem singulis mensibus communicent.

2. Catechismus Romanus, postquam gravissimis verbis diligentem inculcavit praeparationem et puritatem, qua immunes saltem sint fideles ab odio et quolibet mortali reatu, de frequentia usus negat generalem omnibus statui posse regulam. Verum magnopere excitat parochos ut et adhibita comparatione cibi corporalis, et propositis Eucharistiae fructibes, et memorata mannae figura, et allata SS. Patrum auctoritate, fideles ad digne, etiam cotidie, panem istum sumendum multo studio

adhortentur. Hic est locus, cui alludit Decretum *Sancta Tridentina Synodus:* « Sed ne forte aliqui segniores ad hoc sacramentum percipiendum reddantur, quod tantam praeparationem adhibere grave admodum et difficile ducant, fideles saepe admonendi sunt, omnibus eam legem propositam esse, ut sacram Eucharistiam percipiant. Praeterea, constitutum est ab Ecclesia, ut qui semel saltem singulis annis in Pascha non communicaverit ab Ecclesia arceatur.

« Neque tamen fideles hoc satis habeant, se, huius decreti auctoritati obtemperantes, semel tantummodo corpus Domini quotannis accipere: verum saepius iterandam Eucharistiae communionem existiment. Utrum autem singulis mensibus, vel hebdomadis, vel diebus id magis expediat, certa omnibus regula praescribi non potest. Verum tamen ista est S. Augustini norma certissima: Sic vive, ut cotidie possis sumere. Quare parochi partes erunt fideles crebro adhortari, ut quem ad modum corpori in singulos dies alimentum subministrare necessarium putant, ita etiam cotidie hoc sacramento alendae et nutriendae animae curam non abiciant: neque enim minus spirituali cibo animam, quam naturali corpus indigere perspicuum est. Vehementer autem proderit hoc loco repetere maxima illa et divina beneficia quae, ut antea demonstratum est, ex Eucharistiae sacramentali communione consequimur. Illa etiam figura erit addenda quod singulis diebus corporis vires manna reficere oportebat: itemque SS. Patrum auctoritates, quae frequentem huius sacramenti perceptionem magnopere commendant. Neque enim unius S. Patris Augustini ea fuit sententia: « Cotidie peccas, cotidie sume; » sed si quis diligenter attenderit, eundem omnium Patrum qui de hac rescripserunt sensum fuisse, facile comperiet. (2ª pars, De Eucharistiae sacramento, n. 62 & 63,)

3. Succedit celebre decretum Innocentii XI, *Cum ad aures,* cui plures excessus dederunt occasionem. Exscriptum reperitur in nostro tomo 2 *De Religiosis*, n. **216**, p. 460, ed. 4. Decreto isto, ait Lehmkuhl (t. 2, n. 120 vel 211), cavetur ne propter solum statum laicalem, coniugalem, etc. aliquis a frequenti communione arceatur, sed iudicium de frequenti vel etiam cotidiano accessu ad sacram alimoniam confesssariorum prudenti iudicio esse relinquendum, qui secreta cordis explorantes ex conscientiarum puritate et frequentiae fructu et ad pietatem progressu id quod

prospiciat singulorum saluti, praescribere debeant. »

4. De ipsa Religiosorum disciplina ut sermo etiam fiat, diu, in hac parte, est ampla Superioribus relicta potestas, ita ut ad ordinariam eorum provinciam pertinere visum sit accessum ad sacram mensam subditis vel permittere vel prohibere, quamvis et ipsi laici fuerint vel muliebris sexus.

Verum, sensim sine sensu, iam ab ipso decreto *Cum ad aures*, anni 1679, quo iudicium committitur Confessario qui secreta cordis explorat, inducta est disciplina vi cuius ad Confessarium ordinarium vel extraordinarium exclusive pertinet singulis concedere communionem frequentius quam ferat regula vel usus.

Ita iam, apud LACROIX, l. 6, p. 1, n. 656, in nota habetur responsum 3 febr. 1725, in Ianuensi. « Dubitatum fuit an et de cuius licentia (Confessarii ordinarii an Directoris) S. Eucharistiam recipere debeant moniales, quae eam recipere volunt ultra dies statutos a Constitutionibus vel a consuetudine monasterii, ut in illis omnes moniales communicent. Porro 14 aprilis eiusdem anni respondit S. Congregatio (l. 3, p. 151) de licentia Confessarii ordinarii et non Directoris, praevia participatione Praelati ordinarii. »

Recentius, anno 1888, 14 aug. in Burdigalensi haec legimus: « Ex parte Officialis istius curiae ecclesiasticae expositum nuper fuit, quod in omnibus fere familiis religiosis praescribuntur in statutis certi dies quibus omnes ad sacram Communionem accedere debent; et quod multi Communionum catalogum ita intellegunt, quasi nulli sit licitum saepius communicare etiam de consilio Confessarii, nisi accedat quoque formalis consensus superioris vel superiorissae. — Quibus expositis, quaesitum proponit quaenam sit mens Ecclesiae quando approbat haec statuta circa communionem in familiis religiosis, an haberi debeant ut prohibitiva ne plures fiant communiones; vel praeceptiva, ut omnes conentur ita vivere ut mereantur ad sacram communionem accedere saltem in illis diebus.

Itaque S. Congregatio Episcoporum et Regularium, omnibus perpensis, respondit:

Negative ad primam partem, at facultatem frequentius ad S. Synaxim accedendi relinquendam esse privative iudicio confessarii, excluso consensu superioris vel superiorissae.

Affirmative ad secundam partem, quotiens rationabilis causa non obstet. (4 augusti 1888.)

Porro disciplina decreti *Quemadmodum*, 17 dec. 1890, his paucis verbis comprehendi potest :

a) Ad Confessarium ordinarium vel extrordinarium exclusive pertinet singulis concedere communionem frequentius quam fert regula vel usus.

b) De generali tamen licentia debent subditi semel monere Superiorem qui possit, si velit, contrarias suas rationes confessario proponere. Superior iste est per se localis. Si quid tamen obstet, videtur satis esse ut moneatur mediatus Superior.

c) Omne vetitum ne religiosi frequentius accedant quam regula iubentur, est sublatum. Immo nec privata prohibitione possunt Superiores alicui e subditis interdicere sacra communione, nisi « post ultimam sacramentalem confessionem communitati scandalo fuerit, aut gravem (lato sensu) externam culpam patraverit, donec ad Paenitentiae sacramentum rursus accesserit. »

Age vero, decreto isto *Quemadmodum* reguntur omnia Instituta mulierum et Congregationes virorum qui professione et condicione penitus sunt laici.

De numero autem communionum communitatibus praestituendo videtur ad mentem S. Sedis quadrare si, praeter dominicalem, duae intra hebdomadam Constitutionibus praescribantur faciendae, citra tamen omnem legis obligationem. Ita ex variis animadversionibus S. Congregationis in Constitutiones.

Ex brevi isto conspectu satis apparet, disciplinam de communionibus sicut de pluribus aliis punctis variasse. Ubique tamen, et tale est istud ut admirationem nostram moveat, laudibus afficitur usus communionis cotidianae. Ita iam apud Innocentium XI, in decreto *Cum ad aures*.

B. *Placita theologorum*.

Tamquam communem doctrinam hanc refert LACROIX : (l. 6, p. 1, n. 652.) « Quamvis unicuique expediat cotidiana communio, si adsit status gratiae, actualis devotio et debita reverentia, tamen, quia difficile est ut omnes, praesertim saeculares, ita cotidie habeant, hinc cotidiana communio absolute loquendo non expedit omnibus indifferenter, sed hoc relinquendum est iudicio prudentis Confessarii. »

Hinc, pro varia indole, alii potius inclinarunt ad cotidianam communionem, alii potius ad usum minus frequentem. Cfr. LACROIX, l. 6, p. 1, n. 654.

Doctrinam S. ALPHONSI, non quidem ex theologia sua morali sed ex variis eius scriptis depromptam, ita, anno 1865, omnibus sodalibus Instituti SS. Redemptoris proponebat et sequendam praescribebat Rev^mus P. Generalis, Nicolaus MAURON, [1] : Distinctione prius facta communionis hebdomadariae, quae passim permittitur, his pergit scribere verbis : « Quod ad *communionem frequentem* attinet seu quae pluries in hebdomada fit, haec, iuxta doctrinam S. ALPHONSI, triplicem dispositionem exigit : a) fuga cuiusvis peccati venialis plene deliberati et immunitatem ab omni affectu ad peccatum veniale quodcumque ; — b) studium perfectionis et recipiendae communionis desiderium sincerum, ad augendam flammam divini amoris ; — c) exercitium orationis mentalis et sensuum passionumque assiduam mortificationem.

« Tandem ad *communionem cotidianam* S. Fundator noster exposcit ut anima suas cupiditates maxima ex parte domitas habeat, ut exercitio orationis mentalis et mortificationibus multam operam impendat et quendam gradum perfectionis maiorem minoremve attigerit. Tum vero etiam ad unam in hebdomada diem excipiendam hortatur directores. »

Similes satis regulas a R. P. LEHMKUHL [2] expositas laudavit ipsa S. C. de Propaganda Fide. Sic enim respondit ad Vic. Apostol. Madagascar. qui de regulis P. LEHMKUHL S. Congregationem interrogaverat, anno 1892, 25 maii, « Cum schema hoc maturius examinatum fuerit... Dignum quod in substantialibus approbetur inventum est : minime tamen ut lex absoluta et taxativa, sed veluti norma confessariis tradenda. »

Porro, hisce verbis suam effert sententiam laudatus P. LEHMKUHL : « Communio frequens non cotidiana, sc. praeter dies dominicos (et festos) una alterave vice in hebdomada, requiri talem dispositionem, ut peccata venialia deliberata *consueverint non accidere* (igitur peccatum quodlibet deliberatum non debet esse aliquid quod ordinarie fiat), et ut insuper conatus adhibeatur ad exstirpandos pravos affectus cum desiderio proficiendi in virtu-

---

[1] Ex opere R. P. GODTS, *L'apôtre moderne du T. S. Sacrement*, 1906, p. 94.
[2] *Theol. mor.* t. 2, n. 156, 157.

tibus. Aliis verbis dici potest : serius progressus in via quam vocant purgativam, cum conatu in via illuminativa progrediendi.

« Communio cotidiana requirit non solum conatum serium pugnandi contra pravos affectus, sed exstirpationem pravorum affectuum, ex magna parte revera factam, et insuper conatum, omnino serium, incumbendi in Christianam perfectionem et imitationem Christi omnimodam idque maxime Christi pauperis, abiecti, patientis ; paucis, serium progressum et fervens desiderium proficiendi in dies magis in via illuminativa et unitiva. »

Mens autem qua regulae huiusmodi proponebantur, haec erat. Hinc quidem existimabant irreverentiam, saltem venialem, committi ab eo qui, multis culpis venialibus non expiatis, immo quibus affectu inhaereat maculatus, frequenter sumat Christum, omnis puritatis fontem ; illinc vero maiorem ipsius sumentis considerabant utilitatem ; « si quidem accessus cum tepore minus iuvat quam rarior accessus, qui, utpote rarior, fiat cum maiore fervore et reverentia » (Lehmkuhl, t. 2, n. 157). Fructus enim ex opere quidem operato enascitur, verum ad dispositionem subiecti attemperatus. Quare pro suo quisque ingenio et gentili indole, alii alliis maiorem suadebat moderationem. In qua disputatione, perspici potuerunt etiam vestigia istius « rigorismi » qui haeresi ianseniana e in pluribus superfuit, et de quo S. Pontifex : « Virus tamen ianseni anum, quod bonorum etiam animos infecerat, sub specie honoris ac venerationis Eucharistiae debiti, haud penitus evanuit. Quaestio de dispositionibus ad frequentandam recte et legitime Communionem Sanctae Sedis declarationibus supervixit ; quo factum est ut nonnulli, etiam boni nominis theologi, raro et positis compluribus condicionibus, cotidianam Communionem fidelibus permitti posse censuerint. »

Restat nunc ut brevi sermone ipsius decreti tenorem aliquantisper illustremus.

III. *Decreti declaratio.*

1. De ipsa introductione, quatenus praeteritam historiam adumbrat, nihil est nobis disserendum : a nostro proposito est hoc argumenti genus alienum. Satis erit monere, vim decreti et pontificii oraculi ex veritate istarum considerationum minime pendere. Etiamsi quaedam videantur dein-

ceps fortasse temperanda vel corrigenda, sua tamen stat mole Pontificium decretum.

2. Obiectum autem dirimendum clarissime proponitur. Mandat S. Pontifex ut diluatur quaestio de dispositionibus ad SS. Eucharistiam recipiendam requisitis, et simul disciplinares statuantur regulae quae isti declarationi sint congruae.

Hinc quasi duas partes secernere licet in decreto : moralem alteram, alteram disciplinarem.

3. De parte morali. Ex documentis pontificiis haec haurimus :

a) Iam a primo initio principium ponitur severioribus opinionibus contrarium, dum n. II gravibus verbis inculcatur illud, quod, non excepto omnium augustissimo, « Sacramenta sunt propter homines. » Magis quam honor Domini, est, in sumptione Eucharistiae, robur quaerendum et medicina. Nec tam merces est et praemium quam « antidotum quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur. » (Trident. s. XIII, c. 2.)

b) Quaestio de dispositionibus requisitis ad cotidie communicandum inopportuna apparet tam ex origine, quae esse dicitur imminutio pietatis et ianseniana lues, quam ex effectu elongationis a sacra mensa. (III, 1, 3.)

Simul tamen indirecte volvitur quaestio, dum probantur placita eorum qui docebant, « nullum Ecclesiae praeceptum esse circa maiores dispositiones ad cotidianam quam ad hebdomadariam aut menstruam communionem. » (III, 3.)

c) Confirmatur reprobatio iam ante facta erroris prorsus contrarii, asserentium divinum praeceptum de sumenda cotidie Eucharistia, etiam feria VI, in Parasceve. (III, 1.)

d) Declaratur recta mens, ad usum eucharisticum necessaria. Summa est, ut finis supernaturalis inducat ad communicandum.

Duo simul fines humani ac naturales traduntur ut ab his caveatur : *usus*, id est respectus quidam humanus quo ideo movearis ad sacram dapem sumendam, quia alii id faciunt, quia ita fert domus consuetudo ; *vanitas*, qua laus quaeritur, fama devotionis, pietatis. A priore defectu, seu servitute imitationis, praesertim cavendum est in conservatoriis et domibus ubi instituuntur adulescentulae et puellae.

Verum, dum fines isti sunt amovendi, sedulo secernenda est tentatio et scrupulus a vero vanitatis vel humani respectus motu. Saepe etiam erit prudenti directori inspiciendum quid in intentione praevaleat : facile enim cum intentione substantialiter pura miscetur aliquid humanum. In qua re, hoc videtur sufficere, ut aliquis serio existimare possit, omisso etiam motivo minus bono, nihilo minus ipsi potius esse ut communicet.

e) Ea sufficere declaratur puritas, qua quis immunis sit a mortalibus.

f) Commendatur sedula praeparatio et congrua gratiarum actio. Attendi tamen potest ad sumentium *vires* : quare minus ab aegroto quam a sano erit postulandum ; ad *condicionem* : plus a sacerdote quam a laico, ab homine exculto quam a rudi praestandum est; denique ad ipsa *officia*, quae aliis maius quam aliis relinquant otium.

In qua re retinenda videtur haec norma, ut, nisi extraordinarium obstet impedimentum, non minus quam per quadrantem horae fiat actio gratiarum sub forma orationis mentalis vel vocalis.

g) Ad moralem decreti partem referri etiam potest monitum ut adeatur confessarius. Sed quia id simul spectat ad disciplinarem partem, in hac punctum istud examinabimus.

4. *De parte disciplinari.*

Pars ista clarissimis constat statutis.

a) Tollitur omnis sanctio iuris positivi, sive generalis fuerit lex, saltem alicuius communitatis, sive peculiare praeceptum, quo liber non maneret accessus ad sacram Eucharistiam, etiam cotidie sumendam. (IV. 1.)

b) Parochi, Confessarii et contionatores debent, secundum probatam Catechismi Romani doctrinam (cfr. supra) « christianum populum ad hunc tam pium et tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortari. »

c) Communio frequens et cotidiana promovenda est praesertim in religiosis Institutis, in clericorum seminariis, in aliis omne genus ephebeis. (IV, 7.)

Verba « cuiusvis generis » ad designanda Instituta, ideo posita nobis videntur, ne regula videretur contemplativis reservata.

Quo spectat autem confirmatio decreti *Quemadmodum ?* Eo potissimum, ni fallimur, ut in Institutis mulierum et laicorum Superiores provinciam istam non usurpent etiam

ad frequentiores obtinendas subditorum communiones, verum omnem directionem Confessariis relinquant.

Sed in eodem decreto iubentur subditi Superiorem monere de generali licentia facta, communicandi saepius quam ferat regula, dum, ut videbimus, nihil huiusmodi praestituitur in Ordinibus et Institutis clericorum. Quid iuris igitur ? Num certior fieri debebit Superior laicus, non autem clericus ? Ut nobis videtur, post decretum de quo disserimus, pars ista decreti *Quemadmodum* parum urgenda est, et potius neglegenda. Non enim videtur menti Ecclesiae consentaneum, ut, in hac re, aliquid tribuamus laico quod negatur sacerdoti.

Denique, dum ordine enumerantur religiosa Instituta, dein seminaria, denique christiana ephebea, quasi gradus indicatur quo studia ista sunt commendanda, observata Instituti natura, et non praetermissis communis prudentiae regulis.

d) De regulis, vel Constitutionibus, vel calendariis, quae certum praescribere videntur communionum numerum, haec statuunt : normae sunt non praeceptivae sed directivae ; directione ista innotescet quis minimus numerus religiosis, non quidem praecipiatur, sed indicetur tamquam congruus ; secundum communes normas, antea praestitutas, numerus iste augeri poterit, immo in cotidianum accessum converti. (IV, 8.)

Observes dispositionem istam conceptis verbis transferri etiam ad Instituta votorum sollemnium.

Quaeres itaque quid demum intersit inter Superiorem Instituti clericalis et laici ? inter Praelatum regularem et Superiorem instituti votorum simplicium ?

Cui quaesito ita satisfacere posse arbitramur. Superior Instituti clericalis, quamvis non sit consuetus subditorum confessarius, poterit plerumque subditorum, id sponte sua petentium, audire confessionem. Quod si fuerit Praelatus, est in ipso ordinaria iurisdictio in subditos, Quocirca, qua Confessarius, poterit roganti subdito consilium dare de communionibus.

Praeterea, si videatur id, in casu particulari, expedire, non prohibetur Superior ecclesiasticus, in salutarem poenam, imponere aliquam a communione abstinentiam. Communionem praecipere posse non videtur : perpetuum enim est istud, quod Superior ultra regulam praecipere nequit. Atqui nulla iam communio ex regula praescribi potest ; ergo nec ex praecepto Superioris.

e) Decreti divulgationi prospicere non omisit S. Congregatio. Quare iussit ut vernacula lingua quotannis in communi religiosis legatur infra octavam festivitatis Corporis Christi, in sollemni isto tempore quo beneficium sacri convivii speciali modo ab Ecclesia recolitur. Lectio ista non praecipitur facienda in triclinio. Loci igitur optio moderatori linquitur. Communis ista lectio fieri itaque poterit in aula capitulari vel ubi spiritualis fiat collatio, ita ut omnes per se eam audire queant. Omnes, inquam, et non tantum religiosi nondum sacerdotio aucti vel laici. Quamvis enim id horum specialiter intersit, etiam sacerdotibus et moderatoribus est familiaris tantae legis habenda notitia.

f) Communis est indicatio decreti quo statuitur : « Ut frequens et cotidiana communio maiori prudentia fiat uberiorique merito augeatur, oportet ut Confessarii consilium intercedat. »

Perpendenda est verborum istorum proprietas. Apte eligitur vox *consilii*, tum quia praeter paenitentiam nihil praecipere stricte potest Confessarius, sed reliqua eius monita ad munus consiliarii quo ipse fungitur, pertinent ; tum quia cotidiana communio omnibus per se offertur ; non est enim aliquid quod honeste non fiat sine licentia.

Simul tamen vox *oportet* necessitatem quandam indicat. Quamnam ? Nullam, ni fallimur, necessitatem humani praecepti, cum S. Congregatio potius declarare hic velit quid ex divina Sacramenti institutione postuletur ; sed necessitatem prudentiae. Contra hanc prudentiae legem peccabit christianus qui nolit de communionibus interrogare confessarium, vel positive faciat contra Confessarii (cuius ceterum optionem habet) consilium. Quis praeterea non videt in hac agendi ratione inesse aliquam superbiam? Non peccabit autem qui ad mentem confessarii prudenter praesumptam aliquam communionem addat vel omittat. Accedit etiam, ex hac docilitate, meritum maioris humilitatis, quod n. 5 etiam inculcatur.

Confessariis ipsis praecipitur norma sequenda. Cum debeant populum ad frequentem hortari sacrae eucharistiae usum, neminem a frequenti vel cotidiana communione avertere possunt qui in statu gratiae et recta mente accedat. Ubi haec habeantur, de maiore fructu iubentur esse persuasi.

g) Quaestioni quae prius iudicata est parum utilis, simul imponitur finis. De dispositionibus ad frequentem et cotidianam communionem requisitis, non iam est contentiose disputandum. Contentiose, inquam, id est, quasi res dubia adhuc sit et in controversiam veniat, de ea re tractare. Historice potius dicendum est quaestionem istam esse agitatam, donec decreto isto quasi e medio sit sublata. Definitum enim iam est, ex Ecclesiae doctrina non aliam ad frequentem atque non frequentem requiri dispositionem. Positiva prohibitio disputandi contentiose ecclesiasticis scriptoribus circumscribitur, id est iis qui argumenta istiusmodi tractare consueverunt.

In decreti conclusione divulgandae legi hoc modo providetur : debent locorum Ordinarii et Praelati Regulares illud cum suis Seminariis, Parochis, institutis religiosis et sacerdotibus respective communicare. Haec igitur communicatio ad eos potissimum spectat quorum est, ut ita dicam, decretum active exsequi ipsa ratione qua animas vel subditos regunt consiliis vel praeceptis.

Iam tamen ante subditis ius erat ad communionem, ut ad mensam omnibus ab ipso Deo paratam, accedere.

Debent etiam iidem Superiores ecclesiastici de exsecutione decreti S. Sedem edocere in relationibus dioecesis suae vel instituti. Relatio de instituto recentioribus constitutionibus praecipue inscribitur.

BIBLIOGRAPHIA

Question de conscience : **La liquidation judiciaire des biens congréganistes,** par J. Dumartin. Brochure de 24 pages in-8°. Toulouse, Privat, 14 rue des Arts. L'exempl. frs 0,25 ; franc de port frs 0,30 ; par 50 ex. 10 frs port en sus.

Cette brochure est une consultation théologique sur cette question actuelle : Dans quelle mesure pèche-t-on et à quoi est-on tenu en conscience, si l'on coopère d'une façon ou d'une autre à la vente d'un bien congréganiste ?

La consultation est divisée en 2 parties :

1° La liquidation est injuste et son inscription dans la loi civile n'ôte en rien à la culpabilité de ceux qui y coopèrent ;

2° Responsabilité des coopérateurs de la liquidation : du juge, du liquidateur, de l'avocat, etc.

Ces pages s'adressent à tous les honnêtes gens, sans distinction de parti ou d'opinion, qui peuvent être appelés à s'occuper de la liquidation des biens d'Église ou de Congrégation et qui gardent le souci de la simple probité.

QUAESITA VARIA

III. De Commutationibus titulorum anonymorum (titres au porteur).

« Die 17 febr. 1906, cum quaereretur utrum necne beneplacitum apostolicum necessarium esset, non tantum ad alienandos, sed etiam ad commutandos titulos anonymos, pertinentes ad patrimonia ecclesiastica, S. Congregatio Concilii, audita relatione quae reperitur in ANALECTA ECCLESIASTICA, febr. 1906, et cuius summa habetur in hoc periodico, supra, p. 74, respondit ad utrumque, *affirmative*.

» Age porro, requiri beneplacitum apostolicum ad alienandos, quin commutentur cum aliis, titulos anonymos, pertinentes ad patrimonia ecclesiastica, id a nemine negari arbitror.

» Sed multi, iique eximii theologi nostri temporis, ut BUCCERONI [1], NOLDIN [2], GÉNICOT [3], quibus consentit ipse huius periodici auctor [4], existimant beneplacitum non requiri, ubi agitur de titulis commutandis cum aliis securioribus et melioribus.

» E contra, relator S. Congregationis, ex eo quod beneplacitum requiratur ad alienationem, arguit inde consequi evidentem necessitatem beneplaciti ad meram titulorum commutationem.

» Ratio foret, quod canonistae uno ore declarant in Const. *Ambitiosae cupiditati*, sub nomine alienationis venire etiam commutationem.

» Nos autem existimamus Ecclesiam, quamvis exigat beneplacitum ubi agitur de commutandis bonis immobilibus, idem non exigere ubi agitur de commutandis titulis anonymis.

» Ratio est, quod Ecclesia non potest velle aliquid rationi minus consentaneum, immo moraliter impossibile.

---

1 *Theol. mor.* t. 2. p. 3. 98, ed. 1893.
2 *De praeceptis Dei et Ecclesiae*, p. 811, ed. 1902.
3 *Theol. mor.* t. 2. p. 782, ed. 1897.
4 *De Religiosis*, t. 1, p. 216.

» Quo melius quis intellegat quantum id sit impossibile, iuvat notare administrationem scrinii seu arcae titulorum *(portefeuille)*, praeter perceptionem redituum, consistere totam quantam in prudenti atque opportuna commutatione eorundem titulorum. Bonus enim administrator, commutatis nummis cum titulis varii nominis, ne, ut aiunt, omnia ova in eodem ponat canistro, constanter curare debet ut ii tituli commutentur qui periclitantur, vel qui cum multum probabili lucro et utilitate commutari possunt.

» Procul dubio, ii ab initio eligendi sunt tituli qui minori aleae et variationi exponuntur : sed quicumque eligantur, ut commutentur quandoque necesse erit, idque eo crebrius quod arca magis ampla et variis titulis est referta.

» Si ergo commutatio titulorum subiacet beneplacito apostolico, administratores bonorum ecclesiasticorum, iam non raro, ut hactenus, sed saepissime recurrere debebunt ad S. Sedem, immo habitualiter, pro omni gestione maximae partis bonorum ecclesiasticorum : bona enim ecclesiastica magis in dies formam induunt titulorum anonymorum.

» Quod autem centralis potestas sic quodammodo gerere conetur bona toto orbe terrarum diffusa, id sane parum rationi consentaneum esse et incommodis plenum nemo non videt.

» Prima difficultas inde exsurgeret, quod immensus esset numerus eorum qui, titulos commutandi causa, postulationes essent missuri. Hodie enim, innumera sunt ecclesiastica patrimonia quae ex toto vel ex parte conflantur titulis anonymis. Si ad quamlibet horum omnium commutationem faciendam apostolicum beneplacitum est exquirendum, tantus erit libellorum supplicum acervus, ut ne perlegere quidem eos S. Sedes possit.

» Praeterea, nisi inutilem afferre molestiam volueris, oporteret ut peritorum iudicio committeretur quaevis postulatio. Sed innumeri sunt tituli anonymi quos acquirere possunt personae ecclesiasticae. In periodico LE MONITEUR DES INTÉRÊTS MATÉRIELS, qui non agit nisi de praecipuis Europae titulis, numerantur quavis hebdomada, *plura millia* titulorum diversae speciei. Argentarius quam maxime peritus, circa maiorem partem eorum titulorum sententiam qualemcumque aperire non posset.

» Sed, etiam si supplex libellus Romam missus a vero perito perlectus foret, saepissime accideret ut eiusdem responsio serius adveniret. Valor enim titulorum sequitur varias rerum politicarum et oeconomicarum fortunas, unde saepe fiet, ut opportuna commutandi occasio paucas post horas iam evanuerit. Ergo, ex eo quod ad S. Sedem recurrere debeant ii qui commutare titulos velint, damnum plus minusve grave inde patientur.

» Orietur etiam summa molestia et fastidium. Etenim necessitas recurrendi ad aliquam Congregationem romanam ut obtineatur beneplacitum, personas ecclesiasticas cogeret manifestare paulatim officialibus, amanuensibus eiusdem Congregationis et « agentibus » intermediis, quales ac quot titulos contineat earum arca. Immo quis affirmare ausit fore ut in sinu Congregationis reconditum maneat secretum eorum negotiorum ? Inter enim officiales inferiores S. Congregationis homines inveniuntur quandoque alterius secreti et linguae propriae minime tenaces, ne quid peius dicamus. Inde omnibus personis ecclesiasticis molestia et non nullis damni periculum.

» Videtur ergo mens Ecclesiae non potuisse esse ut beneplacitum requiratur ad commutandos titulos anonymos. »

Rursus tamen responsio 17 febr. 1906 multo severior videtur. **Quaeritur** ergo, an prudens administrator debeat se considerare ut ligatum tali decreto tamquam lege sibi imposita ?

Resp. Grave in pluribus ex his rationibus [1] inesse pondus, non videtur negari posse [2].

Atque addas, ab ipsa S. Paenitentiaria benignius antea esse responsum. Ad quaesita enim Ill. Episcopi Conversani [3], hoc modo respondit, 25 ianuarii 1888 : « S. Paenitentiaria venerabili in Christo Patri Episcopo Oratori

[1] Non tamen in omnibus. Quia enim in urgenti casu beneplacitum apostolicum non est petendum, non tam grave ex mora videtur pertimescendum damnum.

[2] Nemo negat recentes illas resolutiones non facile exsecutione compleri posse. Quam ut minuat difficultatem, scriptor I. B. periodici libelli REVUE THÉOL. FRANÇ., non eum reprobarit qui sibi licere existimet ut etiam plures simul commutet titulos qui singuli valore haereant infra mille libellas. Singulos enim tunc non esse inter pretiosos, nec certo constare eosdem esse simul seu collective aestimandos, eo quod ad unum idemque pertineant scrinium (*portefeuille*). REVUE THÉOL. FRANÇ. t. 11 (1906), p. 350.

[3] MONITORE, t. 16 (1904), p. 418.

ad praemissa respondit : Attentis omnibus, tolerari, servatis de cetero servandis ; id est :

1° Personae ecclesiasticae se abstineant a qualibet negotiatione praedictarum *obligationum*, et praesertim ab omni contractu qui speciem habeat, ut vulgo dicitur, *di guochi di borsa*.

2° Administratores autem locorum piorum curent ut hi tituli in loco tuto caute custodiantur.

3° Ne commutentur in alios titulos absque gravi necessitate, et de consensu Ordinarii, eiusque et administratorum onerata conscientia.

4° Ne alienentur inconsulta S. Sede, quando ad eam recurrendi tempus suppetat. »

Et re quidem vera, illud relatori causae libenter concedimus, titulos istos inter mobilia pretiosa esse numeranda, ita ut inconsula S. Sede alienari prohibeantur. Sed istud venit in quaestionem, utrum necne conversio titulorum in alios titulos pro vera alienatione haberi debeat. Certe S. Paenitentiaria alienationem a conversione apprime distinguebat. Et in ipso Periodico MONITORE, qui tamen in hac re partes sequitur severiores, alia alienationis, alia communitationis tradebatur definitio. « *Alienantur*, sic fere dictus libellus [1], quando tituli isti alii deputantur usui, ita ut hoc fonte redituum priveris ; *commutantur*, quando pecunia alio modo fructuose collocatur. »

Verum quidem est, *permutationes* rerum ad alienationes ascribi. Sic omnes doctores. Non nimis absolute tamen est istud accipiendum Sin minus, argenteam pecuniam pro aurea accipere vel pro schedis argentariis *(billets de banque)* non possis inconsulta S. Sede, in magna saltem quantitate : quod nemo sane contenderit. Attendendum itaque est ad possessionum genus, ad modum quo res communiter habentur. Iam vero, cum agitur de titulis istis anonymis, id unum videtur esse substantiale, ut summa servetur intacta, et annuos afferat fructus [2]. Nec iuvat, in hac causa, interrogare superioris aetatis doctores, quid senserint, v. g. de schedis montium pietatis. Tunc enim temporis, feneratio pecuniae per se prohibebatur, raro et

[1] Ibidem.

[2] Cfr. WERNZ, *Ius Decretalium* n. 153, ubi haec habet : « Superior lex est ipsa *conservatio* bonorum ecclesiasticorum, et legitima sufficientium redituum *perceptio*. »

modo magis stabili fiebant contractus census. Hodie contra, tituli indesinenter inter se commutantur.

Haec cum dicta sint, et cum resolutiones 17 februarii 1906 sint formae particularis, non videtur inquietandus esse qui ex principiis ab interrogante propositis conscientiam suam formarit, et actionem direxerit.

Neque ideo easdem resolutiones praecipuo suo defraudantur effectu. Supersunt enim haec duo summi momenti, quae non uno responso sed perpetua iurisprudentia S. Sedis inculcantur :

a) Pecuniae ecclesiasticae modo tuto, et, quantum fieri potest, stabili, non nimis fluxo, sunt fructuose collocandae.

b) Pecunias quae capitale constituunt non licet, inconsulta S. Sede, convertere in aedificia vel alia bona immobilia non frugifera : tunc incidit casus verae alienationis, quae simul, ut recte fiat, praeter causam necessitatis vel evidentis utilitatis, postulat, ubi res non est mediocris valoris, beneplacitum apostolicum.

IV. **De professione valida vel invalida, quaesita varia.**

A. Titius, iam sacerdos, Religionem stricti nominis est ingressus. Noviciatum peregit totum extra noviciatus domum, longe ab ipso magistro noviciorum, quem perfecte ignoravit, et sine ulla informatione ad vitam spiritualem. In alia autem Religionis domo, ministeriis spiritualibus est valde, toto anno, distentus. Elapso sic noviciatus anno, professionem emisit, prius simplicem, dein, tempore statuto, sollemnem.

Quaeritur iam de huiusmodi professionis valore.

Casus resolutio. 1. Si Religio ex iis fuerit cuius noviciatus est a S. Sede designandus, vel in qua non quaelibet domus noviciatui a Superiore deputari potest, ambae Titii professiones substantiali vitio, eoque perspicuo, corrumpuntur. Nec vitium huiusmodi sanari posse videtur, nisi ex apostolico Indulto vel ipsius noviciatus iterata probatione, legitimo loco et modo.

2. Si tamen quaelibet domus a Superiore designari potuit ubi noviciatus fieret, de valore votorum non ita dubitandum videtur. Substantiale quidem est ut mutua fieri possit Religionis et religiosi probatio. Sed religio satis cognosci potuit a Titio, immo melius fortasse quam a pluribus

noviciis, cum per annum in ordinaria Instuti domo sit versatus.

Magis fortasse incertum est an sufficiens facta fuerit Titii exploratio, cum nullus fuerit ipsi magister noviciorum, nullaque eius facta formalis probatio. Observari nihilo minus a fratribus potuit eius persona, agendi modus et indoles. Quare potius est pro valore respondendum.

3. Sive autem clara sive dubia fuerit nullitatis causa, haec ad legitimum ecclesiasticum iudicem est referenda (Cfr. Concilium Tridentinum, sess. XXV, cap. 19, De Ref. regul.), nec potest Titius, proprio marte monasterio valedicere. Iudex autem hic esse videtur S. Sedes, saltem si professio ideo nullitatis arguatur quia receptio facta sit in monasterium non legitime designatum (Cfr. Const. URBAN. VIII, 5 ian. 1636, et BEN. XIV, *Si datam* [1]).

S. Sedes est etiam adeunda si a professione sollemni quinque anni elapsi fuerint. Tunc enim impetranda est restitutio in integrum, quam S. Sedes sola concedere potest.

4. Denique, in gravi isto noviciatus defectu, Titius habere videtur causam cur longe facilius ipsi quam alteri religioso concedatur perpetua saecularizatio, vel etiam perfecta, ad cautelam, votorum dispensatio. Et cum Episcopum, quem ingrediendo Religionem iam habebat, numquam certo amiserit, veri simile est futurum ut, sic saltem optante S. Congregatione, ad eundem tamquam suum proprium remittatur.

Quod si in Religione voluerit perseverare, valde opportunum esse videtur ut factae professionis obtineat sanationem, si quod substantiale irrepserit vitium.

B. In votorum sollemnium Instituto, professio sollemnis est per decem annos cuidam religioso dilata, iustam quidem ob causam, sed inconsulta S. Sede. Bona fide omnia esse facta, supervacaneum est monere. Nuper autem, cum tandem aliquando religiosus iste ad sollemnem professionem admittendus videretur, interrogata S. Congregatio vitium ad cautelam sanavit, ne valor sollemnis professionis in dubium vocari posset.

---

[1] Cfr. VERMEERSCH, *De Religiosis*, t. 2, n. **59** et **60**. Et ex Constitutionibus istis adeunda tunc est S. Congr. Concilii.

Quaeritur iam de necessitate vel utilitate istius recursus ad S. Sedem.

Resp. Perfecte inutilis iudicandus videtur huiusmodi recursus, cum de valore faciendae, etiam post decem annos, professionis sollemnis, ambigi nequeat. Idque sive ex principiis, sive ex Actis S. Sedis quaestionem solvere malueris.

Ex principiis, istud habetur inconcussum, leges irritantes strictae interpretationi obnoxias esse, atque eo rarius admittendas nullitates quo propter eas frequentius periret status per se stabilis et immutabilis. Ita de matrimonio pronuntiant omnes doctores. Nimis enim bono communi adversaretur, si status per se perpetuus frequenter nutaret. Age vero, perpetuum statum professio sollemnis etiam inducit. Quare Benedictus XIV causis de nullitate professionis sollemnitates praescripsit iis similes quibus contra intempestivas nullitatis sententias saeptum voluit matrimoniale vinculum [1]. Et Constitutiones Sixti V de admissione in Ordinem, a duobus Pontificibus, Gregorio XIV et Clemente VIII, temperari debuere, ob incommoda orta « ex nimia facilitate et multitudine casuum in quibus professio a suscipientibus habitum alicuius Regularis Ordinis a dicto Sixto Praedecessore Nostro nulla declaratur. [2] »

Iam vero, quaenam lex, quaenam Instructio, quaenam saltem declaratio vel interpretatio S. Congr^is vetat ne, sub poena nullitatis professionis, ultra permissum temporis spatium religiosus maneat simplicibus, sed perpetuis votis astrictus? Nonne contra, ex quo, absoluto professionis simplicis praescripto triennio, 25 aetatis annum expleverit religiosus, in dies magis urgere videtur lex ipsum ad professionem sollemnem admittendi. Poteritne eadem lex actum infirmare et praecipere?

Ex decretis S. Sedis. Lex de professione simplici facienda ante sollemnem inducta est Encyclicis litteris *Neminem latet*, 19 martii 1857; Const^e. autem *Ad universalis*, 7 febr. 1862, est deinde statuta nullitas contra eos qui dictam simplicem professionem facere omisissent. Atqui, interrogata S. Congregatio de valore sollemnis professionis, quae ante posteriorem Constitutionem sine praecedente professione simplici erat facta, sapientissime declaravit profes-

[1] Cf. citatam Const. *Si datam*.

[2] C. *In suprema*, 2 april. 1602. Cfr. *De Religiosis*, t. 2, n. 27, p. 277.

sionem istam fuisse validam. Casus his verbis est propositus : « Cum quidam novicius, post dictam encyclicam *(Neminem latet)*, sed ante memoratas litteras apostolicas *(Ad universalis)*, vota sollemnia nuncupaverit, non praemissa professione votorum simplicium, quaestio de validitate professionis votorum sollemnium exorta est, quamvis actum illicitum fuisse nemo dubitaret. Ideoque in Congregatione diei 16 augusti 1866, propositum fuit dubium : Utrum dictus Religiosus professionem sollemnem validam emiserit ? Cui E^mi^ Patres rescripserunt : *Affirmative.* »

Unde sic ratiocinamur. In casu proposito, fine suo est fraudata lex quae severissime volebat, professionis simplicis institutione, immature factas professiones sollemnes impedire. Professio autem ultra 25^m^ aetatis annum differre prohibuit, ne Ordo nimis diu servaret arbitrium dimittendi alumnos qui, quo magis aetate sunt provecti, eo gravius ex dimissione timendum habent damnum. Admissione autem ad sollemnem professionem desinit periculum dimissionis, et fini legis est satisfactum. Itaque, si actus quo finis frustratur dicendus est valere, quamvis legi fuerit contrarius, multo magis valebit actus, utut illegitimus, quo finis iste obtinetur.

C. Sorores quaedam Instituti votorum simplicium vota quae ad certum diem fecerant non statim, adveniente die, renovarunt, sed post aliquot dierum intervallum, ut. selecta die dominica vel festiva, maiorem experirentur devotionem et consolationem sentirent. Postmodum autem, nescio quo scrupulo motae, de valore novorum votorum interrogaverunt S. Congregationem quae hanc dedit responsioni formam quasi sanatio fuerit necessaria. **Quid ad casum ?**

Resp. Nec de istorum votorum valore serio dubitari potest. Namque :

1. Nisi recentibus Normis regatur Institutum, quia post editas istas Normas fuerit approbatum, ne praeceptum quidem ostendi poterit quo sorores istae ad immediate renovanda vota adigantur.

2. Etiamsi praeceptum violetur, nec ulla legitur nullitatis sanctio, nec ulla nullitatis apparet ratio.

Quin immo, nonne illud doctoribus est exploratum, a novicio qui, absoluto noviciatu sed nondum factis votis discesserit, deinde autem, facti paenitens monasterium repetierit, statim, sine nova probatione, vota fieri posse,

nisi notabilis obstet mutatio personae vel Instituti [1] ? Quanto minus pauci isti dies, in ipsis claustris et sub oculis superiorum transacti, valori votorum obesse poterunt !

V. **De opportunitate recursus ad S. Sedem ad enodanda dubia.**

Per has quidem occasiones **quaerere** pronum est utrum necne expediens sit de passim occurrentibus dubiis Sacras adire Congregationes.

Resp. De hac re meminisse iuvabit a doctissimo C. Gennari scriptam esse lucubrationem quam ex Monitore Ecclesiastico [2] desumptam hic latine damus.

» Vitus et Basilius quaestionem hanc movent, utrum necne expediat frequenter, dubiorum solvendorum gratia, ad S. Sedem recurrere. Affirmat Vitus, eo quod securior, hoc modo, obtineatur dubiorum solutio. Negat autem Basilius, eo quod ad proprias actiones recte ordinandas generalia iuris principia sufficiant.

» Quaeritur iam utri sit adiudicanda causa.

» Ad huiusmodi quaestionem solvendam, non brevis quaedam responsio, sed integer tractatus requiri videtur. Porro, etsi libenter concedimus necesse interdum esse, ut propter dubium quod plene enodari specialiter interest ad S. Sedem recurratur, aperte tamen reprobamus nimium quorundam studium et quasi pruritum quo ad quamlibet solvendam quaestiunculam Romana tribunalia adeunt, ut authentica obtineant responsa.

» Quam parum autem expediat modum illum agendi tenere, variae demonstrant rationes.

» 1. Si a suprema potestate quaelibet res foret definienda, omnis periret scientia. In eo enim scientiae ratio consistit, ut ex principiis eruantur consectaria quibus deinde actiones informentur. Iam vero, si summa Ecclesiae potestas quid in quolibet casu agendum sit decretoria lege ediceret, iam nullo pacto opus foret ad principia recurrere, ita ut ipsa scientiae necessitas periret.

» 2. Minueretur, nimio recursu, libera actionum optio. Res sunt quae in utramque partem controverti possunt, ita ut quam sibi quisque praeferendam ducat sententiam, eam

---

[1] Cfr. *De Religiosis* t. I n. 190. — [2] Vol. IX, 1, p. 256.

sequi tuto possit. Ex quo autem res a S. Sede dirimitur, perit illa in tam multis difficilibus adiunctis pretiosa libertas.

» 3. Cum S. Sedes habenas disciplinae semper adducere debeat, ne latae interpretationes eas nimis laxent, huc plerumque in iudicando propendet, ut Legi faveat, detrahat de libertate. Illud quidem per se bonum est atque optandum ; in casibus tamen particularibus, ea ipsa adiunctorum varietate nascuntur inexsuperabiles quandoque difficultates, quibus occurri posset si decretoriae S. Sedis sententiae non exstarent.

» 4. Cum, in ferendis sententiis, S. Sedes consideret quid bonum commune, non autem quid propria cuiuslibet loci condicio ac status postulet, eo saepe fit ut eius responsa, quibus locales difficultates superare volebant, adveniant contraria votis, ita ut difficultates faciant maiores.

» 5. In legitima consuetudine vis inest legem abrogandi, ita ut id ipsum liceat quod secus non liceret. Hinc S. Sedis oraculo saepe non indigemus.

» 6. Semper praesto nobis sunt theologicae vel canonicae scientiae principia, quae, in rebus obscuris, reflexis scientiae moralis principiis non parum iuvantur. Quare generatim dubia solvi possunt sine S. Sedis interventu.

» Quod si quis proprio labore ac studio dubium solvere nequeat, virum doctum interroget, qui responso suo nullum meliori disputationi praecludet aditum, nec opinandi aliquam tollet libertatem.

» Hactenus dicta non modicam confirmationem accipiunt ex litteris quas die 26 augusti anni 1621 ad S. Ioannam de Chantal, filiam spiritualem, dedit S. Franciscus Salesius: « Errare eos qui absque necessitate Romam adeunt, mandatarius meus me monet, atque non unus Cardinalis idem sentire declaravit. Res enim sunt quae sine positiva facultate fieri possunt eo quod licent. Si facultas tamen petatur, diversa de re oriuntur iudicia. Nec S. Pontifex aegre fert consuetudine plura permitti quae ipse, propter factae expresse licentiae consectaria, positive concedere nollet. »

» Minime tamen ideo negare cogitamus interdum opus esse ut supremum petatur S. Sedis oraculum [1]. Interro-

[1] Ipsi, hic supra, p. 94, auctores fuimus ut a S. Sede peteretur incertae professionis sanatio.

getur autem quam rarissime, et de iis tantum quae generaliorum principiorum subsidio solvi nequeant, praesertim si frustranei prius facti sint doctorum conatus.

» Ceterum, cum S. Sedes attenta mente observet quid e re sit christiana, et quibus incrementis scientiae augeantur et evolvantur, ipsa, ubi opus id esse iudicaverit, decretis a quibus neminem appellare fas est, sine mora providere non omittit.

» Quomodo solvendus sit casus, ex omnibus quae dicta sunt clarissime perspicitur. »

Hactenus Eminentissimus scriptor MONITORE. Recens autem similia in ipsa Urbe audivimus. Importuni isti recursus, sic aiebant ingenio et loco praestantes viri, produnt vel pusillanimitatem quae casus solvere non audeat et, statim ac res paulisper ardua videatur, religionem solutionis in se suscipere nolit, vel imperitiam et damnabilem ignorantiam faciunt manifestam. Nec sua desunt isti timiditati vel pigritiae notabilia incommoda.

Ecclesiasticae provinciae vita sua propria magis ac magis privantur. Ast, quo magis optandum est ut in causis vere maioribus et vere universalibus splendescat Ecclesiae unitas et auctoritas S. Sedis affirmetur, eo minus videtur expetendum, ut unitas illa rerum maiorum decore frustretur varietatis et vitae propriae in rebus quae ad varias circumstantias videntur esse attemperandae. Hinc ipse Ecclesiae amor apud non paucos minuitur.

Ipsae dein S. Congregationes negotiis tractandis obruuntur. Quo fit ut de gravissimis causis minus sollicitae esse possint ; quod communi bono obesse nemo non videt.

Languent inde in provinciis seria canonica studia ; et pro veris iuris peritis, qui principia et leges examinent, succedunt alii, quibus pro omni lege, omni principio, responsa quaedam sunt romana, quae sine delectu accipiuntur, et sine discretione ad alios casus transferuntur contra ipsam Sacrarum Congregationum mentem. Sic, labente studio iuris romani, iudices prohibiti sunt ex principiis solvere controversias, sed mere ad anteriora prudentum responsa respicere iubebantur. Quod si haec inter se pugnabant, ne tunc quidem liberum permittebatur imperitis istis iudicium, sed, omissa omni ponderatione, ex pluralitate anteriorum suffragiorum ius dicere cogeban-

tur [1]. Nemo est qui haec tempora exoptet scientiis sacris et canonicis.

VI. **De decreto « Ut debita » seu de missarum stipendiis.**

De decreto *Ut debita*, 11 maii 1904, **quaeritur** quomodo intellegenda sint priora verba dispositionis 3ae « Nemini licere tot missas assumere quibus intra annum a die susceptae obligationis satisfacere probabiliter ipse nequeat. »

Resp. Regula ista ordinarium regit casum ubi plures personae paucarum numero missarum singulae offerant stipendia, ita ut singulis sit per se infra annum satisfaciendum. Vetantur itaque tot simul stipendia colligi quae summam superent obligationum quibus sacerdos ipse per se vel per subditos satisfacere intra annum probabiliter possit. Sed statutum istud ad stipendia simul ab uno oblata minime transferendum est. Praevalet tunc offerentis intentio, quae ex maiore numero eleemosynarum, ut ipse sonat numerus 3 in fine, colligitur.

Quocirca corrigendum etiam ex parte putamus quod in PERIODICA, p. 48, c. α) tom. 1, ed. 1, diximus ; ita ut qui a Titio trecentas missas acceperit, bene possit, contra atque scribebamus, tempus anno maius sibi permittere. Vera autem manent quae addebantur sub litt. β) : « Qui iam a Titio ducentas acceperit missas dicendas, non potest a Gaio alias ducentas recipere, nisi hunc diserte monuerit de impotentia qua impeditur quominus eas per se intra annum celebret. »

Quaeritur 2° Utrum necne, ad explenda onera missarum, idem linquatur spatium communitati religiosae quod singulis sacerdotibus.

Resp. Per se *affirmative*, cum in decreto nulla facta sit distinctio.

Observanda tamen semper est regula suprema quae, ex ipsis verbis Decreti, intentio est offerentis eleemosynam. Quocirca, cum eleemosynae monasterio traditae virtualiter pluribus sacerdotibus tradantur, tot scilicet quot sunt in communitate, videndum est an, pro qualitate intentionis (v. gr. in suffragium recens defunctorum), pro numero

---

[1] Lex Theodosii II pro Oriente et pro Occidente, Edictum citationis Valentinianum anni 426.

missarum et stipendii momento, aliud, idque angustius spatium sit definiendum. Ex numero, inquam, missarum. Magna enim vis missarum sacerdoti singulari tempus permitteret plurium annorum, quod clarae videtur intentioni derogare eius qui frequenti monasterio similem copiam dederit. Quod ut pressius declaremus, nobis videntur rationabili dantis intentione a singulis monasterii sacerdotibus (nisi notum sit eos multis missis celebrandis impediri), exspectari in anno 100-150 missae. Si ergo 5000 simul ab uno offerantur dicendae, et 20 sint communitatis sacerdotes, spatium utile videtur nobis non esse multum ultra duos annos ampliandum.

A monasterio autem quod ordinario numero sacerdotum componitur, videntur regulariter 500 missae annuae rationabiliter exspectari posse.

Longe autem praestat, in his casibus, de utili tempore oneri explendo expresse convenire.

VII. **Quaeres de vi ac significatione recentis Motus proprii de Institutis religiosis dioecesani iuris.**

I. Motus proprii divisio

Motus proprius *Dei providentis* in primis dividitur in duas partes. Prior causas legis et consilium manifestat ; altera eiusdem prodit decreta.

Prior pars hoc modo subdividitur.

1. Laudibus afficiuntur familiae quae non sine divinae Providentiae dispositione, in hac veterum Ordinum clade, votis simplicibus astrictae, vel etiam sine votis, perfectionem sectantur, et in opera caritatis incumbunt.

2. Incommodum tamen oriri dicitur ex nimia harum familiarum frequentia.

3. Variae quae ad incommodum istud avertendum sumptae sunt provisiones commemorantur.

4. Superesse tamen monemur illud detrimentum praecavendum, quod, cum Instituta episcopalia a S. Sede approbantur, nimis a statu pacifice possesso recedere debeant.

Altera pars autem his concrescit articulis.

1. Praeviae licentiae Pontificiae necessitas.
2. Modus licentiam obtinendi.
3. Concessae licentiae vis.

4. Approbatio Constitutionum.
5. Regimen novi Instituti.

II. Motus proprii Declaratio

A. *De Priore Parte.*

In hoc quasi legis exordio et introductione quaedam praecipue sunt notanda.

1. Familiae quas laudibus afficit S. Pontifex iis genericis notis describuntur quae in eas etiam cadant ubi nulla fiunt vota. Hae tamen etiam dicuntur eniti ad virtutis perfectionem, et, quod valde notabile est, ex ipso Decreti titulo, nomine *religiosarum* decorantur. Nescio utrum necne alterum hactenus exemplum habeamus ubi in monumento S. Sedis vota ad vitam religiosam, etiam late sumptam, non praedicentur essentialia.

2. Finis legis pressius perspicitur ex incommodis quibus dicitur occurrendum. Age porro malum prius denuntiatur nimiae frequentiae. Cum tamen huic iam plura opposita sint remedia, alterum additur cui superiores praescriptiones inefficax remedium attulerunt : id est, episcopalia sodalicia saepe in eo statu collocantur ut a S. Sede approbari nequeant, nisi nimis multis factis mutationibus quae, sine perturbatione quadam, induci non possint. Huic igitur malo pressius occurrere cogitat Pontifex praesenti suo Motu proprio. Ad quem finem, re vera sunt dein accommodata decreta.

B. *De altera parte.*

Huc, in summa, spectant generalia Motus proprii Decreta, non ut tollant dioecesana Instituta, sed ut nova licentiae apostolicae cautione impediant ne nimis numero crescant familiae ecclesiasticae, cum nova finis utilitas non postulet Institutum novum, idque efficiant ut eo modo instituantur quo facile dein possint in congregationem pontificii iuris converti.

Iam singulos paucis verbis perpendamus articulos.

1. Articulus iste, a) Generalis est : de omni Ordinario loci, sive Episcopus fuerit, sive Abbas Nullius, sive Vicarius apostolicus ; et de omni Instituto quod notas habet supra descriptas. Vota non sunt necessaria, sed requiritur ut voce vulgari nomine religiosi instituti designari possit. Ad hoc opus est vita communi et studio perfectionis. Utilitas proximi, quod tertium dixeris esse requisitum, nobis vide-

tur poni potius tamquam nota quae re vera in omnes quadrat huiusmodi familias, non tamen est necessaria. Quare Instituta vitae contemplativae etiam hac lege comprehenduntur.

b) Statuit autem Apostolicam requiri licentiam, et quidem *per litteras* datam, antequam possit Episcopus vel ipse Institutum condere vel sinere ut in sua dioecesi condatur.

2. Ex altero articulo licentia impetranda est per S. Congregationem Episcoporum et Regularium ; libellus autem supplex exhibere debet auctoris nomen et qualitatem, addito fine quo impellatur, sodalicii nomen seu titulum, habitum accurate descriptum, opera quae assumere velit, opes, raritatem in dioecesi.

Atque haec quidem sunt clara. Statim autem hic oritur quaestio.

Omnia Instituta quae fundantur in locis Propagandae Fidei subiectis et, in quocumque condantur loco, Instituta quae praecipue ad missiones exteras deputantur, ordinariam S. Congregationis Episcoporum et Regularium competentiam excedunt, sed ad S. Congr. Prop. Fidei spectant. Nullus tamen de hac Congregatione est in Motu proprio factus sermo. Nec argumentum istud, quod sciamus, est aliquo superiore decreto ordinatum.

Encyclicae enim litterae S. Congr. Prop. Fidei, 7 decembris 1901, hoc tantum Ordinariis praescribunt, ut nulla Instituti nova domus inconsulta S. Congr. Prop. Fidei in locis missionum aperiatur [1] ; nihil autem habent de novi Instituti erectione, nihil praesertim de Instituto quod extra loca missionum condatur. Quid iuris ergo, cum articulus 1 omnino universalis videatur, articulus autem 2 nihil definiat de recursu ad Prop. Fidem ? Certa itaque obligatio recurrendi ad S. Sedem, cum agitur de condendo Instituto missionum, saltem extra missionum loca, statui nequit. Verum, ni fallimur, nova declaratio praesentis Motus proprii silentium supplebit [2].

3. Ex tertio articulo habemus, impetrata venia, novum sodalicium Episcopi auctoritate erigi posse. Verum, propter canonem generalem quo dioecesana potestas mutare nequit quae a S. Sede sunt statuta, omnia quae de titulo, habitu,

---

1 Cfr. *De Religiosis*, t. 2, n. **278**, p. 744.

2 Ac supplevit Reformatio Curiae, qua omnia Instituta religiosa S. Congregationi Religiosorum obnoxia facta sunt.

proposito, etc. sunt a S. Sede approbata vel designata, sunt exigenda, nec inconsulta S. Sede mutari possunt.

Ipsa itaque mutatio, aliquo modo substantialis, in tale Institutum induci nequit, nisi ex S. Sedis auctoritate.

Intacta autem manent iura Episcopi de aliis iam a se approbatis Institutis, nisi re vera novum moraliter condatur.

4. Quartus articulus est de Constitutionibus. Eas solus recognoscit Episcopus, sed cavendum ei est ut satis congruant cum Normis a S. Congr. Episcoporum et Regularium de novorum Institutorum approbatione promulgatis. Sic vitabitur nimia illa disparitas, quae incommoda affert cum novum Institutum a S. Sede est approbandum.

Non nimio tamen rigore istud est accipiendum, cum quaedam Normarum partes in Instituta episcopalia non quadrent, v. gr. de iure dimittendi alumnos ; sed de punctis praecipuis, qualia sunt disciplina votorum, vera potestas Superioris localis, etc.

5. Ultimo articulo clare definitur, quod iam ex tota legis oeconomia apparebat, distinctionem Instituti dioecesani et Pontificii minime esse suppressam. Ista S. Sedis licentia nullo modo efficit ut nova Instituta romano iure utantur, sed, donec successerit decretum laudis [1], servat Episcopus omnia iura dirigendi, dispensandi, et etiam exstinguendi, quae ipsi a Const. *Conditae* sunt attributa. Quod ample est accipiendum, ne peccemus in illud : « Correctio iuris est odiosa. »

Sequitur derogatio contrariorum. Contraria erat dispositio C. *Conditae*, quae fundationem novi Instituti satis libero Episcoporum arbitrio permittebat.

---

[1] Cfr. *De Religiosis*, t. 2, p. 123, n. 12.

MONUMENTA

118. — S. RITUUM CONGR. (12 maii 1905)

RESPONSA DE MISSIS VOTIVIS

Ordinis Fratrum Minorum

Orator. Quo facilius uniformitas habeatur in celebranda Missa votiva Immaculatae Conceptionis ex Indulto Apostolico Ordini Fratrum Minorum in Duplicibus etiam permissa, hodiernus Reverendissimus Procurator Generalis eiusdem Ordinis sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi exsolvenda humiliter proposuit; nimirum:

Hora celebrationis. I. An Missa votiva cantata celebrari possit ac debeat semper post Primam in Choro recitatam, vel pro commoditate populi etiam post Nonam; prouti Rubricae Generales sub tit. XV, n. 3, de Missis Defunctorum, extra sollemnem eorundem Commemorationem, permittunt?

Orationes in duplici, II. An in Missa votiva, etiam Vigiliae respondente, dicenda, in qua commemoratur Duplex eo die integrum Officium ac Missam habens, debeat ratione Duplicis omitti Oratio tertia de Tempore; immo et Collectae ad omnem Votivam, si Commemoratio Duplicis primae classis debeatur; et si memoria fiat Duplicis secundae classis, Collectae debeant in Missa votiva cantata reticeri, et in privatis ad libitum Celebrantis permitti?

Semiduplici, III. An in Missa votiva, in qua commemoratur Semiduplex eo die integrum Officium ac Missam obtinens, possint post tertiam et Collectas aliae pro Celebrantis lubitu adiungi Orationes intra septenarium numerum; in iisque aliqua etiam pro Defunctis Oratio valeat recitari, prouti in diebus ritus simplicis seu ferialis conceditur?

In votiva sollemni vel instar Conventualis. IV. An in Missa votiva cantata vel sollemni, vel Conventualis instar habenda, si omittenda sit Commemoratio Duplicis, vel Semiduplicis eo die occurrentis, quia nempe de alterutro vel una Missa votivam praecesserit, vel Conventualis de eodem Officio occurrente debeat celebrari; ad Missam votivam eiusmodi Orationum numerus et qualitas ita debeant ordinari, perinde ac si Duplex vel Semiduplex non occurreret?

Tonus sollemnis, V. An in Missa votiva Tonus festivus seu sollemnis reservari dumtaxat debeat pro casu in quo eadem Votiva respondeat Officio Duplici vel Semiduplici (quamvis per accidens Simplici) ipsius Personae?

Vel Festivalis. VI. An in aliis casibus adhibendus sit Tonus simplex ferialis, etiamsi Duplex vel Semiduplex in Votiva commemoretur, excepto Hymno Angelico et *Ite Missa est* in Missis Deiparae votivis ?

Symbolum. VII. An in Missa votiva Symbolum adhiberi debeat, si pro Votiva sumatur Missa Duplicis eo die ad instar Simplicis redacti, cum idem Festum Deiparae vel Sanctorum *Credo* reposcat ?

Ultimum Evangelium. VIII. An in Missa votiva quae respondet diei infra Octavam, quae solam eo die Commemorationem habeat ; vel etiam, si occurrat Feria maior Missam propriam obtinens, quamvis Officium fuerit de die infra Octavam peractum ; ultimum Evangelium possit esse de Feria occurrenti, et Missa post Tertiam celebrari ?

In simplicibus et feriis. IX. An in Missa votiva cantata, vel sollemni, vel instar Conventualis habenda in diebus ritus simplicis et ferialis plures usque ad septem pro Celebrantis lubitu addi possint Orationes, prouti in iisdem diebus licet in Missa votiva privata ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae adhaerentis voto Reverendissimi Consultoris Petri Piacenza, respondendum censuit : « Communicetur Votum praelaudati Reverendissimi Consultoris in exemplari authentico » :

Responsa. Ad I. *Affirmative*, sed servari quoque potest consuetudo cantandi huiusmodi Missam ante Primam, aut post Sextam, iuxta Decreta 3059 ad XII, et 3914 ad IV ; excepta tamen Missa votiva *pro re gravi* vel *cum populi concursu*, quae post Nonam omnino cantari debet iuxta Rubricas.

Ad II. *Affirmative* in omnibus, ad mentem Decretorum 2542 ad II, et 2597 ad II, ac praesertim 3574 ad V (quaest. 1-4).

Ad III. *Negative*, ad mentem Decretorum 1322 ad VIII, et 3832 ad VIII.

Ad IV. *Affirmative*, iuxta Decretum 3553 ad II.

Ad V. *Affirmative*.

Ad VI. *Affirmative*, iuxta Decretum 3574 ad V (quaest. 5).

Ad VII. *Affirmative*, ad mentem Decreti 15 maii 1903 ad III in una *Ordinis Minorum Cappuccinorum Provinciae Belgicae*.

Ad VIII. Serventur Decreta pro Missis votivis edita ac praesertim 3922 tam quoad ultimum Evangelium, quam quoad horam celebrationis Missae sollemnis.

Ad IX. *Negative*, iuxta Rubricas Missalis, tit. V., n. 4, pro Missis Defunctorum. In Missis autem Conventualibus et Cantatis, quando dici possunt ad libitum aliquae Orationes, non pro lubitu Celebrantis, sed Praefecti Capituli aut Superioris Communitatis sunt eligendae.

Dies (12 maii 1905). Atque ita rescripsit, die 12 maii 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius.

---

119. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESPONSUM 2 IUNII 1905

De mutanda dispositione reddituum

Oratrix. Sanctimonialis N...., praemisso pedis osculo, humillime exponit quatenus, ante religiosam professionem, ita de propriis reditibus

disposuit, iuxta normam proprio Ordini assignatam a S. Cong. Ep. et Reg., 12 iulii 1896, quae in Collectanea Andreae Bizzarri praescripta legitur pro Maristis in articulo « quoad votum paupertatis », ut illos quasi ex aequo suo fratri et propriae communitati cederet.

Occasio petendi.

Iam vero frater nunc, ob auctas necessitates, maiore subsidio indiget, quod illi concedere oratrix in votis habet. Quapropter humillime postulat :

Quaesita.

I. An iuxta normas a S. Congr. Ep. et Reg., die 28 iunii 1901 datas, possit cum sola superiorissae licentia dispositionem redituum mutare ?

II. Et quatenus negative, ut S. Sedes praedictam facultatem indulgere dignetur.

Pro qua gratia....

Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, super praemissis rescribendum censuit prout rescribit :

Responsa.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Dies (2 iunii 1905).

Romae 2 iunii 1905.

D. Card. Ferrata, *Praef.*
Ph. Giustini, Secret.

ANNOTATIONES

1. Si apud Bizzarri (p. 849, ed. 1863, vel p. 806, ed. 1885), legas quae de voto paupertatis Presbyterorum Soc. Mariae seu Maristarum sunt descripta, perspicitur dispositionem redituum ab ipsis mutari non posse, nisi accedente Apostolicae Sedis Beneplacito.

Affirmativo itaque suo responso ad primum, videtur S. Congregatio Episc. et Regularium Sorori oratrici vi Normarum indulgere quod ex Constitutione a S. Pontifice approbata facere clare prohibebatur.

Id non potuit attentionem et mirationem doctorum non excitare. Hi tamen, in suis declarationibus, duas ingressi sunt vias.

2. Clarissimus enim professor Boudinhon, responsi vim perpendens, ea maximi momenti consectaria inde eruit. Quod nullus interpres suspicari poterat, id praesenti responso effecit S. Congregatio Episc. et Regularium ; Normis suis, quae ne lex quidem sunt, efficaciam tribuit mutandi voti paupertatis disciplinam a S. Sede antea approbatam, ita ut Superiorissa Sorori oratrici dare potuerit facultatem clara Instituti sui lege vetitam. Et cum nulla peculiari ratione praesens responsio fulciatur, videtur in omnes Congregationes traduci posse [1].

Eiusdem sententiae est scriptor Nouv. Revue Théolog. nov. 1905.

3. De tanta ac tam mira efficacia merito dubitans J. B. in Revue théol. franç. subtilem hanc proposuit explicationem. Maius subsidium quo fratrem donare volebat oratrix, in ea parte consistebat redituum quae, ex Sororis renuntiatione, communitati obtingebat. Hanc autem partem poterat, ob iustam causam, Superiorissa fratri oratricis liberaliter concedere. Ac istum intuita modum rem componendi, potuit S. Congregatio declarare in casu non requiri nisi Superiorissae assensum.

---

1 Le Canoniste contemporain.

4. Superest autem tertia explicatio longe planior et facilior, quam ob nota nobis adiuncta incunctanter proponere audemus.

Observes in primis causam istam non in plenario Consilio, sed in Congressu, ut aiunt (quo conveniunt Praefectus, Secretarius et auditor Congregationis) fuisse diremptam. Hinc nullo pacto verisimile est, in minore isto coetu hanc tributam esse Normis vim, quam solus Pontifex tribuere potuit. Quare, quamvis valde consequenter scripserint Le Canoniste contemporain et la Nouvelle Revue théologique, in eorum sententiam concedere non possumus.

Consideres dein parum elegantem rationem qua species facti est narrata et propositum est dubium. Dum disciplinam voti paupertatis poterat uno verbo declarari, supplex libellus mere dixit eam esse similem disciplinae Maristarum, qualis legitur apud Bizzarri. Quaestionem dein hoc modo fecit: « An *iuxta Normas recentiores*, possit, cum sola Superiorissae licentia, dispositio redituum mutari. »

Addas nunc, negotiis et solvendis dubiis obrui hanc S. Congregationem. Non miraberis quaestionem sic intellegi potuisse, quasi mera petatur declaratio Normarum, ita ut oratrix certior fiat, utcumque se habeat alia quaedam disciplina, eam esse Normarum legem, ut cum sola Superioris licentia redituum dispositiones mutari possint. Ita, inquam, respondere potuit S. Congregatio, sine ulla intentione transferendi ius Normarum ad Instituta quae alio iure utebantur.

Quae cum ita sint, concludes responsum huiusmodi plane esse a iuris interprete neglegendum, donec clarioribus quaesitis et clariore responso demonstretur vera S. Sedis iurisprudentia.

---

120. — SS. D. N. Pii PP. X

BREVE 15 SEPT. 1905

Indulgentiis fovens coronam septem gaudiorum B. V. M.

Orator, descripta devotione et memoratis gratiis quibus fruuntur Franciscani,

Dilectus filius Bonaventura Marrani, Ordinis Fratrum Minorum Procurator Generalis, impense cupiens ut erga Deiparam Immaculatam magis magisque fidelium cultus augeatur, rettulit ad Nos inter multiplices cultus ac pietatis significationes in eandem Beatissimam Virginem consuetas, nobilem sane locum obtinere laudabilem eam praxim, ut peculiari Corona septem devote recolantur Gaudia, quibus Deipara in Annuntiatione, Visitatione, Partu, Adoratione Magorum, Inventione Filii, huius Resurrectione et ipsius divinae Matris in caelum Assumptione, in Deo salutari suo mirabiliter exsultavit. Hinc factum esse, ut Decessores Nostri Romani Pontifices, non modo speciale festum Septem Gaudiorum B. M. V. cum Officio ac Missa propria agendum plurimis in locis permiserint; verum etiam Fratribus et Sororibus Ordinum Seraphici Patris Francisci Assisiensis, quos inter ipsa devotio maius incrementum reperisse noscitur, indulgentiam plenariam, pluries vel eadem die lucrandam, benigne concesserint. Verum idem dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Minorum animo perpendens devotionem erga Septem B. M. V. Gaudia nullo adhuc spirituali lucro cunctis

Apostolicas petit gratias quae omnibus prosint fidelibus.

fidelibus communi esse exornatam ; probe autem noscens eandem Gaudiorum Coronam publice in ecclesiis ipsiusmet Ordinis cum aliorum fidelium interventu recitari, Nos enixis precibus flagitavit, ut huic Septem Gaudiorum Virginis Coronae, prouti iam concessum fuit Coronae Septem Virginis eiusdem Dolorum, plenarias nonnullas ac partiales indulgentias vel ab omnibus fidelibus rite lucrandas adiungere de Apostolica Nostra benignitate dignaremur.

Prompta Pontificis voluntate auditae preces.

Nos autem, quibus nihil antiquius est neque magis gratum, quam ut per universum orbem fidelium pietas erga Virginem Immaculatam latius propagetur, et divina Mater in Gaudio non minus quam in Dolore admirabilis, pari a christiano populo recolatur obsequio, votis hisce piis ultro libenterque annuendum existimavimus. Quare cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui publicae recitationi Coronae Septem Gaudiorum B. M. V. apud ecclesias ubique terrarum exsistentes trium Ordinum Seraphici Patris habendae, astiterint, easdem tribuimus indulgentias quas Fratres et Sorores eiusdem Ordinis, quibuscum sunt in recitatione sociati, promerentur. Insuper iisdem fidelibus admissorum confessione rite expiatis et Angelorum pane refectis, qui Coronam eandem quotannis tum festis cuiusque e Septem Gaudiis, cum potioribus B. M. V. festivitatibus, vel quovis die intra respectivi festi octiduum, ad cuiusque eorum lubitum eligendo, pie recitent, quo ex iis die id agant, plenariam ; et iis, qui singulis anni sabbatis Coronam eandem recitare consueverint, uno cuiusque mensis die, ad lubitum pariter eligendo, dummodo vere ut supra paenitentes et confessi ad S. Synaxim accedant, etiam plenariam ; tandem iis qui memoratam Coronam retineant, illamque frequenter in vita percurrerint, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere paenitentes et confessi ac S. communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo acceperint, similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea ipsis fidelibus ex utroque sexu, ubique terrarum degentibus, qui contrito saltem corde, aliis per annum B. M. V. festis diebus Coronam eandem recitant, de numero poenalium dierum in forma Ecclesiae solita trecentos annos ; quotiens vero Coronam ipsam quocumque alio anni die persolverint, totiens illis septuaginta annos totidemque quadragenas ; iis tandem fidelibus qui coronam memoratam Septem Virginis Gaudiorum apud se fideliter retinentes, eamque frequenter recitantes, quodvis pietatis opus in Dei honorem vel in spiritualem aut temporalem proximorum utilitatem item contrito corde exercuerint, sive in honorem Septem Deiparae Gaudiorum Angelicam Salutationem septies recitaverint, de numero similiter poenalium in forma Ecclesiae solita, quotiens id agant, decem annos expungimus. Porro largimur ut excepta plenaria indulgentia in mortis articulo lucranda, fidelibus ipsis, si malint, liceat plenariis supradictis ac partialibus indulgentiis functorum vita labes poenasque expiare. Verum praecipimus, ut in omnibus supradictis pietatis operibus rite exercendis Coronae Gaudiorum Virginis a fidelibus adhibendae, sint a Ministro Generali pro tempore Ordinis Fratrum Minorum, vel ab alio sacerdote sive saeculari sive regulari, per ipsum deputando, in forma Ecclesiae solita,

Concessae *indulgentiae.*

Imposita condicio.

servatisque servandis, benedictae. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum authenticum exemplar transmittatur ad Indulgentiarum Congregationis Secretariam, alioquin praesentes nullae sint ; utque item praesentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Dies (15 sept. 1905). Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV septembris MCMV, Pontificatus Nostri anno tertio.

Pro Dno Card. MACCHI.
Nicolaus Marini, Substitutus.

Breve transmissum ad S. Congr. Praesentium litterarum authenticum exemplar transmissum fuit ad hanc Secretariam S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, ex eadem Secretaria, die 18 septembris 1905.
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

ANNOTATIONES

1. Binas, fere eodem tempore, concessas observamus indulgentiarum series : priores, magis consuetas, ex audientia Sanctissimi per S. C. Indulg., [1] alteras magis speciales, directa Pontificis largitione ex Apostolicae potestatis plenitudine.

2. Porro Indulgentiae annectuntur recitationi atque asservationi coronae quae a septem Gaudiis appellatur, quia septem concrescit decadibus [2] ad recolenda septem Gaudia quibus in septem memoratis mysteriis B. V. M. est perfusa. Inter indulgentias istas pretiosissima profecto habetur *plenaria* quae quotiens corona recitetur totiens, nullo alio addito opere, est concessa indulto LEONIS X, quod PAULUS V abrogavit 1606, restituit autem 1608, et quod ab INNOCENTIO XI confirmatum est declaratum authenticum a S. C. Indulg. (*Decr. auth.* n. 412). Hanc tamen ut lucrentur fideles, opus est ut, Fratribus vel Sororibus Ordinis Franciscani sociati, publicae intersint recitationi dictae coronae in aliqua ex ecclesiis trium Ordinum Seraphici Patris.

Debentne praeterea rite benedictam manibus habere coronam, ut « in omnibus supradictis pietatis operibus rite exercendis » praescribitur ? Ita putant BOUDINHON [3] et BERINGER [4]. Nobis autem non constat, cum supradicta verba referenda videantur ad solas indulgentias quae fidelibus coronam recitantibus seu tenentibus directe conceduntur.

De ista corona plura habentur sive in opere BERINGER [5] sive apud BOUDINHON [6] qui laudat opus R. P. MOCCHEGIANI, *Collectio*

---

[1] Has dedimus supra, n. **92**, p. 41.

[2] Usus habet addendi duo *Ave Maria*, ut 72 Ave Maria honorentur 72 anni quos, ut pie ferunt, B. V. M. hic in terra deguit.

[3] CANONISTE CONTEMPORAIN, t. 28 (1905) p. 675.

[4] *Die Ablässe*, ed. 13, p. 824, n. 23.

[5] L. c.

[6] L. c.

Indulgentiarum, n. 711-723. Prius autem septem Gaudia B. V. M. distincta esse quam septem Dolores, memoravimus in opere *Méditations sur la Ste Vierge*, t. 1, p. 40. Auctoritate nisi sumus Analecta Bollandiana.

---

121. — S. C. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQ.

EX AUDIENTIA SSmi RESCRIPTUM 29 NOV. 1905

Indulgentiae archiconfr. a Corde Iesu Eucharistico

Beatissime Pater,

Orator,

Mathias Raus, Congregationis SS. Redemptoris Superior generalis, nec non Archisodalitatis SSmi Cordis Iesu Eucharistici supremus Moderator, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, suppliciter petit, ut Christifidelibus eidem Archisodalitati addictis, sequentes plenarias indulgentias, defunctis quoque applicabiles, Sanctitas Vestra benigne concedere dignetur, nempe:

Petit *Indulgentias defunctis applicabiles.*

I. Quo die SS. Sacramentum in tabernaculo reclusum, in ecclesia Archisodalitatis vel in ecclesiis seu oratoriis ubi aliqua sodalitas Archisodalitati legitime aggregata reperitur, saltem per dimidium horae adoraverint.

II. Prima dominica vel prima feria quinta cuiusvis mensis.

III. In festis et diebus infra descriptis, scilicet: 1. Epiphaniae Domini N. Iesu Christi; 2. Die anniversaria erectionis primae sodalitatis (22 ian.); 3. S. Tarcisii Mart. (27 ian); 4. Purificationis B. M. V. (2 febr.); 5. S. Thomae Aquinatis (7 mart.); 6. S. Ioseph, Sponsi B. M. V. (19 mart.); 7. S. Benedicti I. Labre (16 april.); 8. S. Paschalis Baylon (16 maii); 9. S. Antonii Patavini (13 iunii); 10. B. M. V. de Perpetuo Succursu (dominica ante festum S. Ioannis Bapt.); 11. Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. Ch. (dominica prima mensis iulii); 12. SSmi Redemptoris (dominica tertia mensis iulii); 13. S. Alphonsi M. de Ligorio (2 aug.); 14. S. Ioachim, patris B. M. V. (dominica infra octavam Assumptionis); 15. Nativitatis B. M. V. (8 sept.); 16. S. Theresiae Virg. (15 oct.); 17. S. Gerardi Maiella (16 oct.); 18. Omnium Sanctorum; 19. Commemorationis Fidelium defunctorum; 20. Immaculatae Conceptionis B. M. V. (8 dec.); 21. S. Ioannis Ap. et Evang. (27 dec.).

Consuetis condicionibus.

Dummodo praefatis diebus iidem sodales confessi ac sacra Synaxi refecti ecclesiam Sodalitatis devote visitaverint, et inibi ad mentem Sanctitatis Vestrae pias preces fuderint.

Et Deus, etc.

Ex Audientia SSmi diei 22 novembris 1905.

Annuit *Sua Sanctitas.*

SSmus Dnus Noster Pius PP. X benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces, in perpetuum, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (29 nov. 1905)

Datum Romae e Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 29 novembris 1905.

A. Tripepi, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

122. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESCRIPTUM 20 IANUARII 1906

De exstinctione titulorum Abbatiae et unione cum aliis Abbatiis

Beatissime Pater,

Oratores, Abbates et Monachi Capitulares Cong. Brasiliensis O. S. B. in Abbatia Bahiensi ad S. Sebastianum capitulariter congregati, humiliter exponunt Sanctitati V. ad restaurationem Congregationis suae plurimum referre ut duae antiquae Abbatiae, scilicet B. M. V. de Gratia in civitate Bahiensi et B. M. V. ad locum denominatum Brotas, in eodem Statu Bahiensi, nunc temporis reditibus ferme destitutae necnon de facto exstinctae, iure etiam quoad ipsarum titulum Abbatialem exstinguantur et Abbatiae Bahiensi ad S. Sebastianum quoad temporalia incorporentur. Ad pedes igitur S. V. prostrati iidem Abbates et Patres Capitulares unanimiter petunt, ut Sedes Apostolica, auctoritate sua suprema, Abbatias de Gratia et de Brotas denominatas, exstinctas quoad titulum et Abbatiae S. Sebastiani Bahiae incorporatas quoad temporalia declarare dignetur. Insuper iidem Capitulares opportunum censent, ut duae aliae eiusdem Congregationis Abbatiae, scilicet Abbatia S. P. Benedicti de Olinda et Abbatia B. M. V. de Parahyba sub eodem uniantur Abbate, ita ut Abbas Olindensis ipso facto sit etiam Abbas Parahybanus, et uterque titulus in eadem persona coniungatur. Ideo humiliter petunt ut Sanctitas Vestra Abbatiam Parahybanam Abbatiae Olindensi unitam declarare velit, ita ut uterque titulus in eodem permaneat Abbate, qui in utraque Abbatia iurisdictionem exerceat.

Exposito abbatiarum statu,

Petunt *titulorum exstinctionem,*

Et duarum Abbatiarum unionem, sub eodem Abbate.

Et Deus, etc.

Utrumque **conceditur.** Vigore specialium facultatum a SSmo Dno Nostro concessarum, Sacra Congregatio Emorum et Revmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, audito voto D. Abbatis Primatis, attentisque expositis rerum adiunctis, eidem D. Abbati Primati facultatem benigne tribuit ad exstinctionem enuntiatarum Abbatiarum deveniendi, facta etiam potestate Abbatiam Parahybanam Abbatiae Olindensi unitam declarandi in omnibus iuxta preces.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (20 ian. 1906). Romae, 20 ianuarii 1906.

D. Card. Ferrata, *Praefectus.*
Giustini, Secretarius.

---

123. — Emi CARD. SECRET. STATUS AD ARCH. COLON.

LITTERAE 26 IANUARII 1906

De authentia vaticanae editionis Kyriale gregorianum continentis

Disceptatum est de Vaticana Kyrialis editio multas, ut Eminentiae Tuae compertum est, disceptationes, apud editores ceteros praesertim, commovit, ita

quidem, ut pronum sit credere, minus iustas de eius indole opiniones fuisse diffusas. Hisce ut occurreret, illud Beatissimus Pater iussit me declarare Tibi, Vaticanam editionem Kyrialis non equidem esse emissam, ut ad tempus tantummodo inserviret, sed esse vere et proprie authenticam, ita ut hic et nunc in usum deveniat apud omnes ecclesias. Huiusmodi autem authenticitatis character communisque pro praesenti tempore usus nihil obstare dicendi sunt quominus, si quando, Sanctae Sedis iudicio, mutationes aliquae afferendae esse videantur, eaedem induci in laudatum Kyriale, non proximo tamen tempore, possint. Interim Pontifex Summus non dubitat quin recentibus sacrorum concentuum formis Germania omnis obsecundet, eo vel magis quod eadem in natione, id est Argentorati, habita est non multo ante congressio de sacro gregoriano cantu, qua quidem congressione Beatissimus Pater iucunde est affectus.

Vaticana Kyrialis editione.

Declaratur authentica,

A non immutabilis.

Germanis acceptam fore sperat sua Sanctitas,

Dum haec, Suae Sanctitatis mandato, pro Tua atque Archidioecesis notitia Tibi significo, peculiaris erga Te existimationis sensa profiteor, quibus manus Tibi humillime deosculor, ac permaneo

Eminentiae Tuae

Humillimus et addictissimus vere famulus.
R. Card. MERRY DEL VAL.

Cuius mandato praesens fit notitia.

Romae, die XXVI ianuarii a. 1906.
Dno Cardinali ANTONIO FISCHER.
Archiepiscopo Coloniensium.
Coloniam Agrippinam.

Dies (26 ian. 1906).

---

124. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

INDULTUM 29 IANUARII 1906

Pro Fratribus conversis Ordinis S. Benedicti

Orator,

Praeses Congregationis Benedictinae Bavaricae exponit quod Constitutiones a Capitulo generali recognitae atque Apostolica auctoritate nuperrime confirmatae, sub. n. 93 praescribunt : « Conversi Pro Officio divino Dominicis et festis de praecepto Officium parvum Beatae Mariae Virginis communiter recitant ; aliis vero diebus SSmi Rosarii quinque decades cum una ex litaniis approbatis ». Porro cum in quibusdam monasteriis in usu iam sit cotidie recitandi publice Officium parvum Beatae Mariae Virginis lingua latina, vespere autem litaniam una cum precibus vespertinis necnon privatim SSmum Rosarium, humiliter declarari postulat :

Expositis Constitutionum praecepto,

Et monasteriorum usu,

Petit.

I. An Fratres conversi celebrare possint Officium parvum B. M. V., quod in Breviario invenitur, etiam diebus infra hebdomadam ?

Super recitando parvo officio B. M. V.

II. An iidem Fratres, non obstante supra relata Constitutionum praescriptione, illud recitare valeant lingua latina ?

Indultum

Vigore specialium facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attentis expositis, Praesidi Congregationis Bavaricae, firmis remanentibus Constitutionibus, facultatem tribuit permittendi ut Fratres conversi, qui hucusque Officium B. M. V. cotidie celebrare sole-

Circa privatam illius recitationem.

bant publice, ex mera devotione privatim persolvere valeant, servata, quoad linguam sive latinam sive vernaculam, uniuscuiusque monasterii consuetudine.

Dies (29 ianuarii 1906).

Romae 29 ianuarii 1906.

D. Card. Ferrata, *Praefectus.*
Philippus Giustini, Secretarius.

---

125. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (16 febr. 1906)

RESPONSA DE LAUDIBUS EXPOSITO SS^mo (Saluts, Benedizioni)

Societatis Salesianae

Orator. Ratio petendi.

Dubia.

Cum circa reverentias a sacris ministris faciendas in expositione SS^mi Eucharistiae Sacramenti dissideant probati Liturgiae interpretes, hodiernus R^mus Procurator Generalis Piae Salesianae Societatis sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione humillime subiecit, nimirum :

I. De inclinatione coniungenda cum genuum flexione.

I. Cum flectendum est utrumque genu ad Sacramentum adorandum (puta in accessu ad altare ubi expositum est SS. Sacramentum et in recessu ab eodem) flectioni genuum estne addenda profunda inclinatio totius corporis an solius capitis ?

II. Estne inclinatio facienda dum genuflectit qui tabernaculum aperit vel claudit.

II. Cum expositor, aperto ostiolo tabernaculi, genuflectit priusquam SS. Sacramentum extrahat, et cum, reposito Sacramento, genuflectit priusquam ostiolum claudat, debentne ceteri qui genuflexi, assunt adorare cum profunda inclinatione corporis, an cum inclinatione solius capitis, an, utpote iam genuflexi, nullam praeterea reverentiam exhibere ?

III. De variis reverentiis.

III. An et quam reverentiam exhibere debeat minister genuflexus antequam surgat aliquid facturus ? Videlicet : 1) Celebrans antequam surgat recitaturus orationem *Deus qui nobis sub Sacramento*, etc., debetne omittere quamlibet reverentiam, an inclinare caput, an corporis inclinatione adorare ? 2) Idem quaeritur de celebrante ac ministris surrecturis ad imponendum incensum ; 3) De celebrante antequam surgat ad altare ascensurus ut populo benedicat ; 4) De expositore antequam surgat ascensurus ad altare ad deponendum e throno SS. Sacramentum ; 5) De acolytho antequam surgat iturus ad abacum ad velum accipiendum.

IV. De inclinatione capitis post benedictionem.

IV. Celebrans postquam, benedictione impertita, ab altari descendit et genua flectit in infimo gradu, debetne omittere quamlibet inclinationem, an inclinare caput, an totius corporis inclinatione adorare ?

V. Quid de altera turis impositione, post orationem.

V. More apud Subalpinos recepto, secundo tus imponitur post cantatam orationem *Deus qui nobis*, etc. Iam quaeritur : 1) an mos servari possit ? Et quatenus affirmative, quaeritur : 2) an sacerdos, cantata oratione, debeat ante impositionem incensi aliquam praestare reverentiam et qualem ?

VI. Quaenam facienda adoratio ab eo qui ab altari descendit tus impositurus ?

VI. Utrum sacerdos qui SS. Sacramentum exposuit et ab altari descendit tus impositurus debeat ante impositionem adorare uno genu flexo, an utroque, an statim absque genuflexione incensum imponere, ut quidam eruunt ex *Memoriali Rituum* Benedicti XIII, c. II, § III, n. 5 ?

VII. Iuxta Caerimoniale Episcoporum, dum celebrans canit orationem *Deus qui nobis*, etc., ministri librum sustinent genuflexi; contra Liturgiae expositores eos surgere iubent vel saltem id iis permittunt. Quaeritur qua norma utendum? *VII. De ministris, dum canitur oratio* Deus.

VIII. An celebranti in impertienda benedictione cum SS. Sacramento ministrare nequeant, loco diaconi et subdiaconi, duo clerici pluvialibus induti? An diacono et subdiacono dalmatica et tunicella indutis adiungi queant duo vel quattuor clerici induti pluviali? *VIII. De clericis qui suppleant ministros sacros.*

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit : **Responsa.**

Ad I. *Inclinatio mediocris, id est capitis, et modica humerorum inclinatio, quae in casu habetur uti profunda.* *Ad I.*

Ad II. *Nulla reverentia facienda est.* *Ad II.*

Ad III. Quod ad primum, *Nullam reverentiam debet facere;* quoad secundum, *Inclinationem mediocrem faciant;* quoad tertium, quartum et quintum, *Nulla reverentia facienda est; at si acolythus transeat ante altare, genuflectat in medio.* *Ad III.*

Ad IV. *Nulla reverentia facienda est.* *Ad IV.*

Ad V. Quod ad primum, *Negative;* quoad secundum, *Provisum in praecedenti.* *Ad V.*

Ad VI. *Ambo genua flectat infimo gradu, inclinationem mediocrem faciat, assurgat et ponat incensum in turibulo.* *Ad VI.*

Ad VII. *Ministri genuflexi maneant, librum sustinendo iuxta* Caerimoniale Episcoporum, lib. II, cap. XXXIII, n° 27. *Ad VII.*

Ad VIII. Quoad primum, *Affirmative si benedictio cum SS^mo Sacramento fiat immediate post Vesperas sollemnes, id est si celebrans cum pluvialistis non recedat ab altari; dummodo alter sacerdos vel diaconus exponat et reponat SS^mum Sacramentum, illudque celebranti tradat et ab eo recipiat.* Quoad secundum, *Negative.* *Ad VIII.*

Atque ita rescripsit die 16 februarii 1906. *Dies (16 febr. 1906).*

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

ANNOTATIO

Momento et utilitate non vacat haec responsionum series, cum caerimonias declaret sacrae functionis cuius in diebus festivis, post meridiem, frequentissimus est usus.

Potuerunt autem quaedam addi dubia; v. gr. de inclinatione facienda dum canitur : *Veneremur cernui;* et utrum necne possint clerici, dalmaticam indutis ed sine manipulo et stola astare celebranti quasi duo ministri sacri, otiosi tamen, cum ipse celebrans Sanctissimum exponat et reponat in tabernaculo.

126. — S. RITUUM CONGREG. (10 martii 1906)

DECRETUM SPECIFICE A S. PONTIFICE APPROBATUM 14 MART. 1906

De clerico qui inter Missam subdiaconum vel Cappellanum suppleat

Decreti occasio. Cum nonnulla dubia huic Sacrorum Rituum Congregationi proposita fuerint circa servitium Clerici, qui aliquando vel loco Subdiaconi in Missa sollemni, vel loco Cappellani in Missa ab Episcopo vel ab alio Praelato lecta, vel etiam in Missa cantata absque Ministris inserviat, eadem Sacra Congregatio, audito voto Commissionis Liturgicae. ut dubia ipsa omnino diluantur, haec statuenda et in posterum observanda decrevit :

Statuta.

Requisita causa et qualitas ut subdiaconum suppleat.

1. Clericus ad munus Subdiaconi obeundum in Missa sollemni numquam deputetur, nisi adsit rationabilis causa et in minoribus ordinibus sit constitutus aut saltem sacra tonsura initiatus.

Quomodo suppleat subdiaconum,

2. Clericus pro Subdiacono inserviens, alba super amictu, cingulo et tunica absque manipulo sit indutus, atque omnia, quae ad Subdiaconum ex Rubricis spectant, rite expleat, hisce tamen exceptis : *a)* aquam ante Offertorium in calicem non infundat, quod in casu Diaconus praestabit ; *b)* calicem ipsum infra actionem numquam tangat, neque pallam ab eodem removeat aut super eum reponat ; *c)* post ablutionem, calicem non abstergat (abstergente ipso Celebrante), sed tantummodo illum componat more solito et velo cooperiat cum bursa et ad mensam deferat.

Quomodo Cappellanum.

3. Clericus qui loco Cappellani Episcopo vel Praelato in Missa lecta, aut alii Sacerdoti in Missa sollemni sine Ministris inserviat, saltem tonsuratus esse debet, si alius Minister in sacris in promptu non sit.

4. Clericus ipse omnia explere potest quae in Caerimoniali Episcoporum Lib. I, cap. xxix dicuntur, pro Missa ab Episcopo lecta, iis exceptis quae supra n. 2 prohibentur Clerico munus Subdiaconi obeunti. Insuper : *a)* calicem ante Offertorium non abstergat ; *b)* nec vinum nec aquam in eo infundat ; *c)* nec patenam cum hostia, nec calicem Celebranti tradat.

Modus afferendi et deferendi calicem.

5. Calix pro Missa ab Episcopo vel a Praelato lecta, sicuti et pro Missa cantata sine Ministris, velo et bursa coopertus in abaco statuatur, amoto abusu illum non velatum retinendi et ad altare discoopertum deferendi.

6. Calix ipse post Communionem a Celebrante rite abstersus, a Clerico ministrante suis ornamentis instrui poterit, ac velo et bursa coopertus in abacum deferri.

Quid si clericus non sit tonsuratus.

7. Si vero Clericus sacra non sit tonsura initiatus, poterit quidem ab Episcopo aut a Praelato in Missa lecta uti Minister assumi, sed eo in casu, calix velatus ante Missam ad altare deferatur, et more solito in medio mensae super corporale statuatur ; Clericus vero non tonsuratus ita se gerat ut in Missis a simplici Sacerdote celebratis. Poterit autem ad Missale Celebrantem assistere, folia vertere, palmatoriam sustinere ; calix autem, ab ipso Celebrante suo tempore abstersus et velatus, ac in medio mensae collocatus, absoluta Missa in Sacristiam deferatur.

Atque ita censuit et servari mandavit. Die 10 martii 1906.

Dies decreti (10 mart. 1906).

Super quibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X, per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacri Consilii in omnibus ratam habuit et approbavit, quibusvis privilegiis vel consuetudinibus, quae omnino abrogata esse declaravit, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 14 martii 1906.

Confirmatio Pontificia, abrogatio contrariorum (14 mart. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius.

ANNOTATIO

Usus generalis istius decreti causa fuit cur inter nostra PERIODICA reciperetur. Clara ceterum sunt statuta. Observes tantum voce « *Palmatoriae* » designari lumen (*la bougie*) quod honoris causa in missis Praelatorum adhibetur.

127. — SS. D. N. PII PP. X VEL S. RITUUM CONG. (14 martii 1906)

INDULTUM DE FESTO AC MISSA CUM OFFICIO MYSTER. VIAE CRUCIS ET GAUDIORUM B. V. M.

Ordinis Fratrum Minorum

Quaedam traduntur de historia devotionis « Viae Crucis », studiis franciscanis, concessis indulgentiis.

Exercitium pietatis a Via Dolorosa, sive Crucis, nuncupatum, quo reverens fidelium studium in praecipua Loca et Mysteria Dominicae Passionis magnopere nitescit, merito coaevum Ecclesiae primordiis censendum est. Exemplo namque Deiparae Virginis et Apostolorum incitati Christifideles, tum indigenae tum advenae pie Hierosolymam peregrinantes, ea monumenta et sacrum potissime ad Calvariam iter, Divini Sanguinis vestigiis purpuratum, numquam colere desiverunt. Pia tamen Minorum Ordinis industria, praecipue a saeculo decimo quinto et deinceps, factum est, ut quaemadmodum Hierosolymis, ita alibi sacrum illud iter a Praetorii situ ad Calvariae locum in spiritu a fidelibus conficeretur, nempe per exercitium, ut aiunt, Viae Crucis. Hoc sane pietatis exercitio, quod sensim fere ubique institutum, Sancti Leonardi a Portu Mauricio ferventi opera per Italiae regiones saeculo decimo octavo labente diffusum, viget ac floret nostra hac aetate; depictis tabellis Mysteria Christi Dolorum, vel sacris litteris, vel constanti universali traditione innixa, seorsim referentibus, quattuordecim Loca sive Stationes illius itineris (per auctores et peregrinos cuiuscumque saeculi, necnon ex locali traditione indubie designatas) velut invisimus, ipsumque Dominum patientem et Cruce oneratum devota mente subsequimur. Saluberrimum vero eiusmodi morem, sive piam peregrinationem Viae Crucis Romani Pontifices multo indulgentiarum thesauro locupletarunt. Tantis rationum acti momentis Franciscales praesertim e custodia Hierosolymitana iam dudum concupierant, ut quae pia Mysteria hactenus privato tantum et populari velut more ubique gentium coluntur, ea ipsis in locis ubi parta sunt, atque ab

Hinc pro Fr. Min. **petitur** *festum cum officio ac Missa propria.*

Ordine Minorum universo legitime celebrari liceret. Hisce itaque votis libenter obsecundans R^mus Pater Bonaventura Marrani, Procurator totius Ordinis Minorum, et nomine R^mi Patris Ministri Generalis, SS^mum Dominum Nostrum Pium Papam X humillimis precibus rogavit, ut festum de Mysteriis Viae Dolorosae Domini Nostri Iesu Christi feria VI ante Dominicam Septuagesimae, sub ritu secundae classis in Kalendario ac Breviario et Missali Ordinis Minorum affigi valeat, cum Officio ac Missa propriis, quorum schema supremae sanctioni Apostolicae Sedis demisissime subiecit.

Simul, memoratis rationibus, festum pro Fr. Min. petitur septem Gaudiorum B. V. M.

Cum insuper ad peculiarem devotionem omni antiquitatis aevo celeberrimam, Sancto Martyri Thomae Cantuariensium Antistiti valde familiarem, atque a Summis Pontificibus indulgentiarum largitionibus ditatam, qua Deiparam Virginem in gaudio non minus quam in dolore admirabilem pientissime veneramur, Minorum Ordo antiquitus vocatus dici possit, quemadmodum de Virginis ipsius Doloribus praedicandis et assidue colendis Servorum Ordini munus caelitus traditum fuit; hinc R^mus idem Pater Procurator Generalis festum quoque Septem Gaudiorum Beatae Mariae Virginis sub eodem ritu duplici secundae classis, Dominica prima post octavam Assumptionis, cum exhibitis Officio ac Missa propriis, ab ipso Minorum Ordine recolendum flagitavit.

Suffragium Cardinalium die 20 febr. 1906.

Itaque, ad iuris tramitem, cum E^mus ac R^mus Dominus Cardinalis Dominicus Ferrata, Relator, eiusmodi Officia cum Missis propria de utroque Festo in ordinariis Sacrorum Rituum comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, proposuerit, E^mi ac R^mi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurato examine perpensis, auditoque R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, ita rescribere censuerunt: *Pro gratia, et ad E^mum Ponentem cum Promotore Fidei.* Die 20 februarii 1906.

Concessio Pontificia. Dies (14 mart. 1906).

Postmodum duobus iisdem Officiis ac Missis diligenti studio revisis atque emendatis, hisque omnibus SS^mo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacri ipsius Consilii ratam habens, benigne indulgere dignata est, ut Festum Viae Dolorosae Domini Nostri Iesu Christi atque alterum Septem Gaudiorum Beatae Mariae Virginis sub ritu duplici secundae classis cum eiusmodi officiis ac missis propriis ab Ordine Fratrum Minorum quotannis expetita Feria et Dominica recoli valeant: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 martii eodem anno.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

128. — SS. D. N. PII PP. X

LITTERAE APOSTOLICAE 26 MARTII 1906

De ratione studiorum sacrae scripturae in seminariis clericorum servanda [1]

Momentum speciale studiorum S. Scripturae. Finis ad quem sunt dirigenda.

Quoniam in re biblica tantum est hodie momenti quantum fortasse numquam antea, omnino necesse est adulescentes clericos scientia Scripturarum imbui diligenter; ita nempe ut non modo vim rationemque et doctrinam Bibliorum habeant ipsi perceptam et cognitam, sed etiam scite probeque possint et in divini verbi ministerio versari, et conscriptos Deo afflante libros ab oppugnationibus horum hominum defendere, qui quicquam divinitus traditum esse negant. Propterea in Litt. Encycl. *Providentissimus* recte decessor Noster illustris edixit: « Prima cura sit ut in sacris Seminariis vel Academiis sic omnino tradantur divinae Litterae quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent ». In eandem rem haec Nos, quae magnopere videntur profutura, praescribimus:

Hinc, tamquam utilissima, quaedam statuuntur

I. Necessaria scholae S. Scripturae argumenta.

I. Sacrae Scripturae praeceptio, in quoque Seminario impertienda, ista complectatur oportet: primum, notiones de inspiratione praecipuas, canonem Bibliorum, textum primigenium potissimasque versiones, leges hermeneuticas; deinde historiam utriusque Testamenti; tum singulorum, pro cuiusque gravitate, Librorum analysim et exegesim.

II. Disciplinae istius distributio per singulos annos commorationis in seminario.

II. Disciplinae biblicae curriculum in totidem annos partiendum est quot annos debent alumni Ecclesiae intra Seminarii saepta commorari ob sacrarum disciplinarum studia: ita ut horum studiorum emenso spatio, quisque alumnus id curriculum integrum confecerit.

III. Apta magisterii constitutio.

III. Magisteria Scripturae tradendae ita constituentur, quemadmodum cuiusque Seminarii condicio et facultates ferent; ubique tamen cavebitur ut alumnis copia suppetat eas res percipiendi quas ignorare sacerdoti non licet.

IV. Tradendae « introductiones » et vindicanda librorum auctoritas.

IV. Cum ex una parte fieri non possit ut omnium Scripturarum accurata explicatio in schola detur, ex altera necesse sit omnes divinas Litteras sacerdoti esse aliquo pacto cognitas, praeceptoris erit peculiares et proprios habere tractatus seu *introductiones* in singulos Libros, eorumque historicam auctoritatem, si res postulaverit, asserere, ac analysim tradere; qui tamen aliquanto plus, quam in ceteris, in iis Libris immorabitur ac Librorum partibus quae graviores sunt.

V. De V. Testam. in universum.

V. Atque is, ad Testamentum vetus quod attinet, fructum capiens ex iis rebus quas recentiorum investigatio protulerit, seriem actarum rerum, quasque hebraeus populus cum aliis Orientalibus rationes habuit, edisseret; legem Moysi summatim exponet; potiora vaticinia explanabit.

---

[1] Quamvis huius decreti statutis sola clericorum seminaria regantur, i. e. seminaria quae a saecularibus clericis frequentantur, tantum est eius momentum tamque oportet ut etiam regularium Superiores ad istas normas suorum studia exigant, ut ei locum in Periodicis nostris facere non dubitemus. Ceterum sunt Universitates regularium quas saeculares clerici etiam celebrant.

VI. Specialis Psalmorum cura.

VI. Praesertim curabit ut in alumnis intellegentiam et studium Psalmorum quos divino officio cotidie recitaturi sunt, excitet : nonnullosque Psalmos exempli causa interpretando ipsi alumni suapte industria reliquos interpretentur.

VII. De Novo Testamento.

VII. Quod vero ad Novum Testamentum. presse dilucideque docebit, quattuor Evangelia quas habeant singula proprias tamquam notas, et quomodo authentica esse ostendantur; item totius evangelicae historiae complexionem, ac doctrinam in Epistulis ceterisque Libris comprehensam exponet.

VIII. Singularis cura de locis qui ad fidem vel mores attinent.

VIII. Singularem quandam curam adhibebit in iis illustrandis utriusque Testamenti locis qui ad fidem moresque christianos pertinent.

IX. Non neglegenda practica informatio.

IX. Illud semper, maxime vero in novi Testamenti expositione meminerit, suis se praeceptis conformare eos qui postea voce et exemplo vitae erudire ad sempiternam salutem populum debeant. Igitur inter docendum commonefacere discipulos studebit, quae sit optima via Evangelii praedicandi, eosque ex occasione ad exsequenda diligenter Christi Domini et Apostolorum praescripta alliciet.

X. Selecti alumni linguis studere debent.

X. Alumni qui meliorem de se spem facient, hebraeo sermone et graeco biblico, atque etiam, quoad eius fieri possit, aliqua alia lingua semitica, ut syriaca aut araba, erunt excolendi. « Sacrae Scripturae magistris necesse est atque theologos addecet, eas linguas cognitas habere quibus libri canonici sunt primitus ab hagiographis exarati, easdemque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad academicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum ut omnibus in Academiis de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis sint magisteria » (Litt. Encycl. *Providentissimus*).

XI. Amplior sit expositio ubi gradus conferuntur.

XI. In Seminariis quae iure gaudent academicos theologiae gradus conferendi, augeri praelectionum de Sacra Scriptura numerum, altiusque propterea generales specialesque pertractari quaestiones, ac biblicae vel archeologicae, vel geographicae, vel chronologicae, vel theologicae, itemque historicae exegesis plus temporis studiique tribui oportebit.

XII. Praeparentur quidam ad academicos S. Scripturae gradus.

XII. Peculiaris diligentia in id insumenda erit, ut secundum leges a Commissione Biblica editas, delecti alumni ad academicos Sacrae Scripturae gradus comparentur : quod quidem ad idoneos divinarum Litterarum magistros Seminariis quaerendos non parum valebit.

XIII. Prudens magisterii exercendi ratio.

XIII. Doctor Sacrae Scripturae tradendae sanctum habebit numquam a communi doctrina ac Traditione Ecclesiae vel minimum discedere : utique vera scientiae huius incrementa, quaecumque recentiorum sollertia peperit, in rem suam convertet, sed temeraria novatorum commenta negleget ; idem eas dumtaxat quaestiones tractandas suscipiet, quarum tractatio ad intellegentiam et defensionem Scripturarum conducat ; denique rationem magisterii sui ad eas normas diriget, prudentiae plenas, quae Litteris Encyclicis *Providentissimus* continentur.

XIV. Certum privatae lectioni definiendum tempus.

XIV. Alumni autem quod scholae praelectionibus ad hanc assequendam disciplinam deerit, privato labore suppleant oportet. Cum enim particulatim omnem enarrare Scripturam magister prae angustiis temporis non possit, privatim ipsi, certo ad hanc rem constituto spatio in dies singulos, veteris novique Testamenti attentam lectionem continuabunt ; in quo optimum factu erit breve

aliquod adhiberi commentarium, quod opportune obscuriores locos illustret, difficiliores explicet.

XV. Periculum faciendum scientiae scripturisticae antequam aliam adire scholam vel sacros ordines suscipere possint.

XV. Alumni in disciplina biblica, ut in ceteris theologiae, quantum nimirum e scholae praelectionibus profecerint, periculum subeant antequam ex una in aliam classem promoveri et sacris ordinibus initiari possint.

XVI. Ad gradus consequendos quid ultra requiratur.

XVI. Omnibus in Academiis quisque candidatus ad academicos theologiae gradus, quibusdam de Scriptura quaestionibus ad *introductionem* historicam et criticam, itemque ad exegesim pertinentibus, respondebit ; atque experimento probabit satis se interpretationis gnarum ac hebraei sermonis graecique biblici scientem.

XVII. Utili lectione perficienda eruditio.

XVII. Hortandi erunt divinarum Litterarum studiosi, ut, praeter interpretes, bonos lectitent auctores, qui de rebus cum hac disciplina coniunctis tractant, ut de historia utriusque Testamenti, de vita Christi Domini, de Apostolorum, de itineribus et peregrinationibus Palestinensibus : ex quibus facile locorum morumque biblicorum notitiam imbibent.

XVIII. Instauranda bibliotheca ad usum alumnorum.

XVIII. Huius rei gratia, dabitur pro facultatibus opera, ut modica conficiatur in quoque Seminario bibliotheca, ubi volumina id genus alumnis in promptu sint.

Praeceptum pontificium.

Haec volumus et iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Dies (27 mart. 1906).

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII martii anno MDCCCCVI, Pontificatus Nostri tertio.

A. Card. Macchi.

---

129. — S. C. NEGOT. ECCLES. EXTR.

RESPONSUM

De munere deputatorum a clericis exercendo

Ex audientia Sanctissimi, die 2 aprilis 1906.

Exponitur quaestio.

Quaesitum est ab hac S. Congregatione Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praeposita, num clericis sive saecularibus sive regularibus in Gallia liceat, in praesentibus rerum adiunctis, candidatos se sistere in proximis electionibus ad Deputatorum comitia. Re igitur per me infrascriptum Secretarium ad SS^mum D. N. Pium PP. X delata, Sanctitas Sua respondere dignata est iisdem id non licere absque consensu proprii Ordinarii loci ubi se candidatos sistere cupiunt.

Responsum.

Dies (2 apr. 1906).

Datum Romae e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

† *Petrus, Archiep. Caesariensis, Secret.*

Annotatio

Postea, ut videtur, aliae datae sunt litterae, quibus praesens responsum in sacerdotes qui in Gallia munus istud iam exercebant non transferebatur.

---

130. — SS. D. N. PII PAPAE X

LITTERAE 5 APR. 1906 AD EPISCOPOS POLONIAE

De pseudomonastica Mariavitarum societate

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem

Sacerdotum Mariavitarum,

Tribus circiter abhinc annis huic Apostolicae Sedi rite delatum est nonnullos dioecesium vestrarum, praesertim e iuniore clero, sacerdotes, consociationem quandam pseudomonasticam, sub nomine « *Mariavitarum* » seu « *Sacerdotum mysticorum* » absque ulla legitimorum Praesulum licentia, instituisse, cuius sodales sensim a recta via debitaque Episcopis subiectione « quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei » deflectere et in suas evanescere cogitationes visi sunt.

Qui mulieri tamquam magistrae obsequuntur,

Hi enim cuidam mulieri, quam sanctissimam, supernis donis mire cumulatam, plura divino lumine edoctam ac novissimis temporibus in perituri mundi salutem divinitus datam dictitabant, sese totos tamquam pietatis et conscientiae magistrae committere ab eiusque nutibus pendere haud veriti sunt.

Hinc, de praetenso Dei mandato, creberrima devotionis inter plebem exercitia (ceteroquin, si rite fiant, maxime commendanda) praecipue SS^mi^ Sacramenti adorationem ac frequentissimas communiones, proprio marte et indiscriminatim promovere ; quotquot autem e sacerdotibus aut Praesulibus de eiusdem feminae sanctitate divinaque electione tantisper dubios existimarent, vel *Mariavitarum*, quam vocant, consociationi minus amicos, eos criminationibus gravissimis impetere non dubitarunt, ita ut metus esset ne fideles haud pauci, misere decepti, a legitimis pastoribus recessuri forent.

Sodalitas iam est decreto suppressa.

Quapropter, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Generalium Inquisitorum, decretum de memorata sacerdotum sodalitate omnino supprimenda, ac de communicatione quavis cum supra dicta muliere penitus abrumpenda, die 4 mensis sept., an. 1904, prout Vobis notum est, edi mandavimus. At vero memorati sacerdotes, etsi documentum scripto dederint de sua erga Episcoporum auctoritatem subiectione, etsi forte cum eadem muliere necessitudines partim, ut asserunt, abruperint ; nihilo minus ab incepto molimine haudquaquam destiterunt, nec reprobatae suae consociationi sincero animo renuntiarunt ; adeo ut non solum adhortationes et inhibitiones vestras despexerint ; non solum, effronti quadam declaratione a pluribus ipsorum subscripta, communionem cum suis Episcopis respuerint ; non solum seductam plebem haud uno loco concitarint ut legitimos propellerent pastores ; sed etiam, perduellium more, Ecclesiam asseruerint a veritate iustitiaque defecisse, ac proinde a Spiritu Sancto esse derelictam, sibique solis, sacerdotibus *Mariavitis*, divinitus datum esse populum fidelem veram pietatem edocere.

Illi nihilo minus Episcopis obsistunt.

Immo plebem adversus eos et Ecclesiam concitant.

In Urbem recens duo delegati sacerdotes venerunt,

Nec satis. Paucis abhinc hebdomadibus, in Urbem venerunt duo ex huiusmodi sacerdotibus, alter Romanus Prochniewski, alter Ioannes Kowalski quem Praepositum suum, vi cuiusdam delegationis memoratae mulieris, sodales omnes agnoscunt. Hi ambo, supplici libello, de expresso Domini Nostri Iesu Christi mandato,

ut aiebant conscripto, requirebant ut Supremus Ecclesiae Pastor, vel, ipsius nomine, Congregatio S. Officii documentum traderet his verbis expressum : « Mariam Franciscam (id est praedictam mulie- « rem) factam a Deo sanctissimam, esse matrem misericordiae pro « omnibus hominibus a Deo ad salutem vocatis et electis hisce « ultimis temporibus mundi ; omnibus vero sacerdotibus Mariavitis « esse a Deo praeceptum cultum SS^mi Sacramenti et Beatissimae « Virginis Mariae de Perpetuo Succursu, in toto orbe terrarum, « propagare, sine ullis limitationibus neque a iure ecclesiastico, « neque a legibus humanis, neque a consuetudinibus, neque a qua- « cumque potestate ecclesiastica vel humana... »

Rogaturi ut S. Pontifex istam mulierem laudibus efferret.

Quibus ex verbis conicere voluimus sacerdotes illos, non tam forte conscia superbia quam inscitia et fallaci rerum specie occaecatos, sicut falsi illi prophetae de quibus Ezechiel : « Vident vana et « divinant mendacium dicentes : Ait Dominus, cum Dominus non « miserit eos ; et perseveraverunt confirmare sermonem. Numquid « non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti « estis ? Et dicitis : Ait Dominus ; cum ego non sim locutus »[1]. Hos igitur misericorditer exceptos adhortati sumus ut, posthabitis vanarum revelationum fallaciis, se ipsos suaque opera salutifero Praesulum suorum regimini sincere subderent, et Christifideles ad tutam oboedientiae ac reverentiae erga pastores suos viam reducere festinarent ; ac denique Sedis Apostolicae aliorumque, ad quos pertinet, vigilantiae curam remitterent eas confirmandi devotionis consuetudines quae pluribus in paroeciis dioecesium vestrarum, Venerabiles Fratres, vitae christianae plenius fovendae viderentur aptiores, et vicissim eos, si qui forte essent, sacerdotes corrigendi, qui pietatis exercitia et devotionis formas in Ecclesia probatas detrectare vel parvipendere reperti forent. Haud sine animi solacio conspeximus eos, paterna Nostra benignitate commotos, ad pedes procumbere obtestarique firmam voluntatem votis Nostris filiorum devotione obsequendi. Deinde iidem scripto[2] delarationem Nobis porrigendam curarunt, quae spem augebat fore ut decepti hi filii sincero animo praeteritas ludificationes abicere ad rectumque tramitem vellent redire :

Hos fallaci specie occaecatos hortatus est Pontifex ut se submitterent,

Et Sedi Apostolicae vigilantiam circa devotionis formas relinquerent.

Spes erat ut decepti ad rectum tramitem redirent.

« Nos semper (en verba) ad voluntatem Dei adimplendam, quae « modo per Vicarium Eius tam clare nobis patuit, parati, sincerrime « et laetissimo animo revocamus hanc nostram epistulam, quam die « 1 feb. a. c. ad Archiepiscopum Varsavien. dedimus, et in qua « declaravimus nos separari ab Eo. Insuper sincerrime et cum « gaudio maximo profitemur nos semper cum Episcopis nostris, « in specie autem cum Episcopo Varsaviensi, unitos esse velle, « quoadusque Sanctitas Vestra id nobis iubebit. Praeterea, cum « nos nomine omnium Mariavitarum modo agamus, hanc nostram « professionem omnimodae oboedientiae et subiectionis, nomine « omnium non solum Mariavitarum sed universi coetus Adora- « torum SS^mi Sacramenti, facimus. Specialiter autem facimus hanc « professionem nomine Mariavitarum Plocensium qui propter « causam eandem, uti Mariavitae Varsavienses, suo Episcopo « declarationem porrexerunt se ab Eo separari. Ideo omnes sine « exceptione ad pedes Sanctitatis Vestrae provoluti, iterum, ite-

Declararunt enim : se unitos esse velle cum suis Episcopis ;

Nomine omnium Mariavitarum, specialiter Plocentium, se subicere :

Veniam petere, si

[1] Ezechiel, XIII, 6, 7.
[2] Die 20 febr. an. curr.

« rumque amorem nostrum et oboedientiam erga Sanctam Sedem « et specialissimo modo erga Vestram Sanctitatem profitentes, « humillime veniam petimus, si quid a nobis vel propter nos « paterno cordi Vestro dolorem attulerit. Denique declaramus nos « statim omnibus viribus allaborarturos ut pax populi cum Episco- « pis quamprimum restituatur. Immo affirmare etiam possumus « pacem hanc re vera brevi secuturam ».

quid doloris S. Sedi attulissent.

Quapropter periucundum Nobis erat sperare hosce filios Nostros benigne condonatos, vix in Poloniam reversos, operam daturos, ut ea quae promiserant, re quam primum praestarent. Atque idcirco Vos, Venerabiles Fratres, festine voluimus admonitos, ut eosdem eorumque socios, plenam auctoritati vestrae subiectionem profitentes, pari misericordia exciperetis et in pristinam, si facta promissis convenirent, condicionem pro muneribus sacerdotalibus exercendis ad iuris tramitem, restitueretis.

Et allaboraturos ut pax cum Episcopis fieret.

Petiit Sua Sanctitas ut Inquisitores eosdem, si starent promissis, benigne haberent.

At spem fefellit eventus ; nuperis enim documentis rescivimus eos mentem suam mendacibus revelationibus rursus aperuisse, et in Poloniam receptos non solum obsequii ac subiectionis testimonium quod polliciti fuerant, nondum Vobis, Venerabiles Fratres, exhibuisse, sed etiam ad socios et plebem quandam dedisse epistulam, veritati ac genuinae oboedientiae minime consentaneam.

At contra, brevi redierunt ad vomitum.

Verumtamen inanis est asseveratio fidelitatis erga Christi Vicarium ab iis edita, qui re non desistunt suorum Antistitum auctoritatem infringere. Etenim « ex Episcopis constat pars Ecclesiae « longe augustissima (prout legitur in epistula diei 17 mensis decem- « bris 1888 s. m. Leonis XIII, Decessoris Nostri, ad Turonensem « Archiepiscopum) quae nimirum docet ac regit homines iure « divino ; ob eamque rem quicumque iis resistat, vel dicto audiens « esse pertinaciter recuset, ille ab Ecclesia longius recedit... Contra, « inquirere in acta Episcoporum, eaque redarguere, nullo modo « attinet ad privatos ; verum ad eos dumtaxat attinet qui sacro in « ordine illis potestate antecedunt, praecipue ad Pontificem Maxi- « mum quippe cui Christus non agnos modo sed oves, quotquot « ubique sunt, ad pascendum commiserit. Ut summum, in gravi « aliqua conquerendi materia, concessum est rem totam ad Ponti- « ficem Romanum deferre ; id tamen caute moderateque, quemad- « modum studium suadet communis boni non clamitando aut « obiurgando, quibus modis discidia verius offensionesque gignun- « tur, aut certe augentur.

Non fuerunt submissi Vicario Christi, siquidem Episcopis obstiterunt.

Inanis pariter et subdola sacerdotis Ioannis Kowalski ad socios erroris adhortatio de pace restituenda, si contra legitimos pastores blaterationes ac rebellionum fomenta perdurent atque audaces mandatorum episcopalium violationes.

Eorumque mandata violarunt.

Quamobrem, ne Christifideles et quotquot ex sic dictis *Mariavitis* sacerdotibus in bona fide perstiterunt, ludificationibus memoratae mulieris ac sacerdotis Ioannis Kowalski diutius decipiantur, decretum iterum confirmamus, quo *Mariavitarum* consociatio, illegitimo irritoque consilio inita, omnino supprimitur, eamque suppressam reprobatamque declaramus, firma manente prohibitione, ne qui e sacerdotibus, eo tantum excepto quem Plocensis Episcopus, pro sua prudentia, confessarium deputaverit, ad mulierem quam diximus, quovis praetextu accedere aut eam excipere audeant.

Quare confirmatur suppressionis decretum.

Et accessus ad dictam mulierem prohibetur.

Vos autem, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur, ut sacerdotes errantes, statim ac sincere resipuerint, paterna caritate

Si errantes sacerdo-

amplectamini, eosque rite probatos ad munia sacerdotalia, ductu vestro, denuo obeunda vocare non renuatis. Quod si, spretis adhortationibus vestris, in sua contumacia perseveraverint — quod Deus avertat — muneris erit Nostri severius in eos animadvertendi. Christi vero fideles, nunc ignoscenda ludificatione deceptos, in rectam reducere viam studeatis ; atque in dioecesibus vestris christianae pietatis exercitia, multiplicibus Sedis Apostolicae documentis iam diu recenterque comprobata, eo alacrius foveatis quo liberius nunc, Deo dante, apud vos ministerium suum sacerdotes exercere fidelesque antiquae pietatis exempla aemulari valent.

tes resipiscant, cum caritate excipiantur.

Si fuerint contumaces, erit in eos animadvertendum.

Episcopi fideles ad antiquam pietatem reducere conentur.

Interea, caelestium beneficiorum auspicem, paternaeque nostrae benevolentiae testem, Venerabiles Fratres, et clero populoque universo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso, Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimur.

Benedictio Apostolica.

Datum Romae apud S. Petrum die V aprilis MDCCCCVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

Dies (5 april. 1906).

PIUS PP. X.

---

131. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (25 maii 1906)

RESPONSUM DE EXTENSIONE PRIVILEGII MISSAE VOTIVAE IMM. CONC.

Ordinis Minorum Cappuccinorum, prov Tirolis Septentrionalis

Orator.

Rev. Fr. Franciscus Tischler, Lector Ordinis Minorum Cappuccinorum in Provincia Tirolis Septentrionalis, Sacrorum Rituum Congregationi exposuit, quod Rescripto Apostolico diei 14 martii vertentis anni eadem Sacra Congregatio privilegium, quo gaudet Ordo Fratrum Minorum Cappuccinorum celebrandi Missam votivam de Immaculata Conceptione B. M. V., extendi concessit etiam ad Ecclesias et Oratoria Religiosarum Congregationum, quae in horis canonicis persolvendis et Oratoria Religiosarum Congregationum, quae in horis canonicis persolvendis Calendario Ordinis Minorum Cappuccinorum legitime utuntur. Quaeritur an terminis « *in horis canonicis persolvendis* » comprehendantur omnes etiam Religiosae Congregationes quae quidem legitime Calendario Minorum Cappuccinorum utuntur quod ad Missam etc., loco autem horarum Canonicarum officium parvum B. M. V. tantum recitant ?

Memorato indulto S. Sedis,

Quaerit *an istud valeat de Congregationibus quae in sola Missa calendario Fratrum Minorum utuntur.*

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito R^mo^ P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Cappucinorum, exquisitaque sententia Commissionis Liturgicae, respondendum censuit : « Affirmative, iuxta Decretum Ordinis Fratrum Minorum 15 aprilis 1904 ad I. »

Responsum : *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 25 maii 1906.

Dies (25 maii 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

† *D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.*

---

132. — SS. D. N. PII PAPAE X

MOTUS PROPRIUS 26 MAII 1906

Duas congregationes exstinguens

Memoratur institutio Congr. super Disciplina Regulari,

Sacrae Congregationi super negotiis Episcoporum et Regularium providentissime constitutae duplicem aliam Romani Pontifices, decessores Nostri, congruenter necessitatibus temporum adiecerunt. Nam Innocentius XII, ad tuendam in religiosis Italiae familiis sancti instituti integritatem, die XVIII iulii an. MDCXCV Const. *Sanctissimus*, Congregationem instituit *super Disciplina Regulari*; quae quidem Congregatio, praeter propriam provinciam, conservandi scilicet inviolatam in Italia disciplinam religiosorum Ordinum internam, propositum habuit, opportuna Summo Pontifici consilia suggerere quae ad fovendam et reparandam eam ipsam disciplinam etiam extra Italiam pertinerent. Pius autem IX fel. rec. Congregationem *de Statu Regularium Ordinum*, quam ab Innocentio X fundatam Innocentius XII sustulerat, decreto die VII septembris an. MDCCCXLVI edito tamquam extraordinariam restituit, eiusque hoc voluit esse munus, quod memoratae modo Congregationis partim fuerat, disciplinam in religiosis Ordinibus per universam Ecclesiam instaurare *novisque fovere decretis*.

Eiusdemque obiectum.

Item Congr. de Statu Regularium Ordinum,

Eiusque pariter obiectum.

Praestat iam ut ambae coalescant cum C. Episc. et Regul.

At vero, mutatis hodie adiunctis rerum ac temporum, iam non satis esse causae videtur, cur hae duae Congregationes a Congregatione Episcoporum et Regularium distinctae permaneant; multum esse, cur ipsae cum illa coalescant, nempe ut religiosorum negotia melius et facilius, servato rerum ordine ac similitudine, expediantur. Eo magis, quod Congregatio super Disciplina regulari iam diu communi utitur Cardinali Praefecto, et communis cum Congregatione Episcoporum et Regularium est utriusque Secretarius: Congregatio autem de Statu Regularium Ordinum munus sibi demandatum iam magna ex parte ad exitum feliciter adduxit. Itaque hisce omnibus mature perpensis, Nos Motu proprio Congregationem tum super Disciplina Regulari tum de Statu Regularium Ordinum penitus abolemus, abolitasque esse declaramus, ac facultates ipsarum omnes in Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium perpetuo transferimus. Quod autem his litteris decretum est, ratum firmumque auctoritate Nostra Apostolica iubemus esse, contrariis quibusvis minime obstantibus.

Abolitae igitur declarantur.

Rato firmoque decreto.

Datum Romae apud S. Petrum die 26 maii anno millesimo nongentesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.

Dies (26 maii 1906).

PIUS PP. X.

Annotatio

De binis istis Congregationibus egimus in opere *De Religiosis*, t. I, n. **391**, **392**. Ceterum et munus quo defungebantur et ratio cur supprimantur ea luce ex ipso Decreto apparent, ut aliis addendis commentariis supersedere possimus.

133. — SS. D. N. PII PAPAE X

MOTUS PROPRIUS 16 IUL. 1906

De religiosorum sodalitatibus nisi consulta Apostolica Sede non instituendis

PIUS PP. X

Motu proprio

I. **Introductio.**

Opportunitas novarum Familiarum religiosarum.

Describuntur istae familiae,

Et laudibus efferuntur.

Disciplinae perturbatio et confusio ex nimia frequentia.

Factae iam provisiones a S. Pontifice vel S. C. Ep. et Regul.

Malum cui nondum est satis prospectum.

II. **Sanctiones.**

1. Necessaria licentia Apostolica.

2. Modus licentiam impetrandi.

Dei providentis benignitatem, opportune Ecclesiae temporibus subvenientem, cum alia multa ostendunt, tum hoc praeclare, quod veteribus religiosorum Ordinibus ob conversionem publicarum rerum dispersis afflictisque, nova instituta accessere, quae, professionem religiosae vitae retinendo, ingravescentibus christiani populi necessitatibus multipliciter deserviunt. Illas hoc loco, ut apparet, utriusque sexus Familias dicimus, proprio et titulo et habitu distinctas easdemque solo simplicium votorum aut nullo id genus vinculo astrictas, quarum sodales, licet in plures distributi domos, iisdem tamen legibus ac sub uno summo praeside omnes vivunt, eo proposito, ut perfectionem virtutis ipsi assequantur, seque proximorum causa in variis religionis aut misericordiae operibus exerceant. Profecto sodalitatum istiusmodi, tam bene de Ecclesia deque ipsa civili societate merentium, sperandum est, numquam defuturam copiam : hodieque libet agnoscere, usque adeo eas increbuisse, ut nullum videatur esse ministrandae caritatis christianae genus, quod illae reliquum fecerint. Verumtamen, quae est humanae condicionis infirmitas, ex ipsa ista talium sodalitatum frequentia, nisi temperatio aliqua iuris accesserit, fieri non potest quin aliquando sacrae disciplinae perturbatio quaedam oriatur et confusio. Itaque ad hoc avertendum incommodum plura iam Apostolica Sedes edixit ; nominatimque cavit, ne ibi sodalitas nova conderetur, ubi per alias iam conditas necessitatibus loci satis consultum esset ; neve ulla usquam sineretur institui, quae aut reditibus careret ad sodalium victum necessariis, aut quicquam minus decorum in titulo, in habitu, in opere exercendo prae se ferret. Praeterea Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium negotiis praepositum nonnulla praescripsit antea servanda, quam hae sodalitates earumque constitutiones approbatione aut laude Sedis Apostolicae honestarentur. At vero experimentis compertum est, nondum per has praescriptiones satis esse provisum, ne sodalitates ab suis exordiis in eo statu collocentur, unde postea, cum Apostolicae Sedis comprobatio erit assequenda, debeant magno saepe cum detrimento recedere. Quare, de eiusdem Sacri Consilii sententia, haec Nos quae infra scripta sunt, motu proprio statuimus :

I. Nullus Episcopus aut cuiusvis loci Ordinarius, nisi habita Apostolicae Sedis per litteras licentia, novam alterutrius sexus sodalitatem condat aut in sua dioecesi condi permittat.

II. Ordinarius, huius licentiae impetrandae gratia, Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium negotiis praepositum adeat per libellum supplicem, quo haec docebit : quis qualisque sit novae

sodalitatis auctor, et qua is causa ad eam instituendam ducatur ; quibus verbis conceptum sit sodalitatis condendae nomen seu titulus ; quae sit forma, color, materia, partes habitus a noviciis et professis gestandi ; quot et quaenam sibi opera sodalitas assumptura sit ; quibus opibus tuitio eiusdem contineatur ; an similia in dioecesi sint instituta, et quibus illa operibus insistant.

3. Vis factae licentiae.

III. Accepta Sacri Consilii venia, nihil iam obstabit, quominus Ordinarius novam sodalitatem instituat aut institui permittat, eo tamen titulo, habitu, proposito, ceterisque rebus ab ipso Sacro Consilio recognitis, probatis designatisve : quae numquam deinceps, nisi eodem consentiente, immutari licebit.

4. Constitutiones quomodo condantur.

IV. Conditae sodalitatis constitutiones Ordinarius recognoscat : verum ne prius approbet, quam eas ad normam eorum, quae Sacrum Consilium in hac causa decrevit, exigendas curaverit.

5. Novi Instituti Regimen.

V. Instituta sodalitas, quamvis decursu temporis in plures dioeceses diffusa, usque tamen, dum pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit, Ordinariorum iurisdictioni subiaceat, ut Decessoris Nostri constitutione « *Conditae* » sancitum est.

Clausulae.

Quae vero per has litteras decreta sunt, ea Nos rata et firma esse volumus, contrariis quibusvis minime obstantibus.

Dies (16 iul. 1906).

Datum Romae apud S. Petrum die XVI iulii anno MCMVI, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X

ANNOTATIO

Motus proprii huius momentum suasit rursus ut in locum consuetarum Annotationum ordinatam quandam subiciamus istius legis declarationem. Hanc posuimus inter Quaesita varia, supra p. 101.

---

134. — SS. D. N. PII PP. X

DECRETUM 16 IUL. 1906

De modo quo conficienda est triennalis relatio de Instituto votorum simplicium

Obligatio mittendae triennalis relationis memoratur, huiusque celebratur utilitas.

In approbandis seu commendandis novis Institutis votorum simplicium iampridem praescribi consuevit ut a moderatoribus seu moderatricibus generalibus tertio quoque anno ad S. Sedem Apostolicam transmittatur relatio de statu personali, disciplinari, materiali et oeconomico propriae cuiusque congregationis. Huiusmodi enim relatione singula Instituta, quorum domus in variis exstant dioecesibus dissitisque locis, explorata perspectaque fiunt eidem S. Sedi ; quae idcirco continua providentia ea prosequi, et, si quando a legibus deflectere videantur, sive cohortationibus sive correctionibus mandatisque ad pristinam observantiam revocare potest.

Apta tamen ratione faciendae est relatio.

Cum vero perspicuum sit parum vel nihil utilitatis inesse praedictae relationi si, uti non raro factum est, fusius expositis quibusdam ad rem minus facientibus, vix innuantur aut plane reticeantur ea quae potissimum cognoscere oportet ; hinc ad optatum finem facilius ac

tutius assequendum peropportuum visum est, ut etiam modus et ratio conficiendi relationem omnibus et singulis ad quos spectat, communi lege praescribatur.

Hinc confectus Elenchus in plenaria S. Cong. coetu approbatus.

Itaque haec S. Congregatio negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita redigendum curavit elenchum quaestionum quibus distincte indicantur ea omnia quae in relatione utiliter seu necessario sunt exponenda, eumque, post maturum examen, in plenario Emorum Patrum coetu approbatum, cum omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus generalibus Institutorum, per modum *instructionis*, cui sese conformare oporteat, communicandum esse censuit.

Approbatio S. Pontificis et praeceptum factum superioribus.

His autem relatis SSmo Dno Nostro Pio Divina Providentia PP. X in audientia habita ab infrascripto Cardinali eiusdem S. Congregationis Praefecto die 17 iunii 1906, Sanctitas Sua rem ultro probavit, iussitque per hanc ipsam S. Congregationem omnibus et singulis moderatoribus et moderatricibus Institutorum vota simplicia profitentium Apostolica Auctoritate mandari, prout praesentis decreti tenore mandatur, ut in triennali relatione proprii cuiusque Instituti ad singulas quaestiones in elencho hisce litteris adiuncto conscriptas et ab Eadem Sanctitate Sua approbatas confirmatasque, memores rationis quam Deo, cordium scrutatori, reddituri erunt, fideliter atque examussim respondeant : contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus.

Derogatio amplissima contrariorum.

Datum Romae ex Secretaria praefatae S. Congregationis, die 16 iulii 1906.

Dies (16 iul. 1906).

D. Card. FERRATA, *Praefectus.*
Ph. Giustini, Secretarius.

INSTRUCTIO

SEU

ELENCHUS QUAESTIONUM

ad quas respondendum est a moderatoribus seu moderatricibus generalibus Institutorum vota simplicia profitentium in relatione ad S. Sedem tertio quoque anno transmittenda

PRAEMITTENDA

1. Doceatur quae decreta approbationis seu commendationis et quando Institutum a S. Sede obtinuerit.
2. Quisnam sit finis sive scopus peculiaris Instituti.
3. Num titulus Instituti ab initio assumptus aut scopus vel habitus sodalium aliquatenus postmodum immutati fuerint et quanam auctoritate.
4. * Quot sodales ab initio usque in praesens, aut saltem ultimo vicennio, habitum Instituti induerint.
5. * Quot sodales a fundatione Instituti usque in praesens, aut

* Ad interrogationes aut interrogationum partes asterisco notatas non nisi in prima, post promulgatam hanc instructionem, relatione respondendum erit.

saltem ultimo vicennio, et quomodo ab eo recesserint, sive tempore noviciatus, sive post emissa vota temporanea, sive post emissa vota perpetua. Num et quot fuerint *fugitivi*.

6. Quandonam ultima relatio ad S. Sedem missa fuerit

I. De Personis

a) De admissis.

7. Quot novi sodales ab ultima relatione admissi fuerint.

8. Num omnes praescripta testimonia exhibuerint.

9. Num speciali aliquo modo seu industria ad nomen Instituto dandum quis allectus fuerit; et praesertim num ephemeridum ope moderatores hunc in finem usi sint.

10. (*In Institutis religiosorum*). Num litterae testimoniales per Decretum *Romani Pontifices* praescriptae in singulis casibus expetitae fuerint.

11. Quotiens et super quibus impedimentis seu defectibus dispensatio necessaria fuerit et a quonam superiore ecclesiastico concessa.

12. In quanam domo et quanto tempore Postulantes seu candidati commorati fuerint.

b) De Noviciis.

13. Quot sint domus Noviciatus et num unaquaeque auctoritate S. Sedis instituta sit.

14. Quot novicii post ultimam relationem habitum Instituti susceperint.

15. Quot nunc in Noviciatu degant.

16. Num Novicii a Professis rite separati exsistant.

17. Num omnes habeant integrum exemplar Constitutionum.

18. Num omnes ante professionem per annum integrum et continuum in domo Noviciatus sub cura magistri degerint.

19. Num, quantum et qua auctoritate, tempus Noviciatus ultra terminum in constitutionibus praefinitum prorogatum vel imminutum fuerit.

20. Utrum Novicii primo noviciatus anno vacaverint tantummodo exercitiis pietatis, an aliis etiam et quibus operibus addicti fuerint.

21. Num durante secundo anno Noviciatus (ubi peragitur) novicii in alias domus missi fuerint.

22. (*In Institutis Sororum*). Num ante admissionem ad habitum et ad primam professionem Episcopus vel eius delegatus examen praescriptum instituerit.

c) De Professis.

23. Quot nunc sint in Instituto sodales *a)* votorum temporaneorum, *b)* votorum perpetuorum.

24. Num vota temporanea semper tempore debito fuerint renovata.

25. Num sodales tempore debito ad vota perpetua admissi fuerint post elapsum tempus votorum temporaneorum.

26. Quot sodales sive professi sive novicii post ultimam relationem obierint.

d) De egressis et dimissis.

27. Quot post ultimam relationem ab Instituto recesserint *a)* ex noviciis, *b)* ex professis temporaneis, *c)* ex professis perpetuis.

28. Num in dimittendis sodalibus semper observatae fuerint normae in Constitutionibus praescriptae.

29. Num semper et a quo superiore ecclesiastico, in casibus dimissionis, obtenta fuerit dispensatio super votis emissis.

30. (*In Institutis Sororum.*) Num in casibus dimissionis professarum in perpetuum accesserit confirmatio apostolica.

31. (*In Institutis virorum.*) Num in dimittendis sodalibus semper et in omnibus observatum fuerit Decretum *Auctis admodum ;* et nominatim num in casu professi perpetui, vel professi votorum temporaneorum quidem, sed constituti in Ordine sacro, Moderatores Instituti :

a) praemiserint trinam monitionem ;

b) admiserint, concesso congruo tempore, legitimam rei defensionem, eiusque rationem debitam habuerint :

c) an quotiens et qua facultate processerint summario modo.

32. (*In Institutis Sororum.*) Num egressis quacumque de causa dos, quomodolibet constituta, integre tradita fuerit, una cum supellectili quam ad Institutum attulerant, in eo statu in quo tempore egressus reperiebatur.

33. Num iis quae propriis bonis destitutae erant, in casu egressus ex Instituto, necessaria suppeditata fuerint, quibus tuto et decenter in propriam familiam reverti potuerint.

II. De Rebus

a) De domibus.

34. Quot domos Institutum habeat, et in quibusnam dioecesibus : an et quot habeat provincias.

35. An et quot novae domus post ultimam relationem apertae fuerint ; et an in omnibus intercesserit legitima auctoritas et servata fuerit ratio in constitutionibus praescripta.

36. Quot sodales diversarum classium in singulis domibus commorentur ; et (si diversa opera ab Instituto exerceantur) quibusnam operibus addicti sint.

37. Num post ultimam relationem domus aliqua suppressa fuerit et cuiusnam auctoritate.

38. Utrum singuli sodales proprias cellas habeant, an saltem in communi dormitorio suum quisque cubile convenienter ab omnibus aliis separatum.

39. Num infirmis curandis separatus locus undequaque aptus addictus sit.

40. Num pro recipiendis hospitibus adsint in domo cubicula sufficienter, ut decet, a communitate religiosa separata.

41. (*In Institutis Sororum.*) Num habitatio Cappellani sive confessarii ingressum separatum, et nullam cum Sororum habitatione communicationem habeat.

b) De bonis.

42. Quinam fuerint ab ultima relatione annui reditus et expensae *a)* tum Instituti in communi, *b)* tum uniuscuiusque domus.

43. Num ab ultima relatione sive Institutum in communi, sive certae domus in particulari nova mobilia vel immobilia et cuius valoris obtinuerint.

44. Num pecuniam semper utili fenore et honesto ac tuto collocaverint.

45. Utrum et quam iacturam bonorum suorum, post ultimam relationem, fecerint, vel damna subierint, et qua de causa.

46. Num et quae bona sive immobilia sive mobilia pretiosa abalienaverint, et qua facultate.

47. Num illorum bonorum, quae *capitalia* vocantur, partem aliquam consumpserint.

48. Num arca communis vel domus aliqua particularis aere alieno gravetur, et quanto.

49. Num ab ultima relatione nova debita contraxerint ; quaenam, et qua auctoritate.

50. Num unaquaeque domus procuratorem sive oeconomum, distinctum a Superiore domus et ab oeconomo generali, habeat.

51. Num Procuratores, sive generalis sive locales, rationem suarum administrationum praescriptis temporibus reddiderint ; et an huiusmodi rationes modo praescripto examinatae et approbatae fuerint.

52. Num lites de bonis habeant.

53. Num in omnibus domibus adsit arca tribus clavibus clausa ; et an serventur leges ad rem latae.

54. Num et quo pacto pecuniam sive res pretiosas, a saecularibus depositas, custodiendas acceptaverint.

55. (*In Institutis Sororum.*) Utrum dotes Sororum iuxta leges canonicas in tuto ac fructifero investimento collocatae fuerint ; an et quae earum pars, quo modo et cuius permissu, in expensas faciendas insumpta fuerit.

56. Num et quaenam legata pia seu fundationes in Instituto, sive pro missis celebrandis, sive pro operibus caritatis exercendis, exsistant.

57. Num huiusmodi onera fideliter adimpleta fuerint.

58. Num pecunia, qua huiusmodi fundationes factae fuerunt, rite collocata et seorsum ab aliis quibuslibet administrata fuerit.

59. Num Episcopo iuxta Constitutionem *Conditae* de huiusmodi fundationibus ratio reddita fuerit.

60. Quantum superfluae pecuniae in fine cuiuslibet anni a singulis domibus in arcam communem collatum fuerit.

61. Utrum sponte an invite huiusmodi pecuniae collatio ab omnibus facta fuerit.

62. An superiorissa vel oeconoma habeat pecunias, de quibus libere, etsi pro bono Instituti, disponat, quin ullam rationem reddat.

III. De Disciplina

a) De vita religiosa.

63. Num in unaquaque domo exercitia spiritualia pro singulis diebus, mensibus, annis vel aliis certis temporibus statuta accurate peragantur.

64. Num omnes sodales cotidie missae sacrificio assistant.

65. Utrum omnes sodales exercitiis communibus interesse possint, et an illis qui quandoque pro negotiis domesticis ab aliquo exercitio communi eximuntur, saltem concedatur tempus privatim illud peragendi.

66. Num observetur Decretum *Quemadmodom a)* quantum ad conscientiae manifestationem non exigendam, *b)* quod ad sacramentalem confessionem ; num pariter servetur decretum *Sacra Tri-*

dentina circa communionem eucharisticam; et an utrumque Decretum statis temporibus lingua vernacula in communi legatur.

67. Num in Institutis Sororum ubique quovis triennio confessarius ordinarius mutetur, vel debita auctoritate confirmetur.

68. Num praescriptiones de clausura servanda in parte domus Religiosis reservata fideliter observentur.

69. Num Religiosis frequenter permittatur locutorium adire et an Constitutiones in hac re serventur.

70. Num Religiosis e domo egredientibus semper a Superioribus socius addatur.

71. Num, qua ratione et quibus temporibus habeantur institutiones catechisticae et piae exhortationes ad conversos aliosque alumnos nec non ad famulos seu convictores.

72. Num scripta circa pietatem, religionem, etc. etiam ad usum Instituti tantum, typis edantur absque Episcopi licentia.

73. Num et quibus libris, sive antiquis sive recentioribus, etiam manu scriptis, sola moderatorum Instituti licentia editis, sodales utantur.

b) De observantia quarundam specialium legum.

74. Num omnia circa Capitulum Generale praescripta diligenter observata fuerint: *a)* quod ad litteras convocatorias; *b)* quod ad electionem delegatorum; *c)* quod ad electionem scrutatorum et secretarii; *d)* quod ad electionem Moderatoris generalis; *e)* quod ad electionem Consiliariorum, Oeconomi et Secretarii generalium.

75. Num omnino liberum fuerit sodalibus litteras quae ab inspectione Superiorum exemptae sunt, sive scribere sive recipere.

76. Num lex de mutandis Superioribus post statutum tempus fideliter observetur. Num, quot dispensationes et a quo super hac lege impetratae fuerint.

77. Num Moderator Generalis et Superiores Provinciales praescriptam domorum visitationem rite peregerint.

78. Num Moderator Generalis et Superiores sive Provinciales sive locales praefinitis temporibus consiliarios suos convocent, ut cum iis agant de negotiis sive Instituti sive Provinciae sive domus.

79. Num in deliberationibus debita libertas consiliariis servata fuerit.

80. Num in Consilio Generali electiones libere et iuxta normas praescriptas factae fuerint.

81. Utrum omnibus sodalibus necessaria, praecipue quod ad victum et vestitum, a Superioribus ea qua decet caritate paterna suppeditentur, et an forte sint qui haec sibi ab extraneis procurent.

82. An alicubi sodales sint numero insufficientes, ita ut nimis graventur laboribus cum gravi valetudinis discrimine.

83. Num provideatur ne quid desit infirmis ex iis quibus iuxta propriam cuiusque condicionem indigent, atque ut in corporalibus et spiritualibus necessitatibus qua par est caritate subleventur.

84. (*In Institutis Clericorum.*) Quot annis clerici vacent studiis *a)* litterarum humaniorum, *b)* philosophiae, et *c)* theologiae.

Quatenus autem studia domi peragantur, quot professores singulis disciplinis tradendis sint addicti.

85. Num omnes studentes:

a) integrum cursum studiorum perfecerint antequam e domo studiis destinata exierint;

b) ante promotionem ad sacros Ordines studia per pontificium

decretum *Auctis admodum* respective praescripta rite perfecerint ;

c) cetera omnia a sacris canonibus pro admissione ad Ordines requisita (circa titulum Ordinationis, litteras dimissorias, etc.) religiose observaverint.

86. Num Pontificia decreta statis temporibus publice legenda, re ipsa lecta fuerint.

c) De operibus Instituti.

87. Quot personis (vel classibus personarum) beneficia contulerint sodales iis operibus quibus iuxta scopum sui Instituti sese devovent.

88. Si numerus istarum personarum post ultimam relationem alicubi imminutus fuerit, indicentur rationes.

89. (*Pro institutis quae stipem ostiatim colligunt.*)

a) An ex constitutionibus clare et certo constet de iure seu officio stipem ostiatim colligendi ;

b) Num decretum *Singulari* d. d. 27 mart. 1896 ipsis Constitutionibus insertum sit ;

c) Num illud decretum in omnibus religiose observetur.

90. Num ab Institutis Sororum habeantur in suis domibus diversoria aut valetudinaria pro personis quibuscumque, etiam diversi sexus ; et quatenus affirmative, cuius licentia et quibus cautelis.

91. Num et quomodo Sorores in seminariis vel collegiis vel quibuscumque ecclesiasticorum virorum domibus rem domesticam gerendam assumpserint.

92. Num Sorores opera quaedam caritatis exerceant (v. g. erga infantes aut parturientes aut chirurgi cultro incisos) quae virgines Deo dicatas et habitu religioso indutas dedecere videntur.

93. Num Sorores, quae infirmis in privatorum domiciliis inserviunt, praescriptas a Constitutionibus cautelas semper adhibeant.

94. Num Superiores permiserint commorationem sodalium in domibus saecularium, et quanto tempore.

95. (*Pro Institutis Religiosorum.*) Num aliquod Institutum Sororum quasi ab ipsis dependens, sibique aggregatum, directe vel indirecte, retineant vel dirigant et quanam auctoritate.

96. Num post ultimam relationem aliquod novum opus, vel potius nova species operum aliis iam exsistentibus adiuncta fuerit, et quanam auctoritate.

97. Num in Instituto vel in aliquibus domibus irrepserint abusus et qui ?

98. Num querelae vel difficultates exsistant *a)* cum Ordinariis locorum, *b)* cum confessariis, *c)* cum cappellanis.

Responsa autem ad suprascriptas quaestiones non solum a moderatore seu moderatrice generali, sed etiam a singulis consiliariis seu assistentibus generalibus, praevio maturo examine, signanda erunt.

Quod si quis ex iisdem consiliariis seu assistentibus aliquid magni momenti praeterea S. Sedi significandum esse putaverit, id etiam per privatas atque secretas litteras praestare poterit. Verumtamen memor ipse sit condicionis suae et sciat conscientiam suam graviter oneratum iri, si quid a veritate alienum secretis eiusmodi litteris exponere audeat.

D. Card. FERRATA, *Praefectus.*

L. † S.

Ph. Giustini, Secretarius.

BIBLIOGRAPHIA [1]

N. B. *Quamvis de nullo opere censuram facere nobis sit propositum, eorum tamen quae ad nos pervenerunt magis completam damus indicationem. His porro signis varios designamus libellos periodicos, ubi de operibus allatis facta est censura.*
A. B. = ANALECTA BOLLANDIANA (Bruxellis, t. XXV).
A. E. = ANALECTA ECCLESIASTICA (Romae, t. XIV).
C. = LE CANONISTE CONTEMPORAIN (Parisiis, t. XXIX).

De Theologia Ascetica

Rmus H. Parkinson. S. T. D., Rector Collegii S. Mariae de Oscott. *Refectio spiritualis, alumno clerico meditanti proposita.* Brugis. BEYAERT. 1906. 2 vol. in-16, 592 et 560 p. 5,00 frs.
I Vol. Pars I. Via Perfectionis Sacerdotalis.
Pars II. De vita Christi Salvatoris.
II Vol. Pars III. Iter per liturgicum annum.
Pars IV. De Sanctis Dei.
Pars V. De Singulis Ordinibus.

De indulgentiis

Franz Beringer, S. J. *Die Ablässe, ihr Wesen und Gebrauch.* Paderborn, Schöningh, 1906. 1 vol. in-8° XXIII, 859-64 p. Erster Teil : Die Katholische Lehre und allgemeine kirchliche Bestimmungen über die Ablässe. — Zweiter Teil : Die einzelnen Ablassbewilligungen. I Abschnitt. Gebete, fromme Uebungen und Werke der Liebe die mit Ablässen bereichert sind. II Abschnitt. Andachtsgegenstände, Orte und Zeiten an welche Ablässe geknüpft sind. III Abschnitt. Bruderschaften, Kongregazionen und fromme Vereine. — Dritter Teil, Verschiedene Formulare.

De iurisprudentia forensi

Ian. Simeone. *Tractatus de canonica dioecesium Visitatione.* Altera editio. Napoli, Pisanzio, 1904, in-4° VIII, 124 p. Pars prima. De subiecto activo et passivo SS. Visitationis. — Pars secunda. De actuali visitatione. — Pars tertia. De locali, reali et personali visitatione. — Pars quarta. De S. Visitationis effectibus. — Appendix. Exemplaria edictorum, relationum, etc.

---

[1] Tous les ouvrages cités dans la Bibliographie sont en vente chez M. Beyaert, Libraire, Bruges.

Salvatore Trama. *Manuale theorico-practicum pro conficiendis processibus sive ordinariis sive apostolicis in causis beatificationis et canonizationis servorum Dei.* Editio altera. Napoli, Pisanzio. 1904, in-8°, 367 p.

Salvatore Trama. *Manuale teorico-pratico per gli ufficiali delle curie ecclesiastiche.* Napoli, Pisanzio. 1904, in-8°, 183 p. Sezione I. Matrimonii. — Sezione II. Clero. — Sezione III. Monache. — Sezione IV. Visita pastorale.

De Liturgia

H. Casier. *Le Décret général de la S. Congrégation des Rites du 27 juin 1893 sur les fêtes primaires et secondaires appliqué à leurs octaves.* Tournai, H. et L. Casterman.

Beniaminus Panin, in Semin. Ep. Tarvisino, Rectoris vice fungentis. *Praxis sollemnium functionum Episcoporum. cum appendicibus pro Abbatibus mitratis et Protonotariis apostolicis, iuxta Ritum Romanum.* Romae 1906. apud Fred. Pustet. (A. E. t. XIV, p. 316.)

De theologia dogmatica

I. Souben, O. S. B. *Nouvelle théologie dogmatique.* Fasc. VI. La grâce et les vertus infuses. Paris, Gabriel Beauchesne et Cie, 1905, in-8°, de 163 p. Première partie. La grâce actuelle. Chap. I. En quoi consiste la grâce actuelle. — Chap. II. De l'acte surnaturel. — Chap. III. La grâce efficace et la grâce suffisante. — Chap. IV. Les systèmes orthodoxes. — Chap. V. Critique des systèmes. — Chap. VI. La grâce et la vie chrétienne. — Deuxième partie. La grâce sanctifiante. Chap. I. La théorie catholique et la théorie protestante. — Chap. II. L'inhabitation du Saint Esprit. — Chap. III. La nature de la grâce sanctifiante. — Chap. IV. Les vertus infuses. — Notes. I. La grâce et l'argument liturgique. — II. Fragment d'une lettre de St Vincent de Paul sur le jansénisme.

De theologia morali

P. Fr. Andrea Tarani a Spalannis, O. F. M. *Manuale theoretico-practicum pro minoribus Paenitentiariis apostolicis,* in-8, de 860 p. — Romae, Pustet, 1906. (C. p. 440, et A. E. p. 216.)

J. B. Ferreres, S. J. *La mort réelle et la mort apparente et leurs rapports avec l'administration des sacrements.* Étude physiologico-théologique. Traduction française faite sur le 3me édition espagnole par le Rév. Docteur **J. B. Geniesse,** avec *Notes et Appendices* du même. Paris, Gabriel Beauchesne et Cie 1906. 1 vol. in-8° 466 XVI p. — Art. I. Importance du traité. — Art. II. Étude remarquable de la question faite par l'académie des SS. Cosme et Damien de Barcelone. — Art. III. Administration du baptême aux fœtus et aux nouveau-nés que l'on croit dans l'état de mort apparente. — Art. IV. De l'administration des sacrements aux adultes problablement vivants quoique se trouvant dans l'état de mort apparente.

(Intermittitur).

135. — SS. D. N. PII PP. X

DECRETUM 22 AUG. 1906

De quotannis recolenda consecratione generis humani ad SS. Cor Iesu

URBIS ET ORBIS

Occasio et finis instantiae factae.

Quo perennis exstet memoria illius amplissimi religionis actus, quo f. r. Leo XIII, anno 1899, sub die 25 maii augustissimo Cordi Iesu totius humani generis communitatem devovere decrevit, et salutares qui ex illo fructus emanarunt iugiter perseverent, preces sunt delatae SS. D. N. Pio PP. X. ut, apertis quoque indulgentiarum thesauris, die festo eiusdem SS. Cordis, illum consecrationis actum quotannis esse recolendum edicere dignaretur.

Prona SSi voluntas.

Has porro preces eadem Sanctitas Sua peramanter excipiens, et summopere exoptans, ut in christifidelibus, erga Sacratissimum Cor Iesu iam excitata pietas magis alatur et cuncti per hunc consecrationis actum eidem suavissimo Cordi se ipsos ferventius coniungere satagant, mandavit, ut singulis annis, memorato die festo, in omnibus parochialibus templis nec non in illis, in quibus idem festum agitur, coram Sanctissimo Sacramento publicae adorationi exposito, formula consecrationis, ab eodem Pontifice Leone XIII proposita recitetur, ad quam Litaniae in honorem SS. Cordis erunt adiciendae.

Mandatum.

Indulgentiae.

Sanctissimus vero, universis Christifidelibus, huic piae cerimoniae corde contrito ac devote astantibus, et ad mentem Suam orantibus indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum benigne concessit; iis autem qui sacramentali confessione expiati, etiam ad s. synaxim accesserint, plenariam clementer est elargitus; quas indulgentias animabus igne Purgatorii detentis fore applicabiles declaravit. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Valor perpetuus gratiae.

Derogatio contrariorum.

Dies (22 aug. 1906).

Datum Romae, e Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis propositae, die 22 augusti 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

136. — SS. D. N. PII PP. X VEL S. RIT. CONGR.

INDULTUM 8 AUG. 1906

Indulgentiis fovens celebrationem mensis SS. Cordis

Narrantur preces oblatae ad obtinendas indulgentias.

Nomine sodalicii cuiuspiam Neapolitani, Il Grande Apostolato del messe del S. Cuor, *quod, ex ipso fine suo, pium fovet opus celebrandi mensem SS. Cordis Iesu, scriptae sunt die 11 iul. 1906, litterae devotione plenae ad has impetrandas gratias a S. Pontifice:*

1. Ut in ecclesiis in quibus mensis SS. Cordis sollemniter celebretur, possint fideles, die 30 iunii, lucrari indulgentiam plenariam totiens quotiens, *defunctorum animis applicabilem*;

2. Ut, eadem 30 die mensis iunii, contionatores qui mensem contionibus suis honestarunt et Rectores ecclesiarum in quibus sollemnis facta est mensis celebratio, fruantur favore altaris Gregoriani ad instar.

3. Ut quicumque piam istam exercitationem promovent, indulgentiam lucrentur 500 dierum quotiens opus aliquod fecerint pro eius diffusione vel perfectiore celebratione, praeter indulgentiam plenariam, quotiens in mense iunio eucharistica dape reficiuntur: quae indulgentiae prodesse possint animabus Purgatorio detentis.

His precibus est hoc modo responsum:

Gratiae fons ac dies (8 aug. 1906).

Ex Audientia SS^mi, die 8 Augusti 1906.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. X, qui in votis vel maxime habet, ut pium exercitium *mensis Cordi Iesu Sacratissimo dicati* magis in dies propagetur, et in Christifidelibus saluberrimas sane radices fortius et fructuosius agere conspiciatur, suprascriptis precibus libenter annuens *pro gratia* indulgentias expetitas perpetuo valituras benigne elargiri dignatus est, atque optatam Benedictionem Apostolicam peramanter impertivit.

Pontifex libenter concedit petitas gratias et apostolicam benedictionem.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
Pro D. Panici Archiep. Laodicen. Secret.
Iosephus M. Coselli, Substitutus

Annotationes

1. Tanti momenti sunt istae gratiae, ea praecipue quae primo loco ponitur, ut visum sit illas inserere in Periodico Nostro, quod ad ampliandum cultum SS. Cordis Iesu non parum facere potest. Itaque, huc spectat prior gratia, ut in quacumque ecclesia celebretur sollemniter mensis SS. Cordis Iesu, id est, ni fallimur, *cotidie* per mensem iunium publicae fiant exercitationes in SS. Cordis honorem, possint fideles rite confessi ac sacra dape refecti, die 30 iunii lucrari indulgentiam, similem eius quae die 2 augusti, notissimo *Portiunculae* nomine, est in ecclesiis franciscalibus proposita.

2. De altera gratia putamus Altare ad instar Gregoriani concedi non iis tantum qui cotidie per integrum mensem contionem habuerint, sed iis etiam quotquot, ob contiones habitas, in mensis iunii « praedicatoribus » merito ponantur.

---

137. — S. C. PROPAGANDAE FIDEI

DECRETUM 10 MAII 1905

Laudans Institutum novum Sororum et Constitutiones ad tempus approbans

Instantia facta.

Cum Reverenda Mater Maria Aemilia a SS. Angelis, Priorissa generalis Instituti Sororum Tertii Ordinis S. Dominici congregationis Sanctae Catharinae Senensis, quarum domus princeps est in loco archidioecesis Milwaukiensis Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis qui vulgo dicitur *Racine*, enixe petierit ut Sancta Sedes praedictum Institutum illiusque constitutiones approbare

dignaretur, eius petitio Romanae Commissioni pro examine constitutionum novorum Institutorum ab hac S. Congregatione dependentium institutae, cui Eminentissimus Cardinalis Franciscus Satolli praeest, prout opus erat delata fuit. Praelaudata vero Reverendissima Commissio, attenta huius Instituti pro missionibus in supradicta regione utilitate, de qua litterae commendaticiae Ordinariorum, in quorum dioecesibus Sororum domus exstant, fidem faciunt, et attenta etiam illius aggregatione ad Tertium Ordinem Sancti Dominici a R. P. Magistro Generali peracta, idem Institutum interim laudandum eiusque constitutiones iuxta schema exhibitum, introductis tamen modificationibus prout in annexo exemplari habetur, ad quinquennium per modum experimenti approbandas censuit. Quare haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide, iuxta votum Reverendissimae Commissionis, decretum laudis praefato Instituto et temporaneam praedictam approbationem eius constitutionibus dare decrevit, sperans ipsum tale incrementum consecuturum, ut Sedis Apostolicae approbationem suo tempore obtinere valeat. Quam S. Congregationis sententiam ab infrascripto eiusdem Secretario, in audientia diei 9 maii 1905 SS. D. N. Pio divina Providentia PP. X relatam, eadem Sanctitas Sua in omnibus ratam habere et confirmare dignata est, et super his praesens decretum fieri mandavit.

Votum Commissionis.

Decretum.

Approbatio pontificia.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 10 maii 1905.

Dies (10 maii 1905).

Fr Hieronymus Card. Gotti, *Praefectus.*
Aloysius Veccia, Secretarius.

Annotatio

Observes quam accurate secernantur laus Instituti, approbatio Constitutionum, ipsiusque Instituti approbatio.

---

138. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (8 nov. 1905)

INDULTUM, EX AUDIENTIA SS^mi, VARIA MUTANS IN CALENDARIO CISTERCIENSUM ANT. OBS.

Ordinis Cisterciensis

Ad maiorem uniformitatem habendam cum Kalendario Ecclesiae Universalis, R^mus D. Amedeus De Bie, Abbas Generalis Ordinis Cisterciensis, nomine quoque Capituli Generalis nuper coacti, a SS^mo Domino Nostro Pio Papa X insequentes ritus elevationes ac variationes in Kalendarium ipsiusmet Ordinis inducendas, humillimis precibus expetivit, nimirum :

Orator **petit** *pro Cisterciensi calendario*

1° Ut festum Sacratissimi Cordis Iesu ad ritum duplicem primae classis absque Octava elevetur, extendendo integrum Decretum diei 28 iunii 1889 ad Breviarium Cisterciense.

elevationem ritus festi SS. Cordis Iesu,

2° Ut festum Annuntiationis B. M. V. evehatur ad duplex primae classis sine Octava, recolendum una eademque die cum Ecclesia universali, iuxta Decretum diei 23 aprilis 1895.

Annuntiationis B. M. V.

Exaltationis S Crucis; Assignationem diei fixae pro impedito festo S. Ioseph. Extensionem ad Cisterciences decreti 1896 de orationibus in Missis Defunctorum. Concessio. Dies (8 nov. 1905).

3° Ut festum Exaltationis S. Crucis ad ritum duplicis maioris elevetur, sicut obtinet in Ecclesia universali.

4° Ut extendatur ad Breviarium Cisterciense Decretum diei 13 augusti 1892, quo festum S. Ioseph Conf. Sponsi B. M. V. quotiens impeditum occurrat Dominica Passionis aut quindena paschali, assignetur diei fixae, tamquam propriae sedi.

Demum 5° ut normae quod ad Orationes in Missis Defunctorum praescriptae per Decretum generale diei 30 iunii 1896 extendantur ad Breviarium Cisterciense, firmis manentibus Rubricis de sollemni Ordinis Tricenario.

Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto, benigne precibus annuere dignata est: servatis ceterum peculiaribus Ordinis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 8 novembris 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius.

---

139. — S. C. PROPAGANDAE FIDEI

DECRETUM 18 DEC. 1905

Missiones Carolinae una reguntur Praefectura apostolica

Divisio facta a Leone XIII.

Decreto S. huius Congregationis Fidei propagandae praepositae, die 13 martii anni 1886 dato, Leo f. r. Papa XIII duas Missiones instituit in Insulis Carolinis, unam nempe Carolinarum Orientalium, Occidentalium alteram, easque Minoribus Capulatis Hispanis excolendas commisit.

Instantia pro unione.

Cum nuper autem praelaudati Ordinis Minister Generalis ab hoc S. Consilio petierit ut in illis insulis, quae hodie germanicae dominationi subsunt, loco duarum Missionum, unica erigeretur Praefectura Apostolica, quae Provinciae Westfaliensis eiusdem Ordinis curis traderetur, Emi huius S. Congregationis Propagandae Fidei Patres, in comitiis generalibus

Sententia S. Congr.

die 4 vertentis mensis Decembris habitis, hoc negotium pertractandum suscepere. Re itaque mature perpensa, iidem Emi Patres ad maius rei catholicae incrementum in illis insulis procurandum decreverunt ut loco duarum Missionum illic exsistentium, Insularum nempe Carolinarum Orientalium atque Carolinarum Occidentalium, unica constitueretur Praefectura Apostolica Insularum Carolinarum nuncupata, atque Provinciae Westfaliensis Ordinis Minorum Capulatorum curis excolenda committeretur.

Probatio Pontificia.

Hanc autam Em^orum Patrum sententiam SS^mo Domino Nostro Pio divina providentia PP. X relatam in audientia insequentis diei ab infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Secretario, Sanctitas Sua benigne approbavit ratamque habuit, et praesens ea de re Decretum edi praecepit.

Dies (18 dec. 1905).

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 18 decembris an. 1905.

Fr. H. M. Card. Gotti, *Praef.*
Aloysius Veccia, Secret.

140. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

EX AUDIENTIA SS^mi 6 MAII 1906 DECRETUM 7 MAII 1906

Constitutiones approbans Sororum a S. Iuliana

Dies Audientiae (6 maii 1906).

SS^mus D. N. Pius Divina Providentia Pp. X, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium Praefecto die 6 huius mensis, attentis litteris commendaticiis Antistitum locorum in quibus reperitur Institutum Sororum a S. Iuliana, vulgo *Apostolines du Très Saint Sacrement* nuncupatarum, domum principem habentium in Archidioecesi Mechliniensi, eiusdem Instituti Constitutiones, prout continentur in hoc exemplari, cuius autographum in Archivio praefatae S. Congregationis asservatur, ad sexennium per modum experimenti approbare et confirmare dignatus est, prout praesentis decreti tenore approbat et confirmat, salva Ordinariorum iurisdictione, ad formam SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

Instituti nomen, sedes principalis.

Constitutionum approbatio ad sexennium.

Datum Romae, ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium, die 7 maii 1906.

Dies (7 maii 1906).

D. Card. FERRATA, *Praefectus*,
Ph. Giustini, Secretarius.

---

141. — SS. D. N. PII Pp. X

RESCRIPTUM 8 IUN. 1906

Mutans, ad usum praesertim Monialium, condiciones quarundam indulgentiarum

Orator **Petit:**

Cardinalis Episcopus Barcinonen. S. V. humiliter quae sequuntur exponit:

1. De invocatione, « Cor Iesu sacratissimum. »

1. Apud Monialium Monasteria haud lucrantur Indulgentias invocationi « Cor Iesu Sacratissimum, miserere nobis » concessas, eo quod post Missam Conventualem dictae preces minime recitantur. Optaret igitur Cardinalis Orator, ut Sanctimoniales indulgentias praedictae invocationi annexas lucrarentur eam recitantes post Antiphonam « Angelus Domini », quae ter in die exorari solet.

2. De invocatione, « Dna Nostra SSmi Sacramenti. »

2. Non ita pridem S. V. benigne concessit nonnullas indulgentias pie recitantibus « Domina nostra Sanctissimi Sacramenti ora pro nobis », coram SS^mo Sacramento sollemniter exposito; sed plura exstant Monialium Monasteria in quibus non nisi raro Augustissimum Sacramentum sollemniter exponitur. Optandum ergo esset ut illud in Tabernaculo asservatum, pro iis Indulgentiis sufficiens condicio habeatur.

3. Invocatio Sanctae Familiae.

3. Ad devotionem in Iesum, Mariam et Ioseph magis magisque fovendam, implorat orator, ut fidelibus, eorum nomina coniunctim invocantibus, prouti frequentissimum in Hispania, concedatur totiens quotiens Indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum; nec non Plenaria semel in mense lucranda, pro rite con-

fessis ac Communione refectis, qui dictam invocationem cotidie recitare consueverint.

Conceditur. Iuxta preces in Domino quod ad omnia.

Dies (8 iun. 1906). Die 8 iunii 1906.

PIUS PP. X.

Consignatio S. Congr. Indulg. Praesentis rescripti authenticum exemplar exhibitum fuit huic S. Congnī Indulg. Sacrisque Rel praepositae.

In quorum fidem, etc.

Datum Romae e Secria eiusdem S. Congnis, die 16 iunii 1906.

D. Panici, *Arch. Laodicen., Secret.*

Annotationes

1. Tertia gratia perspicitur non esse Monialium propria, cum novam concedat indulgentiam omnibus fidelibus propositam, quam hic exscribimus quia in eodem continetur supplici libello, nec nimis multis verbis exprimitur.

2. De extensiva ceterum amplitudine qua binae etiam priores gratiae sunt concessae haec sunt observanda :

a) Prior gratia communis videtur omnibus Monialibus quae, vi regulae suae, addicuntur choro, ita ut Missam habeant proprie conventualem.

Vi, inquam, regulae, ne privilegio priventur Moniales illae quae in Belgio et Gallia non iam nisi simplicia nuncupant vota, ita ut communi Monialium stricte dictarum iure iam non regantur.

Per se quidem gratia ista fere non afficit nisi Monasteria votorum sollemnium ; si quae tamen latius dictae Moniales canonicas persolvant horas Missamque audiant conventualem, privilegio isto non excident, ita ut magis observanda videatur circumstantia Missae conventualis, quam votorum qualitas.

b) Altera vero gratia, quamvis per Monialium occasionem sit postulata, verbis generalibus est expressa, ita ut omnibus fidelibus suppressa sit condicio, prius requisita, sollemnis expositionis SSmi Sacramenti.

3. Quaeret quispiam cur post Missam Conventualem Sacratissimum Cor Iesu non imploretur. Ratio petenda est ex responso S. Rituum Congregationis, diei 17 decembris 1888, secundum quam Missa Conventualis, etiam lecta, est Missae cantatae aequiperanda in lege qua Leo XIII Missis privatis tantum annexuit fundendas quasdam preces.

---

142. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ.

INDULTUM 13 IUN. 1906 EX AUDIENTIA SSmi

Concedens Congr. Missionis faciliorem impositionem Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo

Orator. **Petitio.** Augustinus Veneziani, Procurator Generalis Congregationis Missionis, ad pedes S. V. humiliter provolutus, enixe petit indultum, cuius vigore Sacerdotes dictae Congregationis, qui facultate gaudent benedicendi ac imponendi Scapularia B. M. V. de Monte Carmelo,

occasione tantummodo magni concursus illa benedicere valeant, quin teneantur eadem singulis christifidelibus imponere, omissa etiam nominum inscriptione in album confraternitatis.

Et Deum, etc.

Gratia. SS. D. N. Pius PP. X, in Audientia habita die 13 iunii 1906 ab infrascripto Card. Praefecto S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies. Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 13 iunii 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

143. — S. C. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQUIARUM

DECRETUM 13 IUN. 1906

Indulgentiae, Privilegia et Indulta Tertii Ordinis S. P. Dominici

I. — INDULGENTIAE PLENARIAE

A. Pro certis adiunctis vel exercitationibus :

A) Tertiariis ex utroque sexu confessis et S. Communione refectis :

1. Die ingressus in Tertium Ordinem, quo eiusdem habitus recipitur. *Ingressus,*
2. Die professionis. *Professio,*
3. Quotiens potioris vitae studio per octo dies continuos spiritualibus exercitiis vacaverint. *Exercitia spiritualia,*
4. Semel in mense, die cuiusque arbitrio eligendo, si per integrum mensem singulis diebus, per quartam horae partem vel per mediam horam, orationi mentali vacaverint. *Oratio mentalis.*
5. Quo die, canonice ordinati et confessi celebraverint primam Missam vel primae Missae alicuius sodalis astiterint confessi ac S. Communione refecti. *Prima Missa.*

B. Diebus absolutionis generalis.

B) Iisdem Tertiariis, si confessi et Sacra Communione refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint, sequentibus diebus quibus absolutionem generalem seu benedictionem acceperint :

Horum catalogus.

1. Nativitatis D. N. I. C.
2. Paschatis Resurrectionis.
3. Pentecostes.
4. SS^mi Corporis Christi.
5. Immaculatae Conceptionis.
6. Annuntiationis.
7. Assumptionis.
8. SS^mi Rosarii.
9. S. P. Dominici.
10. S. Catharinae Senensis.

C. Pluribus festis diebus.

C) Iisdem Tertiariis, si confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam Ordinis aut Sodalicii devote visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, diebus festis sequentibus :

Hi numerantur.

1. Nativitatis D. N. I. C.
2. Circumcisionis.

3. Epiphaniae.
4. Paschatis.
5. Ascensionis.
6. Pentecostes.
7. SS^mi Corporis Christi.
8. SS^mi Cordis Iesu.
9. Purificationis B. M. V.
10. Annuntiationis.
11. Visitationis.
12. Assumptionis.
13. Nativitatis.
14. SS^mi Rosarii.
15. Patrocinii B. M. V.
16. Praesentationis.
17. Immaculatae Conceptionis.
18. S. Raymundi de Pennafort C. O. N.
19. Translationis S. Thomae Aquin.
20. S. Catharinae de Riccis V. O. N.
21. Translationis S. Catharinae Senensis.
22. S. Thomae Aquinatis Doct. C. O. N.
23. S. Ioseph Sponsi B. M. V.
24. S. Vincentii Ferreri C. O. N.
25. S. Agnetis de Monte Politiano V. O. N.
26. S. Petri Mart. O. N.
27. S. Catharinae Senensis V. O. N.
28. S. Pii V, Papae et C. O. N.
29. S. Antonini C. O. N.
30. Translationis S. P. Dominici.
31. S. Ioannis O. N. et Sociorum MM. Gorcom.
32. S. Mariae Magdalenae Protect. O. N.
33. S. P. Dominici.
34. S. Hyacinthi C. O. N.
35. S. Rosae Limanae V. O. N.
36. Commem. S. P. Dominici in Suriano.
37. S. P. Francisci Assis.
38. S. Ludovici Bertrandi C. O. N.
39. Omnium Sanctorum O. N.
40. S. Catharinae Virg. Mart. Protect. O. N.

Similis gratia tribuitur iis qui intersunt praescriptis anniversariis.

41. Iis qui quattuor anniversariis vel officiis defunctorum in Ordine Praedicatorum praescriptis, uni scilicet pro animabus Fratrum, Sororum ac Tertiariorum ipsius Ord. (die 10 novem.), alteri pro animabus suorum consanguineorum et affinium (die 4 febr.), tertio pro familiarum [1] et benefactorum suorum animabus (die 5 sept.), quarto pro sepultis in eorum Ecclesiis et Coemeteriis (die 12 iul.) devote interfuerint ac confessi et SS. Eucharistiae Sacramentum sumpserint atque uti supra oraverint.

D. In hora mortis.

D) Iisdem Tertiariis morituris, si ut supra dispositi vel saltem contriti SS. Iesu Nomen ore si potuerint sin minus corde devote invocaverint.

II. — Indulgentiae Partiales

A. Septem annorum et quadragen.

A) Septem annorum et totidem quadragenarum :

1. Tertiariis qui saltem corde contrito, diebus in praecedenti

[1] Suspicamur vocem hanc esse positam pro *familiarium*.

capite istius catalogi enumeratis, Ecclesiam Ordinis aut Sodalicii visitaverint ibique ad intentionem Summi Pontificis oraverint.

Visitatio Ecclesiae.

2. Qualibet vice per mediam horam orationis mentalis exercitio devote vacaverint.

Oratio mentalis.

B) Trecentorum dierum :

B. Trecentorum dierum.

Quotiens aliquod pium opus pietatis vel caritatis, corde saltem contrito, exercuerunt.

Pium quodpiam opus.

III. — Indulgentiae Stationales

Diebus Stationum in Missali Romano descriptis, iidem Tertiarii, si Ecclesiam in qua sedes Sodalicii est constituta, vel, ea deficiente, propriam Ecclesiam Parochialem visitaverint ibique ad mentem Summi Pontifis oraverint, easdem Indulgentias consequuntur quas lucrarentur si Ecclesias Urbis in eodem Missali recensitas praefatis diebus personaliter visitarent, dummodo alia pia opera praescripta exercuerint.

Visitatio Ecclesiae pro ecclesiis Urbis.

IV. — Indulgentiae pro recitatione nonnullarum precum

1. Pro Responsorio « *O spem miram* » :

Pro Responsorio « O spem miram. »

Tertiarii, quotiens Responsorum « *O spem miram* » in honorem S. Dominici recitaverint, indulgentiam quingentorum dierum semel quolibet die lucrantur ; et, si per totum annum cotidie illud recitaverint Indulgentiam Plenariam in festo : *a)* S. P. Dominici (4 aug.) ; *b)* Translationis eiusdem S. P. (25 maii) ; et *c)* Commemorationis eiusdem in Suriano (5 septembris).

2. Pro orationibus S. Catharinae Senensis vel ad ipsam :

Pro orationibus S. Cathar. Senensis vel ad ipsam.

Tertiarii Indulgentiam centum dierum lucrantur semel in die pro recitatione singularum ex his orationibus :

a) Ad S. Catharinam Senens. « *O virgo* » cum versiculo et oratione ;

b) Pro Summo Pontifice ab ipsa S. Catharina dictata « *O Dio supremo ed ineffabile* » ;

c) Pro Ecclesia, pariter ab ipsa composita « *Ho ricorso a Voi* ».

Indulgentiae valent in suffragium Defunctorum.

Omnes et singulae Indulgentiae hucusque relatae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, sunt etiam applicabiles animabus Defunctorum in Purgatorio detentis.

V. — Privilegia

1. Sacerdotes Tertiarii ad quodlibet Altare Missam celebraverint gaudent indulto personali Altaris Privilegiati tribus in qualibet hebdomada diebus, dummodo pro alia die simile indultum non obtinuerint.

Altare privilegiatum.

2. Missae omnes quae in suffragium sodalium defunctorum celebrantur sunt semper et ubique privilegiatae.

Missae privilegiatae.

VI. — Indulta

1. Tertiarii degentes in locis ubi nulla exstat Ecclesia Ordinis Praedicatorum vel Sodalicii, lucrari valent eas omnes Indulgentias quas dictam Ecclesiam visitando lucrarentur, dummodo respectivam parochialem Ecclesiam visitent, ceteris condicionibus adimpletis.

Visitatio Ecclesiae paroch. pro Ecclesia Sodalicii.

Commutatio pro infirmis.

2. Tertiarii, si sint infirmi vel convalescentes nec commode possint e domo egredi, recitando quinquies *Pater* et *Ave* et orando ad mentem Summi Pontificis, lucrari possunt easdem Indulgentias ac si personaliter Ecclesiam Ordinis vel Sodalicii visitarent, ceteris tamen condicionibus adimpletis.

Pro iis qui in communitate degunt.

3. Tertiarii qui in Collegiis, Seminariis aliisque communitatibus degunt, lucrari valent indulgentias Sodalitati proprias privatum respectivae domus sacellum visitando, ceteris adimpletis condicionibus.

Pro Officio parvo B. M. V. secundum ritum FF. Praedicatorum.

4. Tertiarii recitantes Officium parvum B. M. V. secundum ritum FF. Praedicatorum, easdem Indulgentias lucrantur, quas lucrarentur si illud uti exstat in Breviario Romano recitarent.

Decretum

Exponitur occasio et ratio conficiendi Elenchum.

Cum, per Decretum huius S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae diei 18 iulii 1903, undequaque abrogatis omnibus Indulgentiis quibus Tertiarii saeculares cuiusvis Ordinis ob communicationem cum primo et secundo Ordine respectivo perfruebantur, Supremis Moderatoribus Religiosorum Ordinum proprium Tertium Ordinem habentium praescriptum fuerit ut novum Indulgentiarum indicem pro suis Tertiariis saecularibus proponerent, Magister Generalis Ordinis Praedicatorum, tali mandato obtemperans, novum praedictum indicem elaboravit, illumque huic S. Congregationi humillime subiecit, quae, adhibita etiam quorundam ex suis Consultoribus opera, illum ad examen revocavit.

Examinatus probatur.

SS^mus^ vero Dominus N. Pius Pp. X, in audientia diei 13 iunii 1906, audita de his omnibus relatione facta ab infrascripto Card. Praefecto, ex Indulgentiis in supra proposito elencho enumeratis eas quae olim Tertiariis directe tributae fuerunt benigne confirmavit, alias vero, loco earum quibus vi communicationis gaudebant clementer est elargitus ; simulque mandavit ut in posterum praedicti Ordinis Sodales Tertiarii in saeculo viventes earum tantummodo participes evadant Indulgentiarum iisque potiantur Privilegiis et Indultis quae in praedicto elencho recensentur. Quam concessionem eadem Sanctitas Sua perpetuis quoque futuris temporibus valituram esse voluit absque ulla brevis expeditione.

Revocatis aliis indulgentiis et privilegiis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Derogatio contrariorum.

Dies (13 iun. 1906).

Datum Romae e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 13 iunii 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodic. Secret.

Annotationes

1. In generalibus Comitiis 15 iul. 1903, E^mi^ Patres quibus constituitur S. Congr. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum, hanc aperuerunt mentem, ut Generales quorum interest S. Congregationi elenchum exhiberent indulgentiarum quas suo quisque Tertio Ordini saeculari obtinere cuperet [1]. Quod, cum esset Sanctissimo probatum, R^mus^ P. Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum,

[1] Cfr. Decretum, Periodica, n. **12**, t. 1, p. 37.

vestigia premens Fratrum Minorum, Servorum B. M. V., Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, summarium quod modo exscripsimus confecit.

2. Quamvis, in Decreto quod post summarium ponitur, omnia privilegia revocata videantur, scite tamen nos monet qui summarium vulgavit, id intellegendum esse in subiecto indulgentiarum argumento. Vigent itaque privilegia alterius rationis, illud v. gr. quo Revmus Ordinis Magister Generalis Tertiariis sacerdotibus saecularibus potestatem facere potest recitandi Breviarium Fratrum Praedicatorum.

3. Illud denique memoremus, Tertiarios qui in communitate degunt et vota faciunt simplicia, frui communicatione indulgentiarum quae primo et secundo Ordini sunt directe concessae. Cfr. decretum 28 aug. 1903 [1].

---

144. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

INDULTUM EX AUDIENTIA SSmi 13 IUN. 1906

Confratern. SS. Rosarii sinuntur post adventum FF. Praedicatorum permanere

Orator, narratis factis,

Vicarius Provincialis Fratrum Ordinis Praedicatorum in regione Canadensi degentium, ad pedes S. V. provolutus, exponit quod sequitur : Assentiente Reverendissimo Archiepiscopo Quebecensi, Fratres Praedicatores in ipsa urbe Quebecensi recenter advenerunt, Ecclesiam et Conventum ibidem fundaturi. Variae ergo SS. Rosarii Confraternitates, quae iam in tribus Ecclesiis eiusdem urbis, nempe B. V. Mariae, SS. Salvatoris, et S. Rochi, legitime erectae fuerant, ad ipsam Fr. Praedicatorum ecclesiam ipso facto redire deberent, ut cautum fuit in earundem Confraternitatum erectione. Cum tamen huiusmodi Confraternitatum translatio absque notabili fidelium pietatis detrimento fieri non valeat, praedictus superior, ad ipsiusmet Reverendissimi Ordinarii petitionem, humiliter a S. V. necessariam implorat dispensationem, vi cuius, non obstante erectione Confraternitatis Sanctissimi Rosarii in Ecclesia Fratrum Praedicatorum, tres supradictae eiusdem nominis Confraternitates in eadem civitate Quebecensi exsistentes, in suo robore legitime exsistere et conservari valeant.

Et legitima sorte trium confraternitatum,

Petit *ut in Quebecensi civitate nihilominus permanere sinantur.*

Et Deus, etc.

Concessio.

SS. D. N. Pius Pp. X, in audientia habita die 13 iunii 1906 ab infrascr. Cardinali Praef. S. C. Indulgentiis sacrisque Reliq. praepositae benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. C. die 13 iunii 1906.

Dies (13 iun. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

---

[1] PERIODICA, n. **13**, t. 1, p. 38.

145. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi 13 IUN. 1906

Spirituales gratiae pro festis Viae dolorosae D. N. I. C. et Septem Gaudiorum B. M. V.

Orator. Frater Bonaventura Marrani, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime petit, ut eadem Sanctitas Vestra pro Festis: *a)* Mysteriorum Viae Dolorosae (Feria VI ante Dominicam Septuagesimae), et *b)* Septem Gaudiorum Beatae Mariae Virginis (Dominica I post Octavam Assumptionis eiusdem Beatae Mariae Virginis), sequentes spirituales gratias benigne concedere dignetur, nempe:

Pro duobus festis **petit.**

Absolutionem generalem. I. Absolutionem generalem Fratribus ac Sororibus trium Ordinum Regularium impertiendam, prouti in aliis Festis Christi Domini eiusque Beatissimae Matris iam concessum est.

Plenariam indulgentiam pro omnibus fidelibus. II. Plenariam indulgentiam ab omnibus ex utroque sexu Christifidelibus lucrandam, qui in praefatis duobus Festis confessi ac Sacra Synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel aliquod publicum sacellum ipsorum Fratrum ac Sororum devote visitaverint, ibique ad mentem Sanctitatis Vestrae pie oraverint.

Et Deus, etc.

Concessio. Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, in Audientia habita die 13 iunii 1906 ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (13 iun. 1906). Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 13 iunii 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

ANNOTATIO

Utriusque festi institutio recens est et continetur decreto 14 mart. 1906. Cfr. PERIODICA, t. 2, p. 117, n. **127.**

---

146. — SACRAE RITUUM CONGREGAT. (27 iul. 1906)

INDULTUM DE MISSA VOTIVA S. FRANCISCI

Fratrum Minorum Provinciae Seraphicae

Orator **Petit,** Quo cultus et pietas erga Portiunculae Sanctuarium Assisiense magis magisque foveatur, Reverendissimus Pater Frater Bonaventura Marrani, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, votis quoque Religiosorum Seraphicae illius Provinciae satisfacturus, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X humilli-

mis precibus rogavit, ut sacerdotibus divinae rei operantibus in pervetusto Sacello *a Rosis* nuncupato, Sancti Patris Francisci miris virtutum exemplis gestisque clarissimo, Missam votivam de eodem Sancto Confessore liceat celebrare, etsi Officium ritus duplicis occurrat, prouti eiusmodi privilegio ditata sunt sacellum Portiunculae et alterum, olim Cubiculum in quo Sanctus Patriarcha ad caelestia regna transivit.

Ut sacellum a Rosis *fruatur privilegio missae votivae, quo fruitur sacellum* Portiunculae *et cubiculum ubi e vivis decessit S. Franciscus.*

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, petitum Missae votivae privilegium ad Sacellum de Rosis ita benigne extendit, ut cuilibet sacerdoti ibidem sacrum facturo, Missam votivam de Sancto Francisco, uti in die quarto octobris, fas sit celebrare; dummodo non occurrat Duplex primae vel secundae classis, aut Festum de praecepto servandum, necnon Feria, Vigilia vel Octava quae sit ex privilegiatis : servatis Rubricis, Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Indultum.

Die 27 iulii 1906.

Dies (27 iul. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*,
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

147. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

EX AUDIENTIA SS^mi 15 IUL. 1906, DECRETUM 30 IUL. 1906

Usus cappae magnae Praesulibus Congregationum Benedictionarum conceditur

Gratiae opportunitas,

Romani Pontifices non semel Religiosorum Ordines bene de Ecclesia et civili societate meritos, laudibus, honoribus privilegiisque honestarunt. Quod in primis erga Monachorum Nigrorum S. Benedicti Ordinem factum est, quippe qui, historia testante, in his occidentalibus oris, non modo totius monasticae vitae semen, sed etiam bonarum artium eximius vindex et cultor exstiterit. Cum igitur Hildebrandus de Hemptinne, Abbas Primas totius Ordinis S. Benedicti, a SS^mo D. N. Pio PP X. postulaverit, ut usus Cappae Magnae, quo, ex S. Sedis privilegio, nonnulli Praesules dicti Ordinis fruuntur, omnibus capitibus Congregationum Monachorum Nigrorum Confoederationi suae ascriptarum extenderetur; Eadem Sanctitas Sua, Praedecessorum suorum vestigiis inhaerens, peculiarisque suae benevolentiae pignus praefato inclito Ordini dare volens, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 15 iulii 1906 benigne concessit, prout praesentis Decreti tenore concedit, usum Cappae Magnae omnibus Praesulibus Congregationum eidem Ordini ascriptarum, ipsis Praesulibus indulgens, ut ea uti valeant non modo in propriis ecclesiis, verum etiam in ecclesia totius Congregationis cui praesunt.

Postulatio,

Concessio in audientia 15 iulii,

Concessionis vis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Derogatio contrariorum.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 30 iulii 1906.

Dies (30 iul. 1906).

D. Card. FERRATA, *Praef.*
Ph. Giustini, Secret.

148. — SS. D. N. PII Pp. X

DECRETA 31 IUL. 1906

De Societate SS. Rosarii

A. *Facultas delegandi sacerdotes ad socios recipiendos.*

Orator. Fr. Hyacinthus Maria Cormier, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes S. V. provolutus, ab Ea humiliter

Petitio. petit sibi suisque successoribus fieri facultatem delegandi ubique locorum sacerdotes, sive Regulares, sive Sacculares, ad hoc ut Christifideles utriusque sexus in Societatem SS. Rosarii recipere, eorumque Rosaria, Rosas et candelas benedicere valeant cum applicatione Indulgentiarum a Summis Pontificibus eidem Rosarii Confraternitati concessarum, firmo remanente onere mittendi, data opportunitate, ascriptorum nomina ad aliquam Confraternitatem canonice erectam.

Gratia. Et Deus.

Dies (31 iul. 1906). Iuxta preces, die 31 iulii anno 1906.

PIUS Pp X.

ANNOTATIO.

Observet lector facultatem fieri delegandi *ubique locorum :* ergo etiam ubi sint Ordinis conventus,

C. *Restitutio indulgentiae centum annorum et totidem quadragenarum.*

Orator, Fr. Hyacinthus Maria Cormier, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes S. V. provolutus, exponit quod Innocentius VIII, in Bulla « *Splendor paternae gloriae* », diei 26 feb. 1491, ita edixerat;

Memorato iudulto Innocentii VIII, « Nos cupientes ut ipsi Confratres et Consorores sedulius Rosa-
» rium praedictum ob Virginis Mariae reverentiam deferant... quo
« ex hoc dono caelestis gratiae uberius conspexerint se fore refec-
« tos, de Omnipotentis Dei miserecordia ac Sanctorum Petri et
« Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, volumus et Auctori-
« tate Apostolica ordinamus et concedimus, ac omnibus et singulis
« confratribus et consororibus conscriptis, vere paenitentibus, nunc
« et pro tempore exsistentibus, Rosarium deferentibus centum
« annos et totidem quadragenas Indulgentiarum de iniunctis sibi
« paenitentiis, misericorditer in Domino indulgemus.

« Praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. »

Eiusque suppressione, Cum autem huius Indulgentiae mentio non reperiatur in Catalogo Indulgentiarum, die 28 aug. 1899, a fel. rec. Leone XIII approbato, quo edicitur « quascumque alias Indulgentias Confraternitatibus Sanctissimi Rosarii tributas, abrogatas, seu revocatas esse censendas », praedictus Magister Generalis, suo et omnium SS. Rosarii Confratrum et Consororum nomine, humiliter et enixe Sanctitatem

Petit indulgentiae renovationem. Vestram rogat ut praedictam centum annorum et totidem quadragenarum Indulgentiam, semel in die lucrandam ab iis qui Rosarium apud se, ob Beatae Virginis reverentiam, devote gestaverint, renovare, renovatamque declarare dignetur.

Gratia. Et Deus.

Dies (41 iul. 1906). Iuxta preces in Domino, die 31 iulii anno 1906.

PIUS Pp X.

149. — S. CONGR. INDULG. ET SS. RELIQUARUM

INDULTUM EX AUDIENTIA SS^mi, 8 AUG. 1906

De Ecclesia et Oratoriis quarum curam habent Tertiarii religiosi S. F.

Memoratis decretis superioribus,

Per Decretum huius S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, sub die 28 augusti 1903, concessum est, ut Tertiariorum in communitate viventium et vota simplicia emittentium Ecclesiae aut Oratoria publica iisdem indulgentiis gaudeant quibus perfruuntur Ecclesiae aut Oratoria publica respectivi primi et secundi Ordinis. Altero dein Decreto, sub die 22 martii 1905, hoc indultum in favorem Tertiariorum et personarum cum ipsis in communitate degentium extensum fuit etiam ad eorum Oratoria semipublica.

Orator

Nunc vero procurator Generalis Ordinis FF. Capuccinorum, inspecto Decreto huius S. Congregationis sub die 18 augusti 1868[1], dubitavit, an huiusmodi indulta possint etiam extendi ad Ecclesias et Oratoria publica vel semipublica eorum Institutorum (scilicet Xenodochiorum, Orphanotrophiorum, Collegiorum), quae, etsi non sint in vera proprietate ipsorum Tertiariorum, ab ipsis tamen custodiuntur, qui eorum curam habent temporalem, et in iis sacras functiones sive publice sive privatim exercent.

Proponit **dubia.**

Quare sequentia dubia proposuit dirimenda :

De extensione Indulti ad Ecclesias non proprias.

I. An indultum, per Decretum sub die 22 martii 1905 concessum, extendatur ad Ecclesias et Oratoria publica vel semipublica eorum Institutorum (Xenodochiorum, Orphanotrophiorum, Collegiorum, etc.) quae non pertinent ad Tertiarios praedictos, quorum tamen cura vel spiritualis vel temporalis (uti relate ad Congregationes Sororum verificatur) hisce Tertiariis concredita est ?

Et quatenus negative :

Petitque extensionem quatenus opus sit,

II. An non expediat concedere, ut dictae Ecclesiae vel Oratoria sive publica, sive etiam semipublica, eodem indulto gaudeant, saltem in favorem dictorum Tertiariorum et personarum eorum curae concreditarum, aut cum ipsis sub eodem tecto habitantium, ne Tertiariorum longe maior pars plurimis privetur indulgentiis respectivi primi et secundi Ordinis ?

Et ad ecclesiam parochialem in certo casu.

III. An non expediat indulgere, ut membra Congregationum Tertii Ordinis in Institutis (ex. gr. Xenodochiis, Orphanotrophiis, Scholis, etc.) degentia, in quibus non exsistunt Ecclesiae aut Oratoria nec publica nec semipublica, lucrari valeant indulgentias Ecclesiis sui primi et secundi Ordinis concessas, ea condicione, ut, loco Ecclesiae aut Oratorii primi et secundi Ordinis, parochialem Ecclesiam visitent, cum Tertiarii saeculares S. Francisci simile privilegium obtinuerint (Decr. 31 ian. 1893) ?

De altari privilegiato in oratorio semipublico.

IV. Iuxta summarium Indulgentiarum Ordini FF. Minorum Capuccinorum concessarum, ab hac S. Congregatione approbatum, « Altare Maius omnium Ecclesiarum Ordinis gaudet privilegio cotidiano pro Missis quae in eodem celebrabuntur, etc. » Iam quaeritur, utrum hoc Privilegium vi Decreti huius S. Congregationis diei 22 martii 1905 etiam extensum fuerit ad altare maius Oratorii semipublici Congregationum Tertiariorum ?

---

[1] *Decreta authent.* n. 424. Causa erat Soc. Ies.

Et quatenus negative,

et Xenodochii. V. Utrum hoc Privilegium Altaris saltem extendatur ad Altare maius Oratorii Xenodochii, in quo Tertiarii, debite primo et secundo Ordini FF. Min. Capuccinorum aggregati, ad infirmorum assistentiam sive spiritualem, sive temporalem degunt, et quidem vi Indulti eidem Ordini concessi, quod ita sonat : « Religiosi, qui debitis cum licentiis ad infirmorum assistentiam degunt, omnibus et singulis spiritualibus gratiis gaudent, ac si in respectivis Conventibus moram haberent ? »

Coetus Em Patrum die 7 aug. Et E^mi^ Patres in Generali Congregatione at Vaticanum coadunati responderunt die 7 augusti 1906 :

Responsa.

Ad I. Ad I. Negative.

Ad II. Ad II. Affirmative, facto verbo cum SS^mo^.

Ad III. Ad III. Affirmative, et ad mentem ; mens autem est, quod si in loco ubi degunt Tertiarii adsit Ecclesia vel publicum Oratorium primi et secundi Ordinis, haec erit omnino visitanda, nisi distent nimis ab Institutis, quibus ipsimet inserviunt, id est [1] ultra miliarii spatium. His vero deficientibus, indultum concedi poterit, quo Ecclesia parochialis, similiter non distans ultra miliarium, visitari valeat ; secus alia quaecumque Ecclesia, prout libuerit adeunda, facto verbo cum SS^mo^.

Ad IV et V. Ad IV et V. Non proprosita.

Approbatio et gratia Sanctissimi. De quibus omnibus facta relatione SS^mo^ D^no^ Nostro Pio Pp. X, in Audientia habita a Card. Praefecto S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 8 augusti 1906, idem SS^mus^ E^morum^ Patrum resolutiones approbavit et confirmavit, simulque petitam in II dubio extensionem, nec non indultum in III dubio proposito benigne concessit.

Dies (8 aug. 1906). Datum Romae, e Secret. eiusdem S. Congregationis, die 8 augusti 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotationes.

1. Orator in suis quaesitis varia commemorat decreta, quorum vel extensionem postulat vel declarationem.

Decreta 18 aug. 1903 et 22 mart. 1905, quae de Tertiariis sunt religiosis habentur in t. 1, Periodica, n. **13**, p. 48 et n. **59**, p. 152.

Privilegium porro vi cuius possunt Tertiarii saeculares in parochiali ecclesia lucrari Franciscalium ecclesiarium indulgentias, ubi nulla exstat vel Ordinis ecclesia vel ecclesia in qua saecularis Tertii Ordinis congregatio canonice sit erecta, repetitur ex responso 31 iun. 1893, ad XII. quod exscripsimus in t. 2 *De Religiosis*, n. **280**, p. 601-603, ed. 4 ; 737-740, ed. 2.

2. Quartum et quintum oratoris dubium proposita non fuerunt. Ut de his mentem nostram aperiamus, videntur nobis responsum exigere negativum. Tam enim in rescripto 22 martii 1905 quam in indulto Fratrum Minorum Capuccinorum quod in ipsis dubiis citatur, indulgentiae reservantur lucrandae *certis personis*, dum in dubio IV et V quaeritur de indulgentia quae *altare maius* sacellorum afficeret, ita ut omnibus ibi litantibus necessario prodesset.

[1] Scripserunt *non ultra*, sed negatio cum contexta oratione non componitur.

150. — S. CONG. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESPONSUM 8 AUG. 1906

Tertiarii ex religiosis nova cooptatione non indigent

Orator. Raphaël Delarbre, Ordinis Minorum S. Francisci Minister Provincialis Aquitaniae in Gallia, sequentis dubii solutionem ab hac S. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita postulavit nempe:

Dubium. Utrum Religiosi votorum simplicium, qui ante ingressum in Religionem ad habitum Tertii Ordinis saecularis admissi fuerant, ad saeculum per solutionem a votis rite redeuntes, nova indigeant receptione, ut Tertiarii haberi possint et sint?

S. Congr. 7 aug. 1906). Et E^mi Patres in Congregatione generali ad Vaticanas aedes habita die 7 augusti 1906 respondendum mandarunt:

Responsum. Negative.

Approbatio pontificia. In audientia autem diei 8 eiusdem mensis et anni, E^morum Patrum sententiam, relatam ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, SS. D. N. Pius PP. X approbavit et confirmavit.

Dies (8 aug. 1906). Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 8 augusti 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praefectus*
D. Panici Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIO

Decretis S. C. Indulg. et SS. Reliquiarum, 25 iun.-16 iul. 1887, et 19-31 ian. 1893, ita religiosi, etiam votorum simplicium, Tertiis Ordinibus saecularibus dicuntur excludi, ut ii quoque qui ante religiosum statum in Tertium Ordinem cooptati sunt, a momento votorum religiosorum desinerent ad Tertium Ordinem pertinere. Hinc ratio fuit dubitandi, quid iuris, si iidem deinceps saeculum legitimo modo repeterent. Novane requiritur allectio, an pristina re ipsa reviviscere censetur? Atque posterius istud obtineri, iam constat ex modo recitato responso.

De sollemniter autem Ordinum professis non fuit causa quaerendi, cum, etiam saecularizati, vota sua conservare soleant. Sin minus, eodem iure uterentur.

---

151 — S. CONGR. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESPONSUM 8 AUG. 1906

Iubilari S. Benedicti numismati indulgentia Portiunculae coniuncta non est [1]

Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci

Orator. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquis praepositae sequens dubium dirimendum exhibuit, nempe:

[1] Cfr. etiam infra, n. **201**, p. 264.

Dubium *(reformatum).*

« Utrum Numisma Sancti Benedicti Iubilare, a sanctae memo-
« riae Pio Pape IX, per Litteras Apostolicas in forma Brevis sub
« die 31 augusti anni 1877 specialibus Indulgentiis ditatum,
« annexam habeat Indulgentiam Portiunculae? »

Responsum.

Et Eminentissimi Patres ad Vaticanum in Generali Congregatione coadunati die 7 augusti 1907 proposito dubio respondendum mandarunt:

« *Negative* ».

Approbatio pontificia.

Quam resolutionem Eminentissimorum Patrum Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 8 eiusdem mensis et anni, ratam habuit et confirmavit.

Dies (8 aug. 1906).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 8 augusti 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotatio

1. Fusa totius causae hoc responso diremptae expositio reperitur in Analecta Ecclesiastica, t. XIV, p. 409-413.

Satis nobis erit paucissimis verbis dubii occasionem narrare. Cum anno 1880 centenaria sollemnia celebranda essent in honorem S. Benedicti, Pius IX, brevi 31 aug. 1877 novis ditavit indulgentiis S. Benedicti numisma quod, per iubilaei occasionem Abbatis Montis Cassini curis recusum, ab Abbate istius archicoenobii vel delegato presbytero sibi traditum fideles gererent. Ipsis si quidem concessit, visitata qualibet ecclesia vel oratorio publico, omnes indulgentias quas visitantibus Basilicam Cathedralem ecclesiam et cryptam ac turrim S. Benedicti elargita est S. Sedes.

Age porro, Basilica praedicta Indulgentiam Portiunculae etiam participat. Hinc in foliolo quodam ad iubilare S. Benedicti numisma propagandum conscripto asserebant, in qualibet iam ecclesia vel oratorio publico indulgentiam istam lucrari posse quotquot fideles dictum numisma secum gererent.

Duo tamen huiusmodi conclusioni refragari videbantur.

a) Indultum Pii IX eas videtur spirituales gratias respicere quae locorum Cassinensium intuitu directe sunt concessae, ita ut sanctuariorum istorum quasi propriae videantur, minime autem eas quae per quandam extensionem, qualem multa habent templa, ex Franciscalibus ecclesiis ad basilicam Cassinensem ut ad alias, indulto plerumque temporali, perveniunt. Huiusmodi indulgentia cum S. Benedicti veneratione nihil habet commune.

b) Indulgentiae Portiunculae gratia est specialissima, quae concessione communi non comprehenditur.

2. Atque haec quidem Emos Patres movere potuerunt ut suo suffragio benigniorem conclusionem improbarent. Inde etiam aliquam confirmationem accipit sententia quae negat Portiunculae indulgentiam per privilegiorum et indulgentiarum communicationem acquiri posse. *Aliquam* dico confirmationem. Cum ipsam enim rationem ignoremus qua Cassinensia sanctuaria Portiunculae indulgentiam participent, firmum argumentum ex actis erui nequit. Sed conferenda nunc est recentior gratia facta, infra, n. **201**, p. 264.

152. — SS. D. N. PII PP. X

BREVE 10 AUGUSTI 1906

Privilegiis fovens consociationem « Sacerdotalis eucharistici foederis »

Benignitatis causa. Facta petitio.

Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, pias societates ad pietatis et caritatis opera exercenda institutas, peculiaribus honoribus ac privilegiis cohonestare satagimus, ut iis auctae uberiores in Dominico agro excolendo fructus nanciscantur. Harum in numerum minime Nos latet iure ac merito esse accensendam piam sacerdotum associationem quae sub titulo « Sacerdotalis Eucharistici Foederis » in hac Alma Urbe Nostra ad S. Claudii canonice instituta exsistit, ideoque dilecti filii Edmundi Tenaillon, Procuratoris Generalis Instituti Sacerdotum SS^mi^ Sacramentis, votis ultro libenterque annuentes, associationem ipsam tam frugiferam, quae hisce potissimum tam gravibus temporibus, iuxta tenorem Decreti a Congregatione Sacrae Tridentinae Synodi interpretationi praeposita, die XX decembris mensis anno superiore editi, exauspicato intendit ad Communionis frequentis et cotidianae usum inter fideles provehendum, singularibus gratiis atque indulgentiis decorandam existimavimus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis nunc et in posterum in dictum Eucharisticum Foedus allectis sacerdotibus, quatenus simili privilegio non gaudeant, altaris privilegiati personalis indultum ter in hebdomada, servatis servandis, concedimus ; nec non ut una ante auroram, atque una post meridiem hora sacris operari, et similiter a prima ante auroram hora ad occasum solis, Sacram Synaxim distribuere, atque iniunctis de more peractis, praecipuorum fidei mysteriorum et Mariae Virg. et SS. Apostolorum festivitatibus per annum singulis, plenariam indulgentiam vel defunctis applicabilem lucrari ; et intra celebrationem triduanae supplicationis iuxta pii Foederis tabulas habendae, post peractam Communionem Generalem, Christiano astanti populo, plenaria adiecta indulgentia, cum Crucifixo ac sub Crucis unico signo, servatis ritu formulaque praescriptis, benedicere licite possint ac valeant. Insuper quotiens iuxta fines Foederis sacerdotalis, pietatis quodvis sive caritatis opus adimpleant, de numero poenalium dierum, in forma Ecclesiae solita, iisdem allectis in ipsum Foedus, nunc et in posterum, sacerdotibus trecentos expungimus. Tandem confessariis rite probatis eodem in Sacerdotali Eucharistico Foedere nunc et posterum inscriptis, facultatem concedimus communicandi semel in hebdomada plenariam indulgentiam paenitentibus qui cotidie vel quasi cotidie ad Sacram Synaxim accedere consueverunt. Praeterea Ap. Nostra Auctoritate praesentium vi, perpetuumque in modum, Associationem memoratam sub titulo « Sacerdotalis Eucharistici Foederis » in Urbe ad S. Claudii canonice institutam in Archiassociationem, sive primariam, cum solitis privilegiis erigimus. Archisodalicii autem eiusdem Moderatori et officialibus praesentibus et futuris, ut ipsi alias eiusdem nominis atque instituti societates in universo terrarum orbe canonice erectas sive in posterum erigendas, servatis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri r. m. aliisque Apostolicis Ordinat.

Consociationis describitur finis.

Variae ei conceduntur gratiae spirituales.

Erigiturque in archisodalicium,

desuper editis, sibi aggregare illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac paenitentiarum relaxationes ipsi Archisodalicio a S. Sede concessas et aliis communicabiles, communicare licite possint ac valeant, Apostolica item Nostra Auctoritate ptium vi facultatem perpetuo concedimus et largimur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque illis ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quopiam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. Constitutionibus et Ordinat. Apostolis ceterisque contrariis quibque.

Clausulae.

Dies (10 aug. 1906).

Datum Romae apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris die X augusti MCMVI, Pontificatus Nostri Quarto.

Pro Dno Card. Macchi
Nicolaus Marini, Substit.

---

152. — EMINENTISSIMI CARDINALIS VICARII URBIS

LITTERAE CIRCULARES 17 AUGUSTI 1906

Ad Superiorissas Institutorum monialium et sororum Urbis

Litterarum argumentum.

Il [1] sottoscritto, Cardinale Vicario di Sua Santità, allo scopo di prevenire inconvenienti che potrebbero facilmente verificarsi con grave pregiudizio degl' Istituti femminili di Roma, iuculca l'esatta osservanza delle seguenti dispositioni :

De novis scholis vel asylis.

1. Gl' Istituti religiosi femminili destinati all' insegnamento non apriranno in Roma nuove scuole o nuovi asili senza averne ottenuto il permesso dalla Commissione pontificia delle scuole, per mezzo del deputato ecclesiastico del monastero.

De magistris saecularibus.

2. Le RR. MM. Superiore non si rivolgeranno a maestre secolari per essere aiutate nell' insegnamento senza il permesso del deputato ecclesiastico, al quale spetta assumere precedentemente le necessarie informazioni.

De scholis publicis.

3. Non dovranno le suore, siano esse professe o novizie o probande, frequentare le scuole publiche. Nei casi speciali ritenuti di

---

[1] Litteras sic latine reddimus :
Infrascriptus Cardinalis Vicarius Suae Sanctitatis, ut incommoda praevertat non levia quae Institutis religiosarum Urbis facile obvenire possent, exactam inculcat sequentium dispositionum observantiam :
1. Instituta religiosarum quae instituendis puellis vel adulescentibus deputantur Romae nullas novas scholas vel nova asyla aperient, quin, per ecclesiasticum monasterii deputatum a pontificia scholarum commissione licentiam impetrarint.
2. RR. MM. Superiorissae magistrarum saecularium operam in tradendis litteris non sollicitabunt, sine venia ecclesiastici deputati, ad quem spectat necessarias informationes prius capere.
3. Sorores, sive professae, sive noviciae, sive postulantes, scholas publicas ne frequentent. In specialibus casibus qui absoluta necessitate videntur commendari, infrascriptus Card. Vicarius accuratum causae

assoluta necessità, il sottoscritto Cardinale Vicario si riserva di esaminarli accuratamente, per decidere se si debba dare o negare il permesso richiesto. Tale proibizione si estende anche alle educande che dipendano dalle religiose. Si eccettuano i pensionati istituiti esclusivamente per signorine che frequentano le scuole anzidette, per i quali verrano date norme speciali.

De hospitandis mulieribus.

4. Non si riceveranno donne che bramino di vivere ritirate in una casa religiosa, senza il permesso in iscritto del deputato ecclesiastico, il quale esaminerà le singole domande, per giudicare se siano degne di essere prese in considerazione, e non concederà la licenza, senza prima avere assunte da fonti sicuri le necessarie informazioni. Trattandosi di monasteri di stretta clausura, si dovrà chiedere la licenza alla Sacra Congregazione dei Vescovi e Regolari.

De cotidianis emptionibus in tabernis.

5. Le RR. MM. Superiore non manderanno le suore alle pubbliche botteghe a fare le spese giornaliere per la cucina, ma dovranno servirsi per questo ufficio di probe persone seculari.

De egressu sine socia.

6. Si ammoniscono severamente le Superiore di non permettere che le suore vadano abusivamente sole per le vie di Roma, specialmente nelle ore di notte.

De quaestuatione.

7. Non è permessa la questua in Roma, senza averne ottenuta la licenza in iscritto per mezzo del deputato ecclesiastico. Le singole domande saranno diligentemente esaminate, e quando sarà il caso di concedere la chiesta licenza, si daranno insieme norme opportune per rimuovere il pericolo di deplorevoli inconvenienti.

Commendatio. Benedictio.

Per l'esatta osservanza di queste disposizioni, confida il sottoscritto nello zelo delle RR. MM. Superiore, sopra le quali e sulle communità da loro dirette invoca di tutto cuore le piu elette benedizioni del Signore.

Dies (17 aug. 1906).

Dal vicariato, 17 agosto 1906.

PIETRO, *Card. Vicario.*
Francesco Can. Faberi, segretario.

---

examen ad se revocat, ut statuat de danda vel neganda requisita licentia. Prohibitio ista etiam educandas afficit quae religiosis subduntur. Excipiuntur conservatoria quae exclusive destinantur puellis quae dictas scholas frequentant. Huiusmodi Institutis speciales normae praestituentur.

4. Mulieres quae in domum religiosam se recipere cupiunt et ibi dies agere, non admittentur sine scripta licentia ecclesiastici deputati, qui singulas causas examinabit, ut iudicet qua consideratione sint dignae, nec facultatem dabit nisi prius, ex tutis fontibus, necessarias habuerit informationes. Si vero agatur de monasteriis strictae clausurae, facultas est a S. Congregatione Episcoporum et Regularium impetranda.

5. Pro cotidianis culinariis expensis, RR. MM. Superiorissae in publicas tabernas non mittent sorores, sed ab honestis personis saecularibus hoc operae genus exquirere debebunt.

6. Severe monentur Superiorissae, ne abusum hunc tolerent, quo sorores per Urbis vias solae incedant, praesertim per tempus nocturnum.

7. Quaestuatio in Urbe non permittitur, nisi per ecclesiasticum deputatum scripta obtenta fuerit facultas. Diligens fiet de singulis postulationibus examen; quod si danda videbitur facultas, simul opportunae tradentur normae, ut lugendorum incommodorum amoveatur periculum.

Statutorum istorum exactam observantiam infrascriptus Cardinalis a zelo exspectat RR. MM. Superiorissarum, quibus ipsis, una cum communitatibus earum moderationi concreditis, ex pleno animo selectissimas Domini benedictiones apprecatur.

Ex aedibus Vicariatus, 17 augusti, 1906.

PETRUS, *Cardinalis Vicarius.*
Franciscus, Can. Faberi, Secretarius.

ANNOTATIO

Articulus quartus horum statutorum conferendus est cum priore sanctione, eaque mitiore litterarum 18 maii 1905, quas cfr. hic supra, p. 11, n. **74**.

---

154. — S. CONG. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SANCTISSIMI, 12 SEPTEMBRIS 1906

De corona septem Gaudiorum B. V. M.

Beatissime Pater

Orator. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum se ad Sanctitatis Tuae pedes humillime provolvit, enixe implorans in favorem coronae septem Gaudiorum, ut fideles recitationi publicae eiusdem

Petitio. coronae in ecclesiis Trium Ordinum S. Patris Francisci assistentes, atque aliis in recitatione ipsa sociati, indulgentias lucrari valeant, quin coronam materialem prae manibus teneant; itemque, ut quotiens duo vel plures eandem simul coronam recitaverint, sufficiat recitationem moderanti coronam materialem habere, ceteris vero, amotis occupationibus applicationem animi impedientibus, moderatori in recitatione sociari, prouti pro Rosario et Crucifixis Viae Crucis et signanter pro corona septem dolorum Virginis, a Sacra Congregatione Indulgentiarum die 8 iunii 1898 indultum est, ne secus fideles coronam non habentes tot indulgentiarum thesauro saepius remaneant in recitatione expertes.

Et Deus, etc.

Gratia. Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. X, in audientia habita die 12 septembris 1906, ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces, ceteris servatis de iure servandis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (12 sept. 1906). Datum Romae, e Secretaria eiusdem Cong. die 12 septembr. 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praefectus*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

155. — S. CONGR. CONCILII

RESPONSUM 15 SEPTEMBRIS 1906

De Sacra Communione

Romana et aliarum

Memoratur decr. 20 dec. 1905. Die 20 decembris 1905, SSmus D. N. Pius PP. X, ex Sacrae huius Congr. consulto decretum edidit *De cotidiana SS. Eucharistiae sumptione*, quo « omnibus Christifidelibus cuiusvis ordinis aut

« condicionis » summopere commendatur Communio frequens et « cotidiana, utpote a Christo Domino et a catholica Ecclesia « optatissima ; ita ut nemo qui in statu gratiae sit et cum recta « piaque mente ad S. mensam accedat, prohiberi ab ea possit. »

Praecipue eius n. 7.

Inibi praeterea sub n. 7 statuitur : « Communio frequens et « cotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis « promoveatur..., quam maxime quoque promoveatur in clericorum « Seminariis, quorum alumni altaris inhiant servitio, item in aliis « christianis omne genus ephebeis ».

Et decretum 14 feb. 1906.

Quin immo, ut laudabilis ac valde Deo acceptus communionis cotidianae usus efficacius in dies ubicumque propagetur atque uberiores fructus edat, Sanctitas Sua nedum die 20 maii 1905 omnibus Christifidelibus, qui devote recitaverint orationem pro pii usus cotidianae communionis propagatione, indulgentias tribuit, verum etiam per decretum *Urbis et Orbis*, diei 14 februarii 1906 a Sacra Cong. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita datum, benigne elargitus est ut per cotidianam Communionem lucrari possint omnes indulgentiae, absque onere confessionis hebdomadariae.

Laetanter haec sunt excepta.

Quanto cum obsequio universim, et quam laetanter apud plures exceptae sint benignae S. Sedis dispositiones et declarationes hac de re, probant litterae quamplures Episcoporum, ac Superiorum Ordinum religiosorum ad S. C. directae, necnon ephemerides non paucae quae de Decreto diei 20 dec. 1905 egerunt.

Simul tamen nata dubia.

At una simul dubia et postulationes ad S. C. exhiberi coeperunt, inter quae duo potissimum peculiarem considerationem merentur, quae nempe respiciunt invenes nuper ad S. Mensam admissos et infirmos chronico morbo laborantes.

En quae ad rem scribebat religiosus vir e Belgio :

Nominatim de infirmis.

« D'abord, les pauvres *malades* resteront-ils seuls exclus des « faveurs du Saint-Siège ? Ceux qu'une infirmité chronique ou « prolongée empêche d'observer dans toute sa rigueur le jeûne « eucharistique n'obtiendront-ils pas quelque adoucissement, de « manière à n'être pas privés, durant de longues semaines, du Pain « de Vie. Actuellement la plupart des prêtres ne croient pas pouvoir « accorder la communion, sauf à ceux qui ont reçu les sacrements « des mourants, et dans la période où le danger persiste.

Et de pueris mox post primam communionem.

« Un autre vœu concerne les *enfants*. Le Décret du Saint-Père, « quoique reçu avec la plus entière soumission, ne détruit pas « subitement l'effet de longs préjugés, puisés dans l'étude et accrus « par la pratique. Pour ce motif, des prêtres sages et pieux redou- « tent qu'on ne se montre encore hésitant et sévère pour accorder « la communion quotidienne aux jeunes enfants. Leur crainte « s'augmente de ce que le mot « ephebei » du décret pourrait être « restreint, par des esprits prévenus, aux seuls adolescents. Il est « pourtant certain, et par la raison et par l'expérience, qu'il importe « *avant tout* de faire communier les plus jeunes enfants, afin qu'ils « s'imprègnent de la grâce de Notre-Seigneur — *imbuantur Christo* « — avant que les passions n'aient ravagé leur cœur. Hélas ! « trop souvent maintenant c'est le contraire, et la difficulté grossit « doublement et de faire accepter un remède aussi nécessaire, et de « détruire les effets déjà si profonds, dans l'esprit, dans le corps et « dans la volonté, de passions mauvaises auxquelles les enfants « sont plus exposés que jamais. Les prêtres qui pensent ainsi vous « offrent leurs humbles et instantes prières pour que Sa Sainteté

« daigne redire avec autorité à tous les prêtres la parole de Jésus-
« Christ : *Sinite parvulos venire ad me !* Les vœux seraient com-
« blés si en même temps l'exemple de Cottolengo, de don Bosco,
« et d'autres apôtres si saints et si éclairés de l'enfance, était
« publiquement loué et proposé à l'imitation ».

Mos plurium dioecesium de his pueris.

Sciendum est enim in pluribus dioecesibus mos hucusque fuisse quod pueri et puellae ad primam communionem semel admissi, prohibebantur de S. Synaxi cito iterum participare : immo alicubi nonnisi post annum ad novam eucharisticae mensae participationem accedere permittebantur, in nova nempe sollemni functione primae Communionis.

Unde praeclarissimus vir rogavit SS^mum D. N. ut digneratur duo haec dubia resolvere :

Hinc duo **dubia**.

I. — *Cotidiana Eucharistiae sumptio in catholicis ephebeis suaderine debet etiam pueris quibuscumque post susceptam primam Communionem ?*

II. — *Infirmis qui diuturno morbo laborant, nec naturale ieiunium in sua integritate observare queant, nullum remedium suffragari potest, ne pane eucharistico tam longo tempore priventur ?*

Disceptatio Secretarii.

Cum autem Sanctitas Sua huius negotii examen ad Sacrum Vestrum Ordinem remiserit, nonnulla de more hinc inde quod ad utrumque dubium annotabo.

A. De pueris. *Allegata pro rara eorum communione.*

Et quod ad primum, rationes quae militant ad continendos pueros a frequenti S. Synaxis participatione ita plerumque exponuntur.

Defectus discretionis, periculum irreverentiae,

Ipsi enim non ea adhuc discretionis mente praediti apparent quae requiritur ad hoc ut digne et efficaciter sumere frequenter valeant SS. Corpus Christi. Cum praeterea a rebus sensibilibus et extrinsecis facile abstrahantur, atque facilius a contemplatione mysteriorum Dei avertantur, saepe saepius absque debita praeparatione et gratiarum actione ad S. Eucharistiam accedere solent, sacramentum periculo irreverentiae ita exponentes.

Iamvero, uti docet Card. Bellarminus *(De sacram. Euchar., lib. 4, cap. 23)*, « ex duobus malis semper est eligendum minus « malum : est autem minus malum ut homines aliqui careant bono « non necessario, quam ut sacramentum Dei evidenter periculo « irreverentiae exponatur ». In casu igitur cum pueri cotidiana Communione non necessario indigeant, nec sine irreverentia iis dari possit, consultius iisdem deneganda esse videtur.

et sacrilegiorum ex hypocrisi ;

Accedit quod per nimiam Communionis cotidianae commendationem maior in pueris foveri potest hypocrisis, qui proinde vi etiam metus reverentialis in maiora quoque sacrilegia prolabuntur. Unde Tarino *(Il libro del buon pastore)*, quamvis moneat rectorem clericorum in seminariis degentium, ut in genere frequentiam sacramentorum, praesertim vero Communionis, indigitet, addit tamen : « Ma ti guarda assai dal dire a qualcheduno che si accosti « più di frequente alla Communione. perchè le tue parole potreb- « bero essere causa di sacrilegio e d'ipocrisia ».

Condiciones positae ab Innocentio VIII ;

Quinimmo Innocentius XI, in Bulla *Cum ad aures*, diei 12 februarii 1679, normam tradens Communionis cotidianae concedendae, eam dimetiendam esse docet : « ex conscientiarium puritate et « frequentiae fructu, et ad pietatem profectu ». Quae omnia difficulter verificantur in pueris, qui, utpote a vehementibus passionibus

moti, conscientiae anxietatibus agitantur, in peccata saltem venialia prolabuntur, atque parum vel nihil pietatis augmenti ostendunt.

Et ipsa recentis Decreti verba.

Demum in ipso decreto H. S. C. sub n. 7 edicitur ut haec Communio : « quam maxime promoveatur in clericorum seminariis..., « item in aliis christianis omne genus ephebeis ». Quapropter non satis patet Communionem in casu aliis pueris qui extra dicta loca seu in medio saeculi versantur, suaderi. Insuper *ephebus* idem est ac pubes, qui, iuxta ius romanum et canonicum, iam ad annos 14 pro maribus et 12 pro feminis pervenerit, et apud Graecos, teste Forcellini, qui decimum sextum aetatis annum attigerit. Ideoque pueri exclusi videntur.

Allegata pro frequenti puerorum communione.

At ex adverso, non minora stant pro frequenti puerorum Communione. Atque in primis suffragatur vetus plurium ecclesiarum disciplina, vi cuius sacramentum Eucharistiae parvulis quoque concessum fuit, ut late probat Card. Bona *(Rerum liturg., lib. 2, cap. 12, n. 2)*. Tunc temporis in usu erat ut quicumque baptizabantur, sive adulti, sive infantes, una simul pane Eucharistico reficerentur. Quae quidem praxis, quamvis tractu temporis abolita fuerit, tamen minime reprobanda est, cum et ipsum Conc. Trid. *(Sess. 21, cap. 4, de Comm.,)* dicat : « Neque ideo damnanda est « antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando ser- « vavit. » Et merito; nam, ut habet Bellarminus *(loc. cit., lib. 1, c. 7)*, « infantes in baptismate ius acquirunt ad Eucharistiam per- « cipiendam ».

Vetus disciplina de communione parvulorum.

Quocirca factum est ut primis Ecclesiae saeculis pueri ante mensam assisterent, atque primi post clericos communicarent; item si multae particulae Corporis Christi superessent, sacerdotes pueros incorruptos accerserent, qui eas comederent, quemadmodum idem Card. Bona *(loc. cit.)* ex pluribus testimoniis refert. Nulla igitur habetur ratio cur haec frequens, immo et cotidiana Communio hodierno tempore non sit pueris maxime consulenda.

Salutaris ex opere operato efficacia.

Idque eo vel magis quia necesse omnino est ut pueri, antequam passionibus praeveniantur, Christo imbuantur. et ita maiori vi repellere possint conatus diaboli, carnis, aliorumque internorum et externorum hostium. Ad rem in aureo libro *De Imitatione Christi (lib. 4, cap. 3)* haec leguntur : « Proni enim sunt sensus hominis ad « malum ab adulescentia sua; et nisi succurrat divina medicina, « labitur homo mox ad peiora... Retrahit ergo sancta Communio « a malo et confortat in bono ». Eucharistia enim sacramentis novae legis accensetur quae gratiam tum sanctificantem tum sacramentalem conferunt *ex opere operato*, quandocumque obicem in suscipiente non reperiant. Nec plus aliquid obicis in pueris quam in adultis exspectandum est *ex opere operantis*, quia, praeterquam quod ignorantia in pueris ab innocentia compensaretur, inconsideratio eorum ac levitas nimis urgenda non est.

Innocentia ignorantiam compensans.

et maturitatem supplens, teste de Segur.

Unde De Ségur [1] *(La SS. Communione)* haec inter alia habet : « I giovanetti, al pari degli adulti, possono e debbono communicarsi « spesso. Nostro Signore non richiede da loro se non quel che son « capaci di dargli; ed egli conosce meglio di noi questa leggerezza

[1] Locum istum ex integro damus ex altera editione opusculi gallici, *La très sainte communion.*

« Les enfants, aussi bien que les grandes personnes peuvent et doivent communier souvent. Notre-Seigneur ne demande que ce qu'ils sont capa-

« che ci spaventa; ma egli sa altresì, e molto meglio di noi, che « l'innocenza è il più prezioso di tutti i tesori, che il demonio vuol « rapirla ad essi per tempo, e che la sola Comunione può difenderli « dalle astuzie del nemico... Per ben comunicarsi, basta ricevere il « Salvatore con buona voluntà. Ciò si avvera tanto nei fanciulli « che negli adulti; e l'esperienza fa conoscere che nella buona « voluntà di un fanciullo che ha fatta la sua prima Comunione, si « trova la sincerità più schietta. Egli ama Gesù Cristo, egli lo « desidera; e perchè non darglielo? Bene spesso egli è degno di rice- « verlo più di noi altri, che non apprezziamo la di lui pietà... La « leggerezza non fa ostacolo alla santa Comunione, se non quando « è volontaria... I ragazzi son leggeri. Sì, ma son buoni e affet- « tuosi; e perciò, al bisogno che hanno di amare fa d'uopo dare il « suo vero alimento. Bisogno far loro amare Gesù Cristo, e a tal fine « metterli spesso in intimo rapporto con lui. I loro difetti, per « quanto sieno reali, hanno poca consistenza; ed è appunto la pietà « quella che impedisce a questi difetti di diventar vizi ».

Invitatio Domini : « Sinite parvulos. »

Hoc dumtaxat modo verificari potest illud verbum Domini : *Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum caelorum.* Regnum autem caelorum in terris nonnisi Eucharistia est, quae instituta fuit ad vitam spiritualem conservandam ac nutriendam.

Hodierna Ecclesiae mens, ex litteris Card. Antonelli,

Quaenam praeterea sit hac de re mens Ecclesiae, hodiernis praesertim temporibus, luculenter apparet ex litteris quibus Card. Antonelli, Secretarius Status S. S., de speciali Pii IX mandato, die 12 martii 1866 plurium Episcoporum Galliae attentionem et sollicitudinem excitat, ut rectam sequantur normam pueros ad sacramentorum frequentiam admittentes. Scribit enim : « ..... Que même « après les avoir admis *(nempe infantes)* pour la première fois à la

---

bles de lui donner, et il connaît mieux que nous cette légèreté qui nous effraye; mais il sait aussi, et beaucoup mieux que nous, que l'innocence est le plus précieux de tous les trésors, que le démon veut la leur ravir de bonne heure, et que la communion seule peut les défendre des ruses de l'ennemi.

« On ne communie jamais trop quand on communie bien, avons-nous dit plus haut; et il suffit, pour bien communier, de recevoir le Sauveur avec une sincère bonne volonté. Cela est vrai des enfants comme des hommes; et l'expérience fait connaître que rien n'est plus sincère que la bonne volonté d'un enfant qui vient de faire sa première communion. Il aime Jésus-Christ, il le désire; pourquoi ne pas le lui donner? Il est souvent plus digne de le recevoir que nous autres, qui dédaignons sa piété. « Laissez venir à moi les petits enfants, nous dit le divin Maître; le royaume du ciel est pour ceux qui leur ressemblent. » Le royaume du ciel sur la terre, c'est l'Eucharistie.

« Les enfants sont légers », dites-vous? Rien n'est plus vrai, et c'est à cause de cela même qu'il faut les faire communier souvent quand ils aiment et veulent aimer le bon Dieu. La légèreté n'est un obstacle à la communion que quand elle est volontaire. Pour un enfant, une semaine est un mois; à cet âge les impressions se succèdent vives et rapides; il faut donc réitérer souvent les impressions chrétiennes, si on veut préparer pour l'avenir des hommes forts dans la foi.

« Les enfants sont légers? » Oui, mais ils sont bons et affectueux; et il faut donner à leur besoin d'aimer son véritable aliment; il faut leur faire aimer Jésus-Christ, et pour cela il faut les mettre souvent en rapport intime avec lui. Leurs défauts, tout réels qu'ils sont, ont peu de consistance, et c'est la piété qui empêchera ces défauts de devenir des vices. »

« table eucharistique, on a coutume de les en tenir éloignés pendant « longtemps, leur défendant, dans certains endroits, de communier « au temps de Pâques, l'année qui suit leur première Communion. « Qu'enfin il y a même des séminaires où règne l'usage d'éloigner « pour plusieurs mois les jeunes élèves du Sacrement de l'autel, « sous prétexte d'attendre une plus mûre préparation. Sachant « combien la fréquentation des sacrements de pénitence et d'eucha- « ristie importe à la garde et à la conservation de l'innocence dans « les enfants ; sachant que cet usage fréquent des sacrements con- « tribue admirablement à alimenter et fortifier la piété naissante « dans les jeunes cœurs auxquels elle fait embrasser avec ardeur « les pratiques de notre sainte religion... le Saint-Père, désireux de « voir modifier un système si mal entendu et si préjudiciable aux « intérêts spirituels des jeunes enfants, m'a chargé d'appeler sur cet « abus l'attention de V. G... afin de parvenir à réformer, dans un « sens plus conforme à l'esprit et à la discipline de l'Eglise, ce « défectueux système de soins spirituels à l'égard des enfants. »

et ex recentioribus decretis.

Hoc idem eruitur ex decreto ab hac S. C. die 20 decembris 1905 edito, in quo *omnibus Christifidelibus* commendatur frequens ac cotidiana Communio ; necnon ex duobus aliis superius recensitis decretis S. C. Ind. et SS. Rel., quibus hac de causa speciales indulgentiae ac privilegia *omnibus* indiscriminatim *fidelibus* conceduntur. Inter quos proinde etiam pueros qui usum rationis adepti sunt quique primam perceperunt Communionem, non est dubium recensendos esse. Haec S. C. mandavit quidem, ut in clericorum Seminariis aliisque christianis omne genus *ephebeis* quam maxime foveatur cotidiana Communio ; sed praeterquam quod heic sermo est de peculiari commendatione Seminariis ac ephebeis facta, quin alii fideles excludantur, vox *ephebeorum* lato sensu accipienda esse videtur, ut nempe significet omnia pia instituta in quibus etiam pueri instruantur atque educentur.

Conclusio pro cotidiana communione.

Ex quibus omnibus non immerito infertur cotidianam Eucharistiae sumptionem non solum adultis sed etiam pueris summopere suadendam esse.

B. De aegrotis. *Usus S. Officii.*

Quod ad alterum quaestionis punctum, notum Emis Patribus est, S. C. S. Officii concedere solere nostro aevo largius ac benignius quam olim, ut senio aut chronica infirmitate laborantes, et naturale ieiunium servare non valentes, semel in hebdomada vel etiam pluries, si agatur de monialibus aut piis ac religiosis viris, ad S. Mensam accedere possint, quamvis aliquid prius per modum potus sumpserint.

Proposita quaestio.

Verum occasione arrepta decreti diei 20 decembris 1905, aliquid amplius postulari videtur, et super hoc sententia EE. VV. requiritur, an scilicet et quaenam nova disciplina hac de re possit opportune induci.

Non agitur de periculose decumbentibus.

Uti patet, heic sermo non est de infirmis graviter aegrotantibus atque in proximo mortis periculo versantibus, qui etsi non ieiuni, ad Eucharistiam per modum Viatici sumendam admitti possunt ac debent. Rituale enim Romanum *(tit. 4, cap. 4, nn. 3 et 4)* ad rem statuit : « Pro Viatico autem ministrabit *(parochus)* cum probabile « est, quod *(infirmus)* eam amplius sumere non poterit. . Poterit « quidem Viaticum brevi morituris dare non ieiunis ». Consuetudo autem Ecclesiae, ut habet Reuter *(Neo-confessarius, part. 3, cap. 6, n. 3)*, « videtur absolute a praecepto ieiunii eximere periculose infirmos, si commode non possint manere ieiuni ».

Horum causa paucis verbis exponitur.

Aliqua dumtaxat exstat dissensio inter doctores in praefiniendo temporis spatio quod intercedere deberet ad hoc ut infirmo periculoso, intra eandem infirmitatem, iterum dari possit Viaticum. Sunt enim qui cum Navarro, putant multum temporis inter unam alteramve Communionem intercedere debere ; alii unum mensem ; alii decem, octo aut etiam tres dies : alii denique cum Laymann *(Summ., lib. 5, tract. 4, cap. 6, n. 20)* totiens quotiens devotio et dispositio paenitentis hoc suadeat, ac proinde singulis quoque diebus. Cfr. S. Alphonsum *(6, 2, 85, d. 1)*, Ferraris *(verb.* Infirmitas, *n. 21)*, De Lugo *(De Sacr., Euch., disp. 15, sect. 3, n. 64)*, etc. Practice autem quae vera, quae pia, quae iusta sit doctrina, tradit Benedictus XIV *(De Syn. Dioec., lib. 7, cap. 12, n. 4)* : « Ne « parochi renuant sanctissimam Eucharistiam iterato deferre ad « aegrotos, qui etiam perseverante eodem morbi periculo, illam « saepius per modum Viatici, cum naturale ieiunium servare ne- « queunt, percipere cupiunt. »

Alleganda contra novam discipl.

Sed missa quaestione de infirmis graviter decumbentibus, si discussio fiat de infirmis chronicis aliisque diuturno morbo absque discrimine laborantibus, ne vetus disciplina mutetur, stat in primis dispositio Ritualis Romani, quae ita sonat : « Ceteris infirmis qui « ob devotionem in aegritudine communicant, danda est Eucha- « ristia ante omnem cibum et potum ».

De aliis infirmis, prohibitio Ritualis.

Accedit quod si a lege generali ieiunii cum infirmis extra mortis periculum dispensaretur, non pauci abusus obrepere possent.

Periculum abusus.

Praetermisso enim parochorum incommodo, quod grave fieri posset si praesertim plures infirmi chronici in Paroecia haberentur ; considerandum insuper est, iuxta Rituale Romanum *(loc. cit., n. 6, 7 et 8)*, SS^mum^ Sacramentum infirmis deferendum esse manifeste atque honorifice. Et Sacra Rituum Congregatio, in *Mantuana* diei 6 februarii 1875, n. 3337, uti abusum eliminandum decrevit, consuetudinem ad infirmos Viaticum deferendi secreto, sine ullo exterioris cultus signo, nisi adsint gravia motiva sic agendi.

Incommoda frequentioris delationis Euchar. per plateas.

Ast si chronici ad Communionem admittantur non ieiuni, et excitentur ad S. Synaxim frequenter suscipiendam, delatio SS^mae^ Eucharistiae, etiam paulo frequentius per vias et in infirmorum aedes deferri oportet ; et id vix aut ne vix quidem cum debita reverentia fieri posset.

Firma autem lege hucusque vigente, et devotioni ac pietati infirmorum succurrendo per opportuna indulta, incommodis hucusque expositis aditus maneret praeclusus. Unde nil innovandum videretur.

Satis per indulta providetur.

Ex altera vero parte observari potest legem ecclesiasticam ieiunium naturale etiam aegrotis praescribentem antequam S. Communionem ipsi sumant, datam esse tum ad praecavendos abusus quorundam qui potu et escis repleti, ad S. Mensam accedere non verebantur, tum ad reverentiam excolendam erga augustissimum Sacramentum. Atqui cum infirmis chronicis praefati abusus contingere non possunt ; nec reverentia erga Sacramentum, ob ieiunii defectum in casu infirmitatis, detrahitur ; nam causa excusans intercedit. Ergo videtur adesse ratio ad legis moderationem inducendam.

Alleganda pro concessione. Ratio prohibitionis deficit in infirmis.

Aliunde, cum omnibus indiscriminatim Christifidelibus consulatur cotidiana vel saltem frequens Communio, nulla adest ratio cur infirmis qui ieiunium servare non possunt, hoc prohibitum sit. Idque eo vel magis, quod ipsi maiori detinentur necessitate vescendi Corpore Christi.

Cur qui magis indigent prohibeantur accessu ?

Ecclesiasticae legis ratio,

Observari insuper posset quod lex ieiunii naturalis sit ecclesiastica; et Concilium Constantiense *(Sess. 13)*, quamvis edicat quod « huiusmodi sacramentum non debet confici post cenam, neque a « fidelibus recipi non ieiunis », addit tamen : « nisi in casu infirmi- « tatis aut alterius necessitatis ».

Non urgenda si pugnat cum iure recipiendi Christum.

Lex itaque ieiunii, utpote ecclesiastica, urgenda non nimium videtur; nec umquam ita ut videatur pugnare cum iure fidelium recipiendi sacramenta. Si enim rigide, ut hucusque consuevit, accipiatur, non raro fidelem ab hoc divino subsidio impediret.

In domibus ubi est oratorium, incommoda cessant.

Quod ad incommoda vero quae superius indicata sunt, forsan distinctio fieri potest inter eos qui degunt in seminariis, in monasteriis utriusque sexus, in nosocomiis, aliisque piis institutis, ac ceteros qui in privatis domibus versantur nec privilegio oratorii domestici fruuntur.

Liquet autem incommoda superius recensita non posse contingere quod ad infirmos prioris condicionis; eo vel magis quia Sacra RR. C. die 7 februarii 1874, n. 3322, permisit ut in piis domibus nosocomiisque Eucharistia deferatur modo minus publico et sollemni.

De infirmis in domo privata facultas quaedam Episcopis dari potest.

Quod ad ceteros vero succurri posset, dando Ordinariis potestatem, ut saltem in maioribus anni festivitatibus, iisdem per opportunas dispensationes occurrant.

De cetero prudentia ac sapientia E^morum^ Patrum ut semper, ita etiam in praesenti causa, quae iusta, quae aequa sint statuet.

Quare, etc.

Resolutiones.

Responsum fuit : *Ad 1^um^, Sacrae Communionis frequentiam commendari iuxta articulum primum decreti etiam pueris qui ad sacram mensam iuxta normas in Catechismo Romano cap. 4, n. 63, semel admissi, ab eius frequenti participatione prohiberi non debent, sed potius eos ad id hortari, reprobata praxi contraria alicubi vigente. Ad 2^um^, Iuxta mentem, facto verbo cum SS^mo^.*

Annotationes

1. Causa ista, cuius utilissimum videtur argumenta perpendere, omittenda non erat in libellis periodicis in quibus ipsum Decretum *Sacra Tridentina Synodus*, 20 dec. 1905 exscripsimus. Quocirca etiam Secretarii dissertationem hic ponere placuit.

2. De priore solutione observabis reprobari etiam omnem contrarium usum.

Ex ipsa praeterea disputatione, illud etiam non immerito inferas, ius quod in pluribus locis ex consuetudine habent parochi admittendi pueros ad primam sacram communionem non esse ita urgendum ut puer ingenio et scientia maturior nequeat ex auctoritate parentum et confessarii *privatim* Christum suscipere ante eam aetatem quae in loco communiter pro *sollemni* exigi consuevit. Scilicet, parochis reservatur potius sollemnis ista caerimonia, quae tanta pro pueris et parentibus utilitate frequentatur, et non ita pridem est ab ipso SS. D. N. Pio Pp. X commendata, potius quam singularis et privatus accessus excultiorum puerorum. Similem, immo parochis severiorem sententiam tuetur redactor Acta S. Sedis, cum eruat « 4° Demum parochos aliosque animarum curatores ne plus aequo sese immisceant oportere in pueris admittendis vel repellendis a primae communionis perceptione,

secus ac pluribus in locis communiter fieri consuevit [1]. » Cfr. ceterum de isto argumento, *L'âge de la première communion*, Desjacques, Études (1889), t. 47, p. 664; t. 48, p. 128 et 627; I. Besson (Bulletin canonique), Études (1898), t. 75, p. 688 et t. 76, p. 832.

3. Observabis resolutionem alterius dubii fuisse « *ad mentem* » nec mentem istam nobis declarari. Num longe a vero distabimus si responsi formam ac secretum ita erimus interpretati? S. Concilii Congregatio respondit, ex hodierna disciplina esse, pro infirmis, adeundum S. Officium, sed consulendum Sanctissimo ut generale det indultum quo simul consulatur infirmorum pietati et commodo parochorum qui nequeunt SS. Sacramentum nimis frequenter per vias deferre. Cum tamen simul res ad S. Officium pertineat, Sanctissimus decernere distulit donec supremi istius Tribunalis explorasset sententiam.

Simile quidpiam actum esse conicimus; mox autem, ut arbitramur, res erit in comperto.

---

156. — S. CONGR. STUDIORUM

DECRETUM, EX AUDIENTIA SS^mi 26 MAII 1906

Pontificio nomine decorans Collegium D. Thomae de Urbe

Beatissimo Padre,

Orator. *Il Padre [2] Fr. Enrico Buonpensiere, dei Predicatori, Reggente del Collegio di S. Tommaso de Urbe, supplica umilmente Vostra Santità affinchè si degni concedere a questo Collegio il titulo di*

Petitio. Pontificio, *dichiarando che i gradi accademici, che da esso si conferiscono in filosofia, teologia e diritto canonico, abbiano gli stessi effetti canonici di quelli che si conferiscono in altre Università cattoliche.*

Che della grazia, ecc.

Audientiae dies (26 maii 1906). SSmus Dnus Noster Pius Pp. X, in audientia diei 26 mensis maii 1906, referente subscripto S. Congregationis Studiorum Emo Cardinali Praefecto, attenta commendatione Rmi Patris Generalis Praedicatorum, benigne libenterque annuens precibus Rmi P.

---

[1] Acta S. Sedis, t. 39 (1906), p. 510, nota.

Beatissime Pater,

[2] Id est latine: Pater Frater Henricus Buonpensiere, Ordinis Praedicatorum, Regens collegii D. Thomae de Urbe, humiliter Sanctitatem Vestram orat, ut Pontificii collegii titulo collegium istud augere dignetur, simulque declaret gradus academicos qui in philosophia, theologia et iure canonico ibidem conceduntur, eosdem canonicos effectus habere quos gradus habent ceterarum Universitatum catholicarum.

Et Deus, etc.

Henrici Buonpensiere. Regentis Collegii D. Thomae Aquinatis de Urbe, mandare dignatus est, ut hoc perinsigne Collegium, in quo florent studia philosophiae, theologiae ac iuris canonici, posthac *Pontificium* vocari possit; et gradus academici qui ab eo in philosophia, theologia ac iure canonico rite conferuntur, eadem prorsus iura ac privilegia habeant quae habent ii qui in qualibet Universitate catholica canonice instituta conferuntur. Contrariis quibuscumque non obstantibus. **Gratia**

Fr. Card. Satolli, *Praefectus.*
Ascensus Dandini, a secretis.

Annotationes

1. Quamvis gradus academicus non iam contineat missionem ad docendum, fit tamen ut doctoratus in Universitate propria habeat privilegia. Hoc v. gr. modo vidimus Doctores dispensari a quibusdam examinibus. Cfr. supra, n. **84**, p. 31.

Praeter Universitates, sunt alia quaedam collegia quae gradus conferunt; ita collegium protonotariorum.

---

157. — S. CONGR. CONCILII

IUDICIA IN CAUSIS CONTENTIOSIS

Summatim relata

I. **Archeruntina** [1] **et Ordinis Minorum S. Francisci.** *Paroecialis.* **Causa.**

Species facti [2]. Locus Banzi ad Abbatiam *Nullius* Benedictinorum primo pertinuit, transiit dein, ab anno 1683, in manus Cardinalium Abbatum Commendatariorum, donec, anno 1790, in Archiepiscopi Acheruntini dicionem pervenit.

Ipsi iam Abbates Benedictini, in animis excolendis, opera usi sunt Fratrum Minorum qui in loco proprium aedificarant conventum. Cardinales etiam Commendatarii iisdem sacramentorum administrationem confirmarunt. Frustra quaesito sacerdote saeculari, Archiepiscopus ipse ab anno 1793 ad 1816 curam animarum delegavit. Tum denique erectum est parochiale beneficium, sed, indicto concursu, cum nullus e clero saeculari beneficium istud ambivisset, Fratres Minores tamquam *oeconomi-curati* paroeciam administrarunt ad annum usque 1893. Suffectus tunc est parochus saecularis, post cuius obitum, anno 1903, Fratres Minores petierunt ut paroeciae istius, utpote regularis, possessionem recuperarent.

---

1 Acerenza, in Italia meridionali.

2 Facta narramus quatenus ea conicere licet ex imperfectis relationibus quae habentur in Analecta Ecclesiastica, t. 14 (1906), p. 10; et Canoniste Contemporain, t. 28 (1905), p. 683 sq.

Dubii *prior forma.*

Proposito itaque dubio :

An paroecia S. Mariae loci Banzi censenda sit regularis, ita ut religiosi Ordinis Minorum S. Francisci redintegrandi sint in eius possessionem, in casu.

Dies (26 aug. 1905). **Resolutio.**

S. Congregatio, die 26 augusti 1905 respondit :

Ad mentem. Postea autem innotuit mentem fuisse ut Archiepiscopus Regulares revocaret iisque paroeciam tribueret.

Altera **dubii** *forma.*

Verum, obtento novae audientiae beneficio, procurator Archiepiscopi novas obtulit allegationes, quibus perspectis, proposito dubio :

An sit standum vel recedendum a decisis in casu.

Dies (20 ian. 1906). **Resolutio.**

Emi Patres, die 20 ianuarii 1906, responderunt :

Ex deductis non satis constare de natura regulari paroeciae.

Annotationes.

In causa ista, Fratres Minores e *praescriptionis* iure potissimum arguebant, dum archiepiscopalis curia demonstrare conabatur ipsos numquam nisi *precario titulo* rexisse paroeciam, quae possidendi ratio ad usucapionem profecto perducere nequit.

Observes autem binas S. Congregationis resolutiones inter se minime pugnare. Priore enim, potius dirimenda causa abstinuit, dum practica indicatione *ad mentem* fuit contenta; in altera autem sententiam tulit de iure, mentem autem suam diserte non revocavit. Quare, neglecta dubii forma, nec standum dixit, nec recedendum a decisis.

Constat tamen sententiam istam Archiepiscopo prodesse, qui, in iuris saltem rigore, paroeciam pro saeculari habere potest, nec eam religiosis committere debet.

Utriusque autem sententiae hae videntur fuisse rationes. Omittendo iuris quaestionem, S. Congregatio, ex aequo et bono aestimavit Franciscanos non esse privandos ecclesia quam per tot annos administrarant, praesertim cum templum istud conventualibus usibus simul esset deputatum, ita ut labilis futura videretur pax cum saeculari eiusdem ecclesiae rectore.

In altera autem danda sententia, ex ipsa forma verborum *non constare*, etc. liquet S. Congregationem hac usam esse regula iuris, beneficia, in dubio, praesumi *saecularia*.

II. **Theatina**. *Iurium capellanorum Confraternitatum.*

Causa.

Species facti. In archidioecesi Theatina, non raro inter parochos et capellanos Confraternitatum agitabantur controversiae quarum argumentum continebatur interpretatione decreti S. Rituum Congr. 10 dec. 1703-12 ian. 1704 de concordia iurium parochialium et Confraternitatum [1], occasio autem erant detrimenta temporalia quae parochi patiebantur ob multas functiones in Confraternitatum ecclesia peragi solitas.

Quibus discidiis ut finis imponeretur, Pro-Vicarius Generalis authenticam postulavit declarationem a S. Rituum Congregatione, quae rem S. Congregationi Concilii dirimendam remisit.

Dies (24 mart. 1906).

Itaque, die 24 martii 1906, S. Congr. Concilii, propositis dubiis :

---

[1] Cfr. *De Religiosis*, t. 2, *Monumenta*, p. 748-751, n. **286**.

Dubia.

1. Se la risposta [1] al quesito X [2] del decreto emanato da codesta (Rituum) S. C. in data 12 gennaio 1704, intorno ai diritti dei parrocci e delle confraternite, riguardi soltanto le messe parate, quelle cioè che si celebrano con l'assistenza dei ministri, come pare doversi dedurre dall' aggettivo *solenne* aggiunto a messa, o anche messe cantate semplici, come pretendono i parroci?

2. Se la risposta [3] al quesito XX [4] dello stesso decreto si riferisca indistinctamente a tutti i sudditi del parroco, o solamente a quelli che sono ascritti alle confraternite?

3. Se i cappellani [5] possono liberamente celebrare tridui e novene nelle chiese delle confraternite, anche nei giorni non contemplati nei statuti?

Hoc modo respondit:

Resolutiones.

Ad 1. Per se et generatim loquendo, affirmative ad primam partem, negative ad secundam; et ad mentem, quae est, ut quotiens missa sollemnis cum ministris in aliquo loco habitualiter haberi non possit ob cleri defectum, et missa cum cantu sine ministris ordinario stet loco missae sollemnis, Archiepiscopus opportunis ordinationibus caveat ne ex hoc rerum statu spiritus legis seu decreti anni 1703 frustretur et abusus subrepant.

Ad 2. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad 3. Affirmative, sub dependentia Episcopi.

Annotationes.

1. Praedictae resolutiones [6] indubia veritate nituntur suaque simul commendantur aequitate. Ut utilia hinc colligamus documenta:

In prima resolutione rursus perspicitur quamlibet missam cantatam, sollemnis missae nomine stricte non venire. Stricte autem in praesenti casu sumendam esse appellationem facile eruitur ex ipsa ratione qua in decreto descripta est responsio ad X. Iure enim ac merito sollemnes missae in parochialibus functionibus ponendae esse negantur, confraternitatibus tamen prohibentur nisi in quibusdam festivitatibus. Huiusmodi prohibitionem, qua vetatur quod per se licet, strictae esse interpretationis non ambigitur.

---

[1] Id est latine: Utrum responsio ad X in decreto huius (Rituum) S. Congr. diei 12 ianuarii 1704 de iuribus parochorum et confraternitatum, spectat tantum Missas cum apparatu, i. e. quibus intersunt ministri sacri, sicut videtur eruendum ex voce *sollemnis* qua Missa definitur, an etiam Missae simpliciter cantatae, sicut parochi contendunt.

[2] En decreti verba. « X. An celebratio missarum sollemnium per annum, sive pro vivis sive pro defunctis sit de dictis iuribus parochialibus. R. Negative prout iacet; sed licere Confratribus dumtaxat in festivitatibus sollemnioribus eiusdem ecclesiae vel oratorii. »

[3] Latine sic: Utrum, in eodem decreto, responsio ad XX ad omnes parochi subditos indiscriminatim referatur, an ad eos solos qui confraternati nomen dederunt.

[4] Quaesitum XX et responsio sic habent: « An ad parochum spectet facere Officium funebre super cadaveribus sepeliendis in dictis ecclesiis et oratoriis publicis confraternitatum? — R. Affirmative, quando tumulandus est subiectus parocho intra cuius fines est ecclesia vel oratorium. »

[5] Quod sic reddimus; Possuntne cappellani ad arbitrium in confraternitatum ecclesiis triduanas et novendiales celebrare functiones, eas etiam de quibus nulla in statutis reperitur mentio?

[6] Argumenta pro et contra late proponuntur sive ACTA S. SEDIS, t. 39 (1906), p. 212 sqq. vel CANONISTE CONTEMPORAIN, t. 29 (1906), p. 330 sq.

Simul tamen S. Congregatio remedium insinuat aptum quo, servato Decreti tenore, etiam eius consulitur menti, quae id cavere voluit ne sollemnium missarum frequentia confraternitates paroecias vincerent vel aemularentur: sua Episcopus utatur iurisdictione.

2. Altera resolutio rem declarat manifestissimam. Cur enim minus posset parochus in alios subditos suos atque in socios confraternitatum, de quibus solis alicuius dubitationis erat locus?

3. Dependentia Episcopi, quae in tertia resolutione reservatur, ita accipienda videtur, ut statutis suis exigere possit ne ipso inconsulto triduanae vel novemdiales celebrentur devotiones, eiusque requiratur venia pro publica SSi Sacramenti expositione et benedictione. Sic iam ante, in Reatina causa, responderat S. C. C. 13 ian. 1844: « 1. An liceat capellano novenas, triduos et alias functiones cum expositione et benedictione SSmi Sacramenti explere in oratorio S. Dominici, independenter a parocho in casu? — 2. An liceat eidem capellano missas sollemniter canere independenter a parocho in casu? — « Ad 1 et 2, Affirmative in omnibus, ad formam decretorum Urbis et Orbis S. C. Rituum diei 10 dec. 1703, salvo tamen iure Episcopi super licentia benedicendi populum sollemniter cum SSmo Sacramento prout de iure. »

4. Observes denique, quamvis decretum 1703-1704 sit a S. Rituum Congregatione profectum, de eius tamen interpretatione interrogari potius S. Congregationem Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.

---

158. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

IUDICIA IN CAUSIS CONTENTIOSIS

Summatim relata

I. **Massilien.** *Exemptionis.*

Causa. Exstat in urbe Massiliensi domus hospitalis quam possident Fratres Ordinis S. Ioannis de Deo. A multis annis ibi munere Cappellani fungebatur sacerdos saecularis. Hunc ut Episcopus removeret ab officio, non semel, per quattuor annos, precibus efficere conati sunt religiosi; sed frustra, cum Episcopus vel querelas cappellano obiectas parum iustas esse existimaret, vel difficultatem allegaret eidem, in praesentibus Galliae adiunctis, aliud committendi officium. Religiosi tunc sua experiri iura statuerunt, et, dimisso cappellano, in eius locum suffecerunt proprii Ordinis religiosum. Is vero, Episcopo invito et approbationem negante, aegrotis et hospitibus sacramenta, non exclusa Paenitentia, administrare coepit.

Consessus plenarius. Dies (3 aug. 1906). S. Congregatio Episcoporum et Regularium, cui causa haec est delata in plenario consessu 3 aug. 1906, quamvis consultor votum dedisset Fratribus contrarium, proposito dubio:

Dubium. *Se il Religioso di San Giovanni di Dio, messo dal suo Superiore come Cappellano della Casa Ospedale di San Bartolomeo in Marsiglia, tenuta dallo stesso Ordine, possa senza facultà dell'*

Ordinario esercitare il ministero delle Confessioni per le persone quivi ricoverate nel caso [1]

Respondit : *Affirmative et ad mentem* [2].

Resolutio

Annotationes.

1. Sententia ista iure quodam familiaritatis nullo pacto innixa videtur, cum nec Ordo S. Ioannis contenderit hospites de quibus in causa in familiaribus poni posse.

Nec ex mera hospitum in loco exempto versantium condicione est factum argumentum saltem principale.

Verum allegata potissimum sunt peculiaria Ordinis privilegia, atque illud praecipue, quod ab Urbano VIII, Brevi *Sacrosanctum* concessum, confirmatum est a Benedicto XIV, brevi *Creditae nobis*, 1745 : « Ut cappellani pro tempore exsistentes dicti hospitalis omnia et singula, nempe Paenitentiae, Eucharistiae ac Extremae Unctionis aliaque ecclesiastica sacramenta... administrare possint. » Atque addebat idem S. Pontifex : « Praeterea iisdem modernis et pro tempore exsistentibus Fratribus dicti Ordinis in sacro presbyteratus ordine constitutis in hospitalibus et domibus commorantibus,.. infirmorum... necnon Fratrum aliarumque personarum illorum servitio addictarum, quocumque nomine nuncupatarum, sacramentales confessiones excipere... libere et licite possint ac valeant, plenam, liberam et omnimodam facultatem et auctoritatem harum serie perpetuo tribuimus et impertimur. »

2. Cum Superiores Ordinis S. Ioannis sint laici, quibus spiritualis iurisdictio non conceditur, plena ista confessiones audiendi potestas, directe a S. Pontifice religiosis istis capellanis concedi est putanda.

Observes ceterum verba privilegii : « *Fratribus* dicti Ordinis *in sacro Presbyteratus ordine constitutis*... facultatem... tribuimus et impertimur. »

3. Facile perspicitur huiusmodi privilegium omni communicatione excludi, tum quia est exorbitans, tum quia fundatum videtur in peculiari dictorum sacerdotum condicione. Hi enim bini in singulis Ordinis hospitalibus constitui possunt. Sed ex quo sacerdotes sunt facti, « nullum officium, munus aut administrationem in dicta Congregatione gerere aut exercere » possunt; « sed Missis celebrandis ac sacramentis administrandis tantummodo vacare debent [3]. » Quare etiam antequam ordinentur debent ab examinatoribus synodalibus examinari ad sacras audiendas confessiones et ab iis patentes de ipsorum habilitate obtinere litteras [4].

---

[1] Id est latine : An Religiosus S. Ioannis de Deo, quem Massiliae proprius Superior Capellanum fecit domus hospitalis S. Bartholomaei, ab eodem Ordine administratae, possit sine Ordinarii facultate confessiones excipere personarum ibi in casu hospitio receptarum.

[2] Mens, italice explicata, haec fuit : « Episcopus sacerdotem saecularem officio Capellani sine mora dimittat solutum, sinatque religiosum a Superioribus suis iam deputatum, libere officio suo defungi. Interea tamen et donec copiam non habuerit Episcopus inveniendi, ea qua possit usus diligentia, honestam sustentationem praedicto sacerdoti, huic praesens stipendium solvere perget Ordo S. Ioannis. »

[3] Paulus v, Brevi *Inter alias*.
Urbanum viii, Brevi *Circumspecta*, 1627.

II. **Ianuensis.** *Funerum.*

Causa. *Species facti.* Die 29 nov. 1902, ianuensis quaedam mulier diem obiit supremum. A propriae paroeciae vicario postularunt propinqui ut corpus sepeliendum comitaretur ac postridie exsequialem missam celebraret. Cum postera autem dies esset dominica, vicarius missam polliceri non potuit. Negata tunc omni eius opera, propinqui curarunt ut corpus in coemeterium directe ferretur. Deinde, die 11 decembris, seu duodecim post obitum diebus, sollemnis missa est, postulante familia, in ecclesia Fratrum Minorum celebrata. De laeso stolae iure conquestus est parochus apud S. Congregationem, proposito hoc fere dubio :

Dubium. *An sollemnis Misae de Requie, duodecim post mortem diebus, a Fratribus Minoribus Ianuae celebrata, habenda sit tamquam proprie exsequialis, ita ut recepta emolumenta sint parocho restituenda in casu?*

Dies (14 iul. 1905). Respondit S. Congregatio, die 14 iul. 1905.

Resolutio. « *Attentis peculiaribus circumstantiis in casu eoncurrentibus, recepta emolumenta a Patribus Minoribus parocho tradantur.* »

Annotationes. 1. Ipsa forma responsi perspicitur causam non vacasse aliqua dubitatione, aliterque responsuros fuisse E^mos^ Patres nisi peculiaria fuissent adiuncta.

Et re quidam vera, cum nullum sit praeceptum coniungendi cum sepultura aliquam celebrationem Missae, pro officio funebri quod heredes legitime vellent separatum a sepultura, per se omnis ecclesiae habent optionem, ita ut ne quarta quidem funebris sit parocho solvenda. Cfr. Periodica, t. 1, n. **40**, p. 101, et *De religiosis Institutis*, etc. t. 2, n. **268**, p. 707, ed. 2 ; p. 569, ed. 4.

2. **Quaeres** itaque de specialibus adiunctis ob quae causa est parocho addicta. Haec videntur fuisse duo :

a) Satis receptus est Ianuae mos ut iusta funebria aliquot post obitum diebus fierent, atque ex eodem usu habentur pro exsequialibus. Quare statuta a^i^ 1896, c. 25 ita sonant : « Si haec (sollemnia funerum) potius quam in propria paroecia, inconsulte in alia ecclesia etsi Regularium fiant, inde percepta emolumenta parocho cui debebantur reddi volumus et decernimus. »

b) Praeterea, in casu, ex toto praetermissa est parochialis ecclesia, ad quam ne corpus quidem est delatum, et sollemnis Fratrum Minorum Missa manifesto successit in locum missae exsequialis quae a parochiae vicario prius est petita.

Nova causae propositio. Postea tamen Fratres Minores, allegata bona fide et extraordinaria celebrati funeris sollemnitate, postularunt ut partem saltem emolumentorum retinere permitterentur.

Dies (12 ian. 1906). Itaque, 12 ian. 1906, S. Congregatio, proposito dubio;

Dubium. *Utrum confirmanda an infirmanda foret in casu sententia 14 iulii 1905.*

Resolutio. Respondit : *In decisis et ad mentem.* Mens autem erat : a) ut parocho ea tantum redderentur emolumenta quae percepisset ipse; b) ut archiepiscopus pergeret urgere apud parochos Romani Ritualis praescripta, et fidelium corpora in ecclesiam deferrentur pro exsequiis.

III. **Viennensis.** *Exemptionis.*

Causa. In archidioecesi Viennensi, monasterium exstat, nomine Closterneuburg, Canonicorum Regularium, a^o^ 1113 a Marchione Leopoldo

constitutum, quod ab annis 1134 et 1137 Innocentius II, imposito parvo censu, in suam clientelam recepit; alii autem Pontifices variis donarunt privilegiis, et Abbas Generalis Canonicorum Lateranensium ad suum exemptum Ordinem ascivit, omnia simul Ordinis privilegia conferendo. Ad S. autem Congregationem causa delata est exemptionis huiusmodi monasterii, quam, negante Archiepiscopo, habere se putant canonici regulares.

Die autem 1 decembri 1905, S. Congregatio, proposito dubio de exemptione, respondit: *Dies (7 dec. 1905).*

Ex hactenus deductis non satis constare de exemptione. **Resolutio.**

Responsionis ratio haec nobis fuisse videtur, quod allegatus favor et praesidium pontificium exemptionem per se non inferunt [1]: dubitari rursus potest utrum ad exemptionem conferendam valuerit necne aggregatio peracta a solo Patre Generali Canonicorum Lateranensium. *Annotatio.*

---

159. — PARERGON

De facultate annectendi coronis indulgentias dictas a Patribus Crucigeris

Indulgentiae a PP. Crucigeris vocatae, facilitate usus potissimum commendantur. Quotiens enim, utendo corona cui annexae sunt, vel semel recitaveris *Ave Maria* vel *Pater Noster*, totiens 500 dierum lucraris indulgentiam, defunctis applicabilem. Requiritur itaque corona recitando Rosario deputata, nulla autem ipsius Rosarii recitatio vel meditatio mysterii.

Diu canonici Crucigeri, quorum domus exstant in Belgio et in Hollandia, monopolio usi sunt huius indulgentiae concedendae.

Nuperrime autem, ut accipimus ab ephemeride Analecta Ecclesiastica (t. XIV, p. 452), Summus Pontifex S. Indulgentiarum Congregationi speciales dedit facultates quibus valet ad faciendam cuilibet sacerdoti, etiam non approbato ad audiendas confessiones, potestatem has indulgentias coronis annectendi, de consensu tamen Ordinarii loci in quo facultas exercetur.

In exemplo autem quod exscribunt Analecta Ecclesiastica, facultas petita est « benedicendi coronas a SS. Rosario B. M. V. iisque applicandi indulgentias quae a *Patribus Crucigeris* vulgo nuncupantur. » Gratia rursus facta est ad quinquennium, et coronae *unico crucis signo* benedici possunt.

---

[1] Cf. c. Recipimus, 8, De privilegiis (V. 33); Ex parte, 18, eodem; c. Si Papa, 10, De Privil. in 6° (V. 7).

BIBLIOGRAPHIA [1]

De Theologia Morali

J. B. Ferreres, S. J. *La mort réelle et la mort apparente*. etc.
Appendices du traducteur. App. A. Fréquence des cas de mort apparente. — App. B. Exposé de quelques cas spéciaux. — App. C. Du baptême utérin et de l'opération césarienne. — App. D. Administration de l'extrême onction à ceux qui sont morts dans l'impénitence, l'apostasie, etc. — App. E. Assistance spirituelle des défunts de la part des prêtres durant les heures qui suivent la mort. — App. F. Soins à donner aux corps des défunts. Moyens à employer pour les ranimer. — App. G. Signes de mort et procédés à employer pour constater le décès. — App. H. Obitoires et appareil KARNICE. — App. I. Autres choses à faire pour prévenir les enterrements prématurés.

Ioannes Reuter, S. J. *Neoconfessarius practice praesertim instructus sive methodus rite obeundi munus confessarii*. Opus iuxta versionem germanicam elaboratum et nostri temporis exigentiis accommodatum edidit Societatis eiusdem sacerdos **Iulius Aug. Müllendorff**. Ratisbonae G. J. Manz. 1906. 1 vol. in-8° XI 358 p. Instructio fidelium praevia. — Pars prima. De iis quae generatim in praxi confessario sunt observanda. — Pars secunda. De observandis circa peccata magis obvia et circa personas aetate, sexu, statu vel condicione diversas. — Pars tertia. De iis quae confessario specialiter sunt observanda circa personas sive moraliter sive physice diversas.

Jules Besson. *Décret de la S. Congrégation du Concile sur la communion fréquente et quotidienne*. 20 Déc. 1905. — Texte officiel du décret traduit en français avec notes explicatives. Bolley, Chaduc frères, 1906, 21 p.

P. Antonio M. Stella, S. I. *La communione quotidiana*. Napoli, Michel d'Auria, 1906, 12 p.

J. B. Ferreres. *Compendium theologiae moralis* I. P. Gury, S. I. multis additionibus auctum, recentioribus actis S. Sedis, dispositionibus iuris hispani, decretis Concilii plenarii Americae latinae, eiusdemque regionum legibus peculiaribus accommodatum (textu identidem emendato) atque speciali tractatu de Bulla Cruciatae locupletatum.

Editio tertia hispana, correctior et auctior. 2 vol. in-8 CXXXIX-712 et XII-848 p. Barcinone, apud Subirana, 1906.

---

[1] Tous les ouvrages cités dans la Bibliographie sont en vente chez M. Beyaert, Libraire, Bruges.

Narbone-Filiti, S. I. *Annali siculi della Compagnia di Gesù.*
Volume I. Decade prima : 1805-1814. 1 vol. in-8, p. VIII-252. L. 5.
Prefazione. — La Compagnia di Gesù in Sicilia : Ragionamento storico.
Annali siculi.
Aggiunte Parte cronologica. — Appendice. Storia della espulsione nel 1768. Prospetto dell' antica Provincia nel 1767.

Université Saint-Joseph Beyrouth. *Mélanges de la Faculté Orientale.* 1 vol. gr. in-8, 377 p. Beyrouth, 1906.
Études sur le regne du Calife Amaïgnade Moᵉ âwia 1ᵉʳ (H. Lammens). — Une ecole de savants égyptiens au moyen-age (A. Mallon). — Inscriptions grecques et latines de Syrie (L. Jalabert). — Le Cycle de la Vierge dans les Apocryphes éthiopiens (M. Chaine). — Umay-ya ibn Abî-s Salt (S. Power). — Bas-reliefs rupestres des environs de Qabéliâs (S. Rouzevalle). — Notes de Géographie syrienne (H. Lammens). — Bisr ibn Abî Hâzim (A. Hartigan). — Un dernier écho des croisades (L. Chakho).
Planches. — Inscriptions inédites de Syrie. — Monuments relatifs au culte d'Esculape. — Relief rupestre de Qabélias (Liban). — Relief rupestre babylonien de Qabélias.

Jules Blanc. *Les martyrs d'Aubenas* (Le P. Jacques Salès, S. I. et le F. Guillaume Saultemouche, S. I.), martyrs de l'Eucharistie (7 fév. 1593), 1 vol. in-8 de VI-336 p. Valence, 1906. — Dédicace. Lettre à l'auteur. Préface. Sources. 11 chapitres. Appendice. Notes. Documents.

Piccirelli, S. I. *Disquisitio metaphysica. theologica, critica, de Distinctione actuatam inter essentiam exsistentiamque creati entis intercedente, ac praecipue de mente angelici Doctoris circa eandem quaestionem.* 1 vol. gr. in-8, 424 p. Neapoli, 1906. Pretium. L. 5.
Sectio I. Prospectus Quaestionis. — Cap. I. De essentiae exsistentiaeque notione. — Cap. II. De nihili notione. — Cap. III. De potentia et actu. — Cap. IV. De distinctione et compositione. — Cap. V. Statuitur Quaestio.
Sectio II. Solvitur Quaestio prodroma.
Sectio III. Solvitur Quaestio princeps. Analysis opusculi de ente et essentia.

Historica

A. Poncelet. Bulletin. *Le Testament de S. Willibrord*, p. 177-231.

Leon de San Joaquin, C. D. *El culto de san Jose y la Orden del Carmen.* Barcelona, Gili, 1905, in-8°, 203 pp. (A. B. p. 194-196).

J. B. Bury. *The life of St. Patrick and his place in history.* London Macmillan, 1905, in-8°, XV-404 pp. (A. B. p. 206-10).

Most Rev. D. Healy. *The life and writings of S. Patrick.* Dublin, Gill, 1905, in-8° XI-754 pp. (id. ibid.).

Herb. Thurston, S. I. *Groagh Patrik and the Month*, t. CVI (1905) p. 449-61 A. (id. ibid.).

Id. *S. Patrick's Petitions*, ibid. p. 539-43 (id. ibid.).

James M. Williamson. *The life and times of S. Boniface.* London, Frowde, 1904, in-8°, IV-138 pp. (A. B. p. 212).

R. P. Mortier, O. P. *Histoire des Maîtres Généraux de l'ordre des frères prêcheurs*. T. II. Paris, Picard, 1905, in-8°, VIII-597 pp. (A. B. p. 219).

Gabriel Perouse. *Le Cardinal Louis Aleman, président du concile de Bâle et la fin du grand schisme*. Paris, Picard, 1904, in-8° XLI-513 pp. (A. B. p. 222).

Eduard Fuerter. *Religion und Kirche in England im funfzehnten Jahrhundert*. Tubingen, Mohr, 1904, in-8°, 78 pp. (A. B. p. 223).

D. Pascual Bronoat y Barrachina. *El B. Juan de Ribera y el R. Colegio de Corpus Christi*. Valencia, 1904, in 8° XV-398 pp.

Fr. Thoma de Celano. Hanc editionem novam ad fidem mss. recensuit **P. Eduardus Alenconiensis** Ord. Min. Capucc. *Sti Francisci Aniensis vita et miracula*, additis opusculis liturgicis. Roma, Desclée. Lefebvre (A. E., t. XIV, p. 272).

De Iure canonico

J. B. Ferreres, S. I. *Ciò che si deve fare e ciò che si deve schivare nella celebrazione delle Messe Manuali*. Commento canonico-morale del decreto *Ut debita*. Versione dallo spagnolo, di **Giovanni Pacati**. 1 vol. 55 p. Rimini, Tip. Artigianelli, 1906. L. 0,80.

Ex Libellis Periodicis

Archiv für katholisches Kirchenrecht, LXXXVI. HUFNER, *Das Rechtsinstitut der klösterlichen Exemtion in der abendländischen Kirche*. p. 302-319.

Le Canoniste contemporain, t. XXIX, A. BOUDINHON. *Les Congrégations à vœux simples*, janv.-juillet 1906. sept. 1906. *Deux récents décrets sur la communion fréquente et sur les séminaristes renvoyés*, mars 1906. — F. NAU, *Canons ecclésiastiques syriaques*, janv. 1906.

Ta Revue Théologique française (juin-juillet 1906). *Les religieuses et les modifications dans la cession de leurs revenus*. J. B. p. 352. — *L'aliénation des titres au porteur et le « beneplacitum apostolicum »*. J. B. p. 435. — *La communion quotidienne et le décret de la Ste Congrégation du Concile du 20 déc. 1905. Commentaire*. Dom PIERRE BASTIEN, juillet-octobre 1906.

160. — EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

INDULGENTIAE CONCESSAE DIE 30 MAII 1905

Orantibus pro cotidianae communionis propagatione

Preghiera

O [1] dolcissimo Gesù che veniste al mondo per dare a tutte le anime la vita della grazia vostra, e che, per conservarla ed alimentarla in esse, voleste essere e la quotidiana medicina della loro quotidiana infirmità ed il loro quotidiano sostentamento; umilmente Vi preghiamo, per il vostro Cuore così ardente del amor' nostro, a diffondere sopra di tutte il vostro divino spirito, affinchè quelle che sventuratumente sono in peccato mortale, convertendosi a Voi, riacquistino la vita della grazia perduta, e quelle che, per vostro dono, vivono già di questa vita divina, ogni giorno, quando possono, si accostino devotamente alla Vostra sacra mensa onde per mezzo della quotidiana communione, ricevendo ogni giorno il contravveleno dei loro peccati veniali quotidiani, ed ogni giorno alimentando in sè la vita della grazia vostra, e purificando così sempre più l'anima propria, giungano finalmente al conseguimento della vita con Voi beata, Amen.

Praepositam orationem,

Die 30 maii 1905.

Die 30 maii 1905,

SSmus Dnus Noster, cum ipsi maxime cordi sit ut usus cotidianae Communionis, tam salubris ac Deo acceptus, christiano populo, Christo Domino adiuvante, ubique propagetur, omnibus Christifidelibus qui praefatam orationem devote recitaverint, tercentum dierum indulgentiam cotidie lucrandam; iis vero qui per mensem integrum id egerint, atque die proprio arbitrio eligendo, sacramento paenitentiae expiati sacraque communione refecti, publicum oratorium visitaverint ac iuxta intentionem Sanctitatis suae oraverint, plenariam indulgentiam benigne concessit. Quas indulgentias animabus etiam in Purgatorio detentis profuturas declaravit. Praesentibus in perpetuum valituris, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem, etc.

Indulgentiis ditat S. Pontifex, motus sua voluntate propagandi usum cotidianae communionis.

Casimirus Card. Gennari.

Debita Rescripti praesentatio.

Praesens Rescriptum exhibitum fuit huic S. Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis propositae. In quorum fidem, etc.

Dies (3 iun. 1905).

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C. die 3 iunii 1905.

D. Panici, archiepisc. Laodicen., Secret.

---

[1] O très doux Jésus, qui êtes venu dans le monde pour donner à toutes les âmes la vie de votre grâce, et qui, pour la conserver et la nourrir en elles, avez voulu être le remède quotidien de leur quotidienne faiblesse et leur aliment de chaque jour; nous vous supplions humblement, par votre Cœur embrasé d'amour pour nous, de répandre sur toutes les âmes votre divin esprit, afin que celles qui malheureusement sont en péché mortel se convertissent à vous et recouvrent la vie de la grâce qu'elles ont perdue; et que celles qui, par votre secours, vivent déjà de cette vie divine, s'approchent dévotement chaque jour, quand elles le peuvent, de votre Table sainte; en sorte que, par le moyen de la communion quotidienne, recevant tous les jours le contrepoison de leurs péchés véniels quotidiens, et alimentant tous les jours en elles la vie de votre grâce, et ainsi se purifiant toujours davantage, elles parviennent enfin à la possession de la vie bienheureuse avec Vous. Ainsi soit-il.

161. — S. C. CONCILII

EX AUDIENTIA SS^mi DECRETUM 7 DEC. 1906

De S. Communione Infirmi non ieiuni

Memorantur varia acta pro cotidiano accessu ad S. mensam.

Post editum de frequenti et cotidiana SS. Eucharistiae sumptione decretum die 20 mensis decembris 1905, concessasque a SS^mo D. N. Pio PP. X die 30 mensis maii eiusdem anni indulgentias omnibus Christi fidelibus qui certas preces devote recitaverint pro cotidianae Communionis propagatione; post additum praeterea decretum *Urbis et Orbis*, die 14 mensis februarii 1906 a S. C. Indulgentiarum et Reliquiarum, cuius decreti vi possent christifideles per cotidianam Communionem lucrari omnes indulgentias, absque onere confessionis hebdomadariae, vix dicere est, quanta laetitia benignae huiusmodi S. Sedis dispositiones exceptae sint, praesertim ab Episcopis et moderatoribus religiosorum Ordinum. Excitato inde studio fovendae pietatis, quaesitum est, si quo forte modo consuli posset aegrotis diuturno morbo laborantibus et eucharistico Pane haud semel confortari cupientibus, qui naturale ieiunium in sua integritate servare nequeant. Quare supplices ad hoc preces delatae sunt SS^mo D. N. Pio PP. X; qui, re mature perpensa auditoque consilio S. Congregationis Concilii, benigne concessit ut infirmi qui iam a mense decumberent absque certa spe ut cito convalescant, de confessarii consilio SS^mam Eucharistiam sumere possint semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis qui degunt in piis domibus, ubi SS^mum Sacramentum asservatur, aut privilegio fruuntur celebrationis Missae in Oratorio domestico: semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint, servatis de cetero regulis a Rituali Romano et a S. Rituum Congregatione ad rem praescriptis. Praesentibus valituris, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Spiritualis hinc sumpta laetitia.

Quaestio de infirmis non ieiunis.

S. Pontifex, audita S. Congr. Conc. ipsis concedit S. communionem aliquotiens et certis diebus.

Derogatio contrariorum.

Dies (7 dec. 1906).

VINCENTIUS, Card. Episc. Praenestinus, *Praefectus.*
C. De Lai, Secretarius.

ANNOTATIONES

1. In novae gratiae praefatione memorantur plura quae SS^us D^nus fecit ad propagandum cotidianae communionis usum:

a) Decretum 20 decembris 1905, quod habes in PERIODICIS, t. 2, **n. 110**, p. 66.

b) Indulgentiae orationis pro cotidianae communionis propagatione, quae, antea iam, 30 maii 1905, concessae, a nobis erant praetermissae. Quia praesenti Decreto a S. Pontifice inter acta memorantur quibus disciplinam de s. communione in Ecclesia penitus studuit innovare, operae pretium visum est illas modo supplere. Quare eas hic supra exscripsimus.

c) Decretum Urbis et Orbis, diei 14 februarii 1906, quod, tertio loco memoratum, reperitur in hoc tomo PERIODICORUM, **n. III**, p. 69.

2. Nova ista gratia magnam movit exspectationem post deliberationem S. Congr. Concil. quae supra, n. **155**, est relata.

3. Restat ut brevem praesentis decreti proponamus expositionem.

a) *Quibusnam gratia offeratur.* — Gratia conceditur, non iis aegrotis qui in periculo mortis versantur, quippe quibus iam sit

ex ipso Rituali prospectum, sed iis qui *diuturno* morbo laborant. Diuturnus deinde morbus quisnam sit definitur : eorum est quotquot a mense decumbunt.

Ut enim optime observat R. D. De Smet [1], *infirmi* quibus gratia offertur, non sunt quotquot pedibus ecclesiam adire prohibentur, et ceterum « corde et stomacho validi » esse possunt, sed quorum ipsa valetudo est male affecta. Ideo, in locum vocis *Infirmi*, supposuimus vocem, supra usurpatam, *Aegroti*.

Nec minus eleganter observat, cum R. P. Bastien(N. R. T. t. 39,) *mensem* sumi posse de triginta diebus non mathematice computandis, ita ut satis sit si per quattuor plenas hebdomadas aegrotaverint.

Non omnibus tamen istis aegrotis prodest beneficium, sed iis tantum qui naturale ieiunium in sua integritate servare nequeunt. *Nequeunt*, i. e. moraliter, quatenus notabilem experirentur difficultatem, vel serium incommodum, ita ut prudenti iudicio abstinendum ipsis sit sacra dape potius quam servanda ieiunii condicio.

Casus erunt v. gr. eius quem medicus iusserit post stata intervalla, ut puta singulas horas, sumere medicinam; — vel aegroti qui, pectore laborans, debet bibendo noxiam impedire tussim; — vel infirmi qui propter nimiam stomachi debilitatem ex ieiunio turbatam pateretur valetudinem, aut qui siti torquetur moraliter invincibili. Namque sitis tolerabilis sufficientem excusationem non afferret. Aliud si quidem est difficultatem experiri, aliud in morali versari impotentia.

Interpraetationis nostrae ratio ex ipso argumento causae desumitur. Quonam consilio motus est Pontifex ut novam hanc gratiam largiretur ? Consulere voluit « aegrotis diuturno morbo laborantibus et eucharistico pane haud semel confortari cupientibus, qui naturale ieiunium in sua integritate servare nequeant. » His verbis commemoratur in ipso Decreto gratiae occasio et causa.

Quare, ne dicamus in brevi enuntiatiatione inutilia esse posita, huiusmodi aegrotos, nullos alios Pontifex respicere voluit.

Nec possunt, nostra sensentia [2], impotentes praesumi. Huius enim praesumptionis nusquam fundamentum reperimus, sed contraria potius indicia. Namque in praesenti non agitur de infirmis qui *periculose* aegrotant. His iam erat, ut monuimus, in ipso Rituali Romano provisum. Et fac observes, contra ac severior quorundam locorum mos habet, ad usum istius facultatis non requiri ut sacramentis quae ultima vocamus iam sint muniti.

Si itaque cogites iam ante dispensatum fuisse cum omnibus aegrotis qui morbo *probabiliter* letali afficiuntur, facile perspicies, bene multos esse ex infirmis quorum causa in decreto versatur, qui ieiunium satis facile servare possunt. Praesumptio ergo ex facto colligi nequit.

Praeterea si communem retineas theologorum doctrinam, facultas aegrotis periculose decumbentibus ita intellegenda est « ut ne aegroto quidem ex mero lubitu liceat laedere ieiunium ante Sacram Communionem pro Viatico sumendam, sed tum tandem, quando commode non possit sumere ieiunus [3] ». Quare, ex sententia Collationes Brugenses, vis nuperrimae gratiae huc spectaret ut privilegium periculose decumbentium iam cum omnibus com-

---

1 Collationes Brugenses, t. XII (1907), p. 136.
2 Contra ac putat R. D. De Smet, l. c.
3 Lehmkuhl, *Theol. mor.* t. 2, n. 161.

municaretur aegrotis qui a mense morbo laborarent [1]. Huiusmodi intentio parum verisimilis est, et ex nullo signo demonstratur.

Quid, quod S. Officium concedere solebat aegrotis facultatem quae nunc pleno iure haberi potest. Quocirca, antequam praesens ederetur decretum, iussit S. Pontifex S. Officium consultum adiri, ne qua parte futura gratia displiceret. Sed iis tantum indulgetur a S. Officio gratia sumendi aliquid per modum potus, qui ieiunii naturalis servandi sunt impotentes [2]. Num ultra fines quibus suprema ista Congregatio particulares continet gratias, generale Indultum extendes?

Et nonne hoc unum voluit Pontifex, cavere ne diutius ss. eucharistia orbentur qui diuturno iam morbo vexantur? Sed si omnes aegroti qui a mense decumbunt iam vi decreti ita permittuntur communicare non ieiuni, ut mere « *conveniat* ut ieiuni accedant, si commode possint », multi lege ista solventur qui profecto eucharistico animae cibo sine ullo indulto refecti essent.

Anxiam tamen, etiam nos, cum egregia ephemeride, deponere iubemus inquisitionem, nec torquendos ducimus infirmos. Namque, ut solet romanus legislator gravitate verborum laxiores praepedire interpretationes, ultro permittimus ut impotentia quae requiritur intellegatur benigne de qualibet seria difficultate, ita ut non repugnemus R. D. Boudinhon, cum privilegii usum infirmis addicit qui non possint nisi aegre integrum servare ieiunium [3].

Neque etiam a mense decumbentes infirmi facultate uti permittuntur, si *certa* fruantur spe ut *cito* convalescant.

Certa spes tunc aderit cum medicus convalescentiam praenuntiat, nisi aliquid praeter exspectationem intervenerit. Certa non aderit spes, si medicus dubius haeret, mere affirmat fieri posse, etc. Certa spes, ut ait R. D. De Smet, *moralem* postulat *certitudinem*.

Cito convalescere, in morali existimatione, censendus est, nostra sententia, qui intra octo dies restituta potietur valetudine. Ex ipsa enim concessionis ratione, qua menstrua communio ut minimum permittitur, videtur istud colligi posse, menti Ecclesiae congruere ut nemo diu ultra mensem ss. eucharistia privetur.

Ne existimes tamen opus esse ut aegrotus per mensem iam usu eucharistiae caruerit. Namque tam is qui per modum viatici communicaverit non ieiunus, nunc autem, iam extra periculum positus, nondum potest nisi aegre naturale ieiunium servare; quam ille qui per mensem eucharistiam ex devotione acceperit, uterque, inquam, praesenti fruuntur indulto, dummodo per mensem decubuerint morbo affecti.

Observes etiam agi de spe quae convalescentiam respicit non autem copiam ieiunandi. Unde quamvis mox futurum sit ut aegrotus possit manere ieiunus, privilegii usu non excidit, dummodo ne morbus ipse post mensem ad finem omnino vergat.

Satis nobis assentitur R. D. De Smet, l. c.; simul tamen propendet in distinctionem personarum quae nobis minus probatur.

---

[1] Excepto solo hoc discrimine, quod periculose aegrotantes etiam *solido* cibo non prohibentur.

[2] Forma enim supplicis libelli ita fere describitur: « X.... ad pedes S. V. provolutus, cum propter male affectam valetudinem ieiunium naturale servare nequeat, ne sacra dape diutius privari cogatur..... »

[3] « *Les maladies chroniques, assez souffrants pour ne pouvoir sans peine demeurer à jeun.* » Canoniste contemporain, t. XXX (1907) p. 20.

Si quidem ratione habita frequentiae s. communionis quae, ex faciliore vel difficiliore delatione, permittitur aliis semel vel bis in hebdomada, aliis semel tantum vel bis in mense, existimat prioribus fortasse sufficere ut convalescentia non speretur *ante medium octiduum*, aliis vero opus esse ut non speretur *ante medium mensem*.

Distinctionis istius rationem nos fugere fatemur. Verum quidem est, non posse tam *saepe* communicare non ieiunos eos quibus domesticum deest oratorium; sed num hinc merito colliges eosdem ad *semel* utendum privilegio, duriore lege teneri? Rarior quidem ipsis conceditur privilegii usus, ne onus nimis grave imponatur parocho, et ne reverentia erga SS. Eucharistiam aliquod accipiat detrimentum. Ita ipsae Collationes Brugenses. Sed cum ambo aegrotantium genera praesumantur paris esse pietatis vel meriti, et in simili necessitate spirituali versari, eaedem, ut privilegio sit locus, utrisque praescribendae sunt condiciones. Quocirca, ex ipso decreto omnibus idem praestituitur observandus *terminus a quo*. Qui cum talis sit (morbus qui per mensem duraverit) ut aegrotum plerumque cogat iam per maximum unius mensis intervallum ss. eucharistica abstinere, nova accedit ratio cur proxima convalescentia non severius istis quam illis praefiniatur.

Si tamen per primum mensem aegrotus iam ob aliam causam bis communicaverit, tertiam intra triginta dies communionem addere poterit vel prohibebitur, non ieiunus, prout bis in hebdomada vel tantum in mense privilegio fruitur.

Quod si instet peculiaris quaedam festivitas, satis placet nobis dictum a R. D. De Smet, posse tunc benignius aestimari condicionem convalescentiae non nimis proximae, ita ut satis esse videatur si certa afuerit spes convalescentiae ante sex vel quinque dies ab elapso mense. Sic dicendum putamus ex benigna Matris Ecclesiae mente. Optat ut sollemnioribus diebus christiani etiam sacramentaliter Christum induant. Cum voto isto quaedam rigoris relaxatio in morali condicionum existimatione consentanea videtur.

Age porro, *decumbere* existimantur aegroti quotquot vel lecto detinentur vel in cubiculo aut intra parietes domesticos continere se infirmitate coguntur. Immo, si favente tempestate, per paucas horas circa meridiem egredi infirmus potuerit, eum nihilominus inter decumbentes habebimus, memores proverbii : parum pro nihilo computatur.

Quaeres autem, quid iuris de infirmis qui non decumbunt quidem, ita ut ipsos obvios in viis habere soleas, sed tamen vere ex infirmitate ieiuni manere prohibentur? Huiusmodi occurrere infirmos, dubitari nequit. Nonne ex iis qui per diem circumeunt civitatem, aliqui lege naturalis ieiunii praepediuntur quominus toto anno ad sacram mensam accedant?

Prima quidem specie dixeris ipsos decreti beneficio non exclusos si vero morbo et non sola debilitate quadam afficiantur. Ipso enim decreto mens exprimitur consulendi « aegrotis diuturno morbo laborantibus qui naturale ieiunium in sua integritate servare nequeant ».

Quod demum lecto se teneant vel ambulent, parum referre videtur. Immo quod interest inter utrumque casum aestimaveris potius eorum favere causae qui, cum possint se in ecclesiam conferre, nemini molesti esse debent ut sacra communione reficiantur.

Nihilominus, cum praesens decretum legi deroget quam ob sanctissimas causas valde urgere solet Ecclesia, non videtur, ob

causae analogiam, ad alios casus transferri posse, ad eos praesertim de quibus constat Legislatorem non cogitasse. Ex omni autem decreti dispositione perspicitur eorum tantum fuisse respectum quibus eucharistia sit in cubiculum deferenda. Nec deest aliqua discriminis ratio. Aegrotus qui per vias incedit a persona quae mere debilis est non adeo facile discernitur. Si itaque etiam illi permittas ut de consilio confessarii ad sacram mensam assideat non ieiunus, periculum est ne sensim sine sensu confessarii ob quodlibet incommodum vel difficultatem personas a lege ieiunii eucharistici declarent immunes.

Quocirca, donec S. Sedi placuerit benigniorem suam mentem aperire, non aliud infirmis non decumbentibus remedium praesto esse censemus nisi ut a S. Officio consuetum, quod ante petere solebant, indultum sibi impetrent. Cfr. Bastien, l. c. p. 162.

b) *Vis concessionis.* — Iis itaque quos modo descripsimus, conceditur :

Ut de *confessarii consilio* : — is perpendet et paenitentis dispositionem, et veritatem impedimenti quod ieiunio obstet.

« *Semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis qui degunt in piis domibus ubi SS^mum^ Sacramentum asservatur.* » Quia in huiusmodi domibus sacra communio omnibus per se dispensari potest, quicumque ibi morbo laborat, si ceterae affuerint condiciones, privilegio fruetur refectionis hebdomadariae vel semi-hebdomadariae.

« *Aut privilegio fruuntur celebrationis Missae in Oratorio domestico.* » Ex modo quo sententia est adornata, vox *fruuntur* regitur voce *infirmi* tamquam subiecto. Directe itaque et conceptis verbis semel vel bis in hebdomada, communicare permittuntur ii ipsi qui privilegio fruuntur oratorii domestici, id est indultarii seu privilegiati.

Quid autem de aliis? Si oratorium est *semi-publicum* [1], quale est Regularium, Seminariorum, etc. rursus per se permittitur eucharistiae dispensatio [2], ac proinde quilibet hospites eandem participabunt privilegii rationem. Si vero oratorium fuerit stricte privatum, in particularibus aedibus constitutum, occurrit responsum S. Rituum Congregationis, 10 febr. 1906. Interrogata si quidem utrum necne, de sola Ordinarii licentia, sacram communionem in privatis oratoriis ministrare liceret, respondit, licere quidem ut ministretur *indultariis*, requiri autem indultum apostolicum ut aliis personis dispensetur [3]. Cuius responsi haec ferme ratio esse videtur. Communio, non secus ac missa, per se ecclesiam requirit; fata autem missae dispensatio communionis sequi videtur. Ubi ergo facultas missae non conceditur nisi paucorum gratia, qui soli possint in oratorio satisfacere praecepto missae dominicae, iis etiam facultas communicandi circumscripta videtur. Sic ergo dicemus : Quot personae possunt ex Indulto in oratorio domestico satisfacere praecepto missae audiendae, tot possunt ibi sacram

---

[1] Cfr. Decretum generale 23 ian. 1899 (*De Religiosis*, etc. t. 2, n. **271**, a. p. 710).

[2] Cfr. *De Religiosis*, etc. t. 1, n. **514**.

[3] Cfr. Analecta Ecclesiastica, t. 15 (1907), p. 23. Iam ante huiusmodi responsum de re dubitabatur. Cum eo autem componi non posse videtur benignior sententia scriptorum N. R. Th. id nota t. 39 (1907) p. 161.

recipere communionem. Ibi, id est in oratorio vel in ipsa domo ; ex oratorio, si decubuerint.

Quare, si accurate dicere voluerimus, hac vel simili brevi formula non est utendum : « In quacumque domo vel Sanctissimum asservetur vel Missa celebrari permittatur, quotquot a mense sunt aegroti, semel vel bis in hebdomada SS. Eucharistiam recipere possunt quamvis ieiunium naturale stricte servare nequeant. » Sed distinguendum est oratorium publicum vel semi-publicum ab oratorio stricte privato ; et, cum missa dicitur in oratorio domus privatae, privilegium solos afficit indultarios nisi ex apostolico indulto maior concessa sit gratia. *Sed nunc amplior facultas facta est decl. 8 maii 1907.* Cfr. infra, n. **220**, p. 345.

Cur autem in domibus ubi celebratur missa frequentior concedatur usus privilegii, duplex haec afferri potest causa, quia cum minore sacerdotis incommodo eucharistia ibi porrigitur, nec timendum est ne ex nimis frequenti delatione per vias ac plateas, de reverentia erga SS. Eucharistiam aliquid detrahatur.

Semel aut bis in hebdomada aut in mense. His verbis non praecipitur ut binae communiones separentur intervallis trium vel quindecim dierum ; sed si ratio peculiaris id ferat, fieri possunt duabus diebus etiam continuis. Quamquam mens est Ecclesiae ut congrua potius intercedant spatia.

SS. Eucharistiam sumere possint, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint.

Quo spectet haec condicio, quae privatis S. Officii rescriptis exigi consueverat, declaravit ipsa S. Officii Congregatio, 4 iulii 1893 : Cui permittitur aliquid sumere per modum potus, licet sumere iusculum, caffaeum, vel alium cibum liquidum, quamvis mixtum parte quadam solida, ut (*semoule, chapelure : semmolino, pangrattato*) dummodo ne pereat liquida cibi qualitas.

— *Quaeres denique,* quid si aegrotus qui ieiunium moraliter servare nequit, superata tamen difficultate, nihilominus interdum communicet ieiunus ? Poteritne ad communiones istas, quae extraordinariae suae devotionis sunt fructus, addere communiones ex praesenti indulto concessas ?

Quamvis laudabilis zelus praemio suo sit dignus, id tamen non arbitramur ipsi licere. Ideo enim decretum est latum ut aegroto copia detur communicandi semel vel bis in mense aut hebdomada. Qui ergo alia via sibi in hac re consuluerit, ratione et beneficio decreti excidere prorsus videtur.

162. — PARERGON

De facultate annectendi coronis indulgentias dictas a Patribus Crucigeris

Non tantum, ut monuimus supra, n. **159**, p. 173, facultas istas indulgentias coronis annectendi cuilibet sacerdoti concedi coepta est, sed, ut modo accepimus, a S. C. Propagandae Fidei missionariis apostolicis (in locis missionum exterarum) tribuetur communis.

SUPPLEMENTA [1]

SUPPLEMENTUM UNDECIMUM
(Continuatur) [2]

ARTICULUS III. De erectione ecclesiae regularis vel religiosae

Separanda hic rursus videtur causa Regularium stricte talium et causa religiosorum qui votis carent sollemnibus.

§ 1. De erectione ecclesiae Regularium et Monialium

1. Iure communi hodierno, monasterium, id est conventus proprie dictus non intellegitur perfectum sine ecclesia publica [3]. Quare, ut scribebamus n. **112** et **511** *De Religiosis* I, facultas erigendi ecclesiam *coniunctam*, facultate conventum erigendi per se continetur. Consentiunt Doctores [4].

Hinc etiam nulla, pro huiusmodi ecclesiae erectione, requiritur dos ab ipsa dote monasterii distincta. Cfr. REIFFENSTUEL, *De Consecratione Ecclesiae vel altaris* (l. 3, t. 40) n. 6 et *De Ecclesiis aedificandis* (l. 3, t. 48) n. 10.

Ob iustam tamen causam potest Episcopus facultatem erigendi conventus deminute tantum concedere, ita ut publicae ecclesiae aedificatio fuerit excepta [5]. Quod si

---

[1] Tomi tertii, quem alteri iungimus, hoc erat initium. Pristinos paginarum eius numeros intra ( ) iuxta novos ponemus.

[2] Cfr. PERIODICA, supra p. 1, ss.

[3] Rota, Decis. recent. p. 5, t. 1, decis. 5. pag. 9; decis. 53, pag. 90; DE BUCK-TINNEBROECK, *Examen historicum*, p. 485, 486; TREUGOTT, *Ist die Erlaubniss des Ordinarius nothwendig zum Bau der Ordenskirchen*, ARCHIV, t. 26, p. 130, ubi multae auctoritates; VAN DE BURGT, De *Ecclesiis*, n. 99; PIAT, t. 2, p. 277.

[4] Cfr. VAN DE BURGT, TREUGOTT, l. c.

[5] Non aliam putamus innui temperamenti rationem a WERNZ, t. 3, n. 430, nota 14, cum carpit mox laudatum TREUGOTT, quod nimis generaliter asserat, ad aedificandam novam et publicam ecclesiam, conventui annexam, non requiri novam licentiam Episcopi et S. Pontificis. Alia certe exceptio non eruitur ex C. *Romanos Pontifices*, quae n. 21, de ecclesia quae conventui annectatur non agit, neque ex GASPARRI, *De Euchar.*, qui n. 125, de casu nostro silet, neque ex VAN DE BURGHT, qui, l. c., ne nostram quidem limitationem addere cogitavit.

fecerit, integrum etiam ipsi erit facultatem deinde non concedere absolute, sed circumscripte. quasi de simplici agatur ecclesia (cfr. infra) non conventuali.

Ius istud quo Episcopus, etiam post aedificatum conventum, de opportunitate ecclesiae publicae tunc iudicare potest, in legitima fundatur pactione qua, cum erectionem simpliciter impedire potuisset, concessit tantum imperfectam, communi consensu deinde perficiendam. Frustra itaque contra argueris, eo quod contendas ad ecclesiam, in loco exempto aedificandam, beneplacitum apostolicum solummodo requiri.

Ut scite observat Van de Burgt, l. c., privilegium conventus non valet in domum regularem minus proprie dictam, ut quae hospitibus, aegrotis recipiendis deputatur, vel « granciae » nomen habet ; multo minus in domum ubi regulares principem locum non habent sed aliis personis veluti accedunt. Puta domum quae primario, ex fundatione vel opera Episcoporum, in seminarium erigatur clericorum saecularium, curae committi Patrum cuiuspiam Instituti regularis. Tunc, ut verba usurpemus C. De Lugo, non tam convictores in domo Patrum versantur, quam Patres in eorum domo. (*Resp. mor.* l. 4, dub. 33, n. 8.)

Ceterum, ad huiusmodi hospitia condenda vel grancias, regulares assensu Episcopi minime indigent.

Plerumque ergo de consensu virtuali agi nequit, cum nullus fuerit in erigendam domum formaliter expetitus.

Brevis itaque regula haec esse possit. Cum Regulares domum erigunt quam sine assensu Episcopi constituere non possunt, simpliciter facta facultas virtualem continet ecclesiae concessionem. Hanc non continet assensus ad aedificandam domum quae sine sollemnitatibus erigi poterat.

2. Hactenus dicta in moniales votorum sollemnium transferre licet, cum ecclesia non minus ad ipsarum quam ad regularium monasteria per se pertinere iudicetur.

3. In loco autem non exempto, alia ecclesia aedificari prohibetur sine assensu Ordinarii loci. Id prorsus constat ex c. *Auctoritate*, 4, De privilegiis in 6° (V, 7.) « Auctoritate sedis apostolicae, de fratrum nostrorum consilio, statuimus, quod oratoria vel cappellas in locis non exemptis, sine dioecesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non praesumant, neque in sic constructis, nec

tempore interdicti (casibus expressis in iure dumtaxat exceptis) celebrent vel faciant celebrari divina. » Accessit praeterea dicta C. *Romanos Pontifices*, n. 21 : « Ad propositum dubium respondemus : sodalibus religiosis novas sibi sedes constituere, erigendo novas ecclesias, aperiendove coenobia, collegia, scholas, nisi obtenta prius expressa licentia Ordinarii loci et Sedis Apostolicae, non licere. » Si de aliqua ecclesia haec vera sint, profecto ecclesia in loco non exempto aedificata vim huiusmodi sanctionis effugere nequit.

Nec ratio tunc occurrit cur una praetermittatur ex condicionibus quae ad simplicem ecclesiam aedificandam sunt necessariae : id est, iusta causa, quae facile adest ; provisio congruae dotis, quae alendis ministris et sacris functionibus celebrandis sufficiat ; denique cautio ne aedificatio in detrimentum cedat vel temporale aliarum ecclesiarum iam exsistentium, quae necessariis reditibus privarentur, vel in spirituale populi. Quaeres, quomodo loci sacri erectio possit esse spiritualiter damnosa, cum per se potius maxima pietati afferre debeat adiumenta ? Casus tamen incidere potest, ut si « populus nimium abstrahatur ab ecclesia parochiali, et sic incidat in ignorantiam circa credenda et observanda, uti bene ponderat R. P. D. Petra ad C. Apost. t. 1, p. 390, n. 69 ; et latius prosequitur Monacelli in formul. t. 2, p. 75, n. 42, ubi ait horum oratoriorum erectionem... non esse de facili ruri permittendam propter spiritualia damna quae in populum derivant ; ille etenim, accedendo ad audiendam in Oratorio missam, non audit verbum Dei a parocho, caret catechismo, ignorat vigilias et festivitates de praecepto, et denuntiationibus matrimonialibus non interest, ita ut aliquando contingat ut impedimenta matrimonialia non revelentur [2]. » Ex qua explicatione consequitur, rationes istas rarius aedificationi ecclesiae regulari esse oppositas. Saepe enim et spiritualis populi eruditio non neglegitur, et abundantior suppeditatur occasio recipiendorum sacramentorum, puta paenitentiam, quae ad cultum spiritualem populi maxime faciunt. (De condicionibus requisitis cfr. Van de Burgt, op. cit. n. 36-48, et Many, n. 4-6.)

---

1 Const. afferimus ut est proposita in opere nostro *De Religiosis*, t. 2, inter Monumenta, n. **277**, p. 718 et ss.

2 Ben. XIV, *Quaest. can.* 287.

Praeterea, ut supra iam monuimus, cum veniam dat aedificandae simplicis ecclesiae, Episcopus ad cuius officium pertinebat de novae ecclesiae opportunitate ferre iudicium, efficaciter stipulari etiam potest condiciones quas existimaverit utiles ad propulsanda sive aliarum ecclesiarum sive personarum damna quae ex aedificatione timenda videantur. Namque, ut patet, in hac re ad libidinem agi nequit, cum novae ecclesiae aedificatio et sacrae functiones in maiorem Dei gloriam et animarum salutem per se cedant, sed quid postulet spirituale communitatis bonum aequa lance est pensandum. Quare et functionibus futuris certum modum praefinire potest Episcopus, v. g. ut sollemnioribus diebus abstineant sacris faciendis, et etiam, ni fallimur, exigere ut die festo eae tradantur catecheses vel habeantur contiones quae christiana populi eruditione postulari videantur.

Sic, iam 12 mart. 1693, in Nucerina, cum Episcopus licentiam concessisset non nullis condicionibus « qualificatam », respondit S. Congr. Conc. : Serventur disposita per Episcopum [1]. Quod confirmatur magis recenti responso S. Rit. Congr. in Monasteriensi, 14 iun. 1845 (Decr. auth. n. 2893). Anno 1843, possessor cuiuspiam *oratorii publici* apostolicum rogaverat indultum, ut in dominicis et festivis diebus integrum ipsi esset ibi per benevisum sacerdotem procurare ut celebraretur missa. S. autem Congregatio, mirans a se peti quod aperte in potestate erat Episcopi, pro informatione et voto, preces ad Episcopum Monasteriensem transmisit. Qui rettulit, exclusos a se fuisse dominicos et festos dies de praecepto, « quia sine praeiudicio et detrimento ecclesiae parochialis neutiquam remotae, in enuntiato sacello missa celebrari non potest ; ex eo potissimum, quia fideles in casu contionem neglegerent ac cetera parochialia exercitia, veluti pluries oratori ipsi communicatum fuit. » His auditis rationibus, S. Congr. rescripsit : « Iuxta votum Episcopi ; id est, expetitum indultum oratori denegandum omnino existimavit. »

Caveat tamen Episcopus, ne condiciones statuat quae, ex iure communi, cum qualitate ecclesiae publicae componi nequeant : Exempli causa, efficere nequit ut fideles vel omnes vel pars eorum qui, in oratorio publico sacro

[1] MONACELLI, t. VI, formul. 10, n. 10.

interfuerint die festivo, non satisfaciant ecclesiastico praecepto audiendae missae. Cfr. WERNZ, t. 3, n. 430.

Sollemnitates tamen quae iure servandae praestituuntur in erigendo conventu, in erigenda ecclesia separata praetermitti possunt. Quare temperanda sunt quae scripsimus, *De Religiosis*, t. 1, n. **112**. Namque C. URBANI VIII 28 aug. 1624, qua ad severiorem tuendam sententiam ibi usi sumus, re vera nullam novam promulgat iuris sanctionem. Per eam voluit Pontifex quasdam revocare dispensationes a iure communi, vi quarum, omissis aliis sollemnitatibus, vel quaelibet Episcopi licentia ad legitimam conventus erectionem sufficere videbatur, immo nec semper requirebatur. De erectione ecclesiae separatae nullus in dicta Constitutione fit sermo. Cfr. TREUGOTT, ARCHIV, l. c. p. 147.

Hactenus de ecclesia quae in loco non exempto aedificetur. Quid autem si in loco exempto? Ex dicto c. *Auctoritate*, opus tunc est facultate apostolica. Sic enim sonat canon: « Inhibemus insuper, ne in locis etiam exemptis, hoc ipsi exempti facere audeant, nisi super his licentiam vel privilegium habeant sedis apostolicae speciale. »

Quod si mente recolas, superioris aevi canonistis minus placuisse simultaneam episcopi et Sedis apostolicae consensus necessitatem, ita ut PASSERINI hoc aestimaverit repugnare [1], facile perspicias plerosque saltem, eosque probatissimos, negasse opus esse assensu Ordinarii loci, si ecclesia in loco exempto fuerit exstruenda. Cfr. ipsos numeratos in ARCHIV, l. c. p. 137, 138.

Tot doctorum auctoritate permotus videtur esse R. P. WERNZ, t. 3, n. 430, ut de specie praesenti modeste scriberet: « Ad novam ecclesiam aedificandam in loco *exempto*, requiritur saltem auctoritas Romani Pontificis. » Casus, ceterum, hodie raro tantum occurret. De coniuncta enim monasterio ecclesia, iam supra est actum Alia autem in dioecesi exempta loca vix umquam reperies. Namque ecclesiae quae ad Abbatem Nullius pertinent, profecti sunt extra dioecesani cuiuspiam territorium et iurisdictionem. Quare omni alia explicatione vel observatione supersedere possimus.

Ut tamen mentem nostram aperiamus, nescio an res

[1] In l. 5 Decr. in 6°, c. un. tit. 6, n. 13.

ista alio modo sit proponenda. Istud libri sexti caput cum tunc vigente disciplina arte cohaerere nobis videtur. Secundum istam disciplinam, Regulares exempti numquam, pro aliqua aedificatione, assensum episcopi quaerere cogebantur. Obstabat enim ipsum exemptionis privilegium. Licentia, sic arguebant doctores, non petitur nisi a Superiore. Exempti autem Superiorem non habent Episcopum sed S. Pontificem. Ergo, episcopi numquam, sed, si qua est necessaria, S. Sedis est impetranda venia.

Hanc autem iuris rationem mutavit Tridentina synodus, cum in fine c. 3, sess. XXV, De Regularibus, statuit : « Nec de cetero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius dioecesi erigenda sunt, licentia prius obtenta. » Considerando etenim erectionem loci regularis ad mutandum statum dioecesis et fidelium onera plurimum valere, magis sollicitus esse coepit de rationibus Ordinariorum quam de condicione aedificantium.

Inducto hoc novo iure, secundum placita communiora et quae *in se* veriora existimamus, in locum apostolicae facultatis, si qua requireretur, posita est assensus episcopalis condicio, reservato semper iure S. Pontificis interponendi supremam suam potestatem, sive ad permittendum, sive ad vetandum.

Nihilo minus, romana S. Congregationum iurisprudentia sensim sine sensu coepit, simul cum episcopali assensu, apostolicum exigere beneplacitum. Quae mens ac iurisprudentia authenticam habuere suam significationem in C. Leonis XIII, *Romanos Pontifices*, quae, loco supra scripto, utriusque assensus, Papae et Episcopi, condicionem aedificando loco regulari dixit necessarium.

Nemo ignorat, Constitutione ista plurimas regi regiones, et ad eius normas Curiae responsa aptari.

Quae res cum ita sint, ad disciplinam quae Tridentino iure est mutata, pertinere nobis videtur caput *Auctoritate*, quatenus ecclesias respicit in loco exempto erigendas. Nonne dioecesani Antistitis aeque interest, ut possit de publica ecclesia in sua dioecesi erigenda iudicium ferre, quemadmodum illud potest de ipso conventu ?

Quocirca, ex mente saltem Tridentini Concilii, ad aedificandam ecclesiam publicam, etiam in loco exempto, requisita nobis videtur episcopalis facultas ; ex hodierna autem S. Sedis mente, beneplacitum apostolicum una

cum Ordinarii assensu. Cui menti verba relata Cis. *Romanos Pontifices* respondere putamus.

§ 2. De erectione Ecclesiae Institutorum votorum simplicium

1. Hactenus descriptum ius dixeris etiam in ea convenire Instituta votorum simplicium quae plenae exemptionis privilegio a S. Sede sunt donata, qualia sunt Congr. Discalceatorum Crucis et Passionis D. N. I. C. et Presbyterorum sub titulo SSmi Redemptoris. Verumtamen, ne plena quidem exemptio sufficit ut vel nomen[1] vel leges participent quae regularium sunt propria.

De domibus itaque huiusmodi Institutorum dici nequit, quod sine ecclesia putentur imperfectae. (Cfr. VAN DE BURGT, n. 128.) Ex adiunctis tamen bene perspici poterit, utrum necne licentia aedificandi ecclesiam cum ipsa conventus erectione tacite concessa videatur. Et concessa videbitur, si fundationis finis sine ecclesia maximam partem frustraretur.

Secluso hoc casu, si caput consideres *Auctoritate*, dixeris, ad aedificandam ecclesiam conventui coniunctam, beneplacito apostolico esse opus. Ecclesia enim ista in loco exempto erigitur. Si vero ad mentem et disciplinam Tridentinam animum attendas, consensu Episcopi, sicut pro ipsa domo[2] contentus eris. Si denique ad supra propositam iurisprudentiam et C. *Romanos Pontifices*, utrumque assensum postulabis.

Ad ecclesiam in alio dioecesis loco constituendam, assensus episcopi profecto requirendus est et plane sufficit.

2. Quod idem Ordinarii assensus sit necessarius et sufficiens, quotiescumque de ecclesia agitur Congregationis non exemptae, dubitari nequit.

Quid tamen iuris in locis missionum?

In locis istis, omnino observanda est C. *Romanos Pontifices*, quae ad loca ista est formaliter extensa[3]; et simul, si, quae plerorumque est condicio, in dicione versantur S. C. Propagandae Fidei, respiciendae sunt litterae istius

---

[1] Cfr. responsum S. C. Ep. et Reg. 16 sept. 1864, apud Bizzarri, p. 796, seq. vel Luciai.

[2] *De Religiosis*, etc. t. 1, n. **117**.

[3] Ibidem, n. **529**.

Congregationis, 7 dec. 1901 [1]. Postremis istis litteris quae, per se, obscurae sunt significationis, constat tamen id voluisse S. Congregationem, ut nulla domus, ne quidem Congregationis religiosae, conderentur quin prius haberetur assensus Episcopi aut Vicarii apostolici et beneplacitum apostolicum. Porro, ex C. *Romanos Pontifices*, n. 22, de fundationibus pro quibus, praeter Episcopi assensum, etiam S. Sedis venia est necessaria, habemus istud : « Religiosis sodalibus non licere ea quae instituta sunt in alios usus convertere, absque expressa licentia Sedis Apostolicae et Ordinarii loci, nisi agatur de conversione quae, salvis fundationis legibus, referatur dumtaxat ad internum regimen et disciplinam regularem. »

Haec ut apte simul componamus, sic dicendum putamus : Quotiescumque erectio ecclesiae conversionem infert domus vel communitatis qua alii intenduntur usus ac qui prius erant statuti (v. gr. qua domus seminarii in domum operariorum mutetur) utraque venia, Pontificis dico et Episcopi, opus erit. Hoc casu excepto, si qua requirenda fuerit venia, episcopalis sufficiet.

Illud monere supervacaneum ducimus, a nobis semper agi de ecclesia quae vere sit sodalium religiosorum, non de ea quam intuitu missionis erigere vel permittere sane potest Episcopus.

ARTICULUS IV. De Consecratione, benedictione et reconciliatione Ecclesiae religiosorum

§ 1. De ecclesiis Regularium et Monialium

1. Quaelibet Ecclesia *consecranda* est vel saltem sollemniter *benedicenda*. Immo, si iure Decretalium standum foret, ipsa requireretur consecratio. Sic enim habet c. Si ecclesia, 10. De Consecratione Ecclesiae vel altaris (III, 40) « Si ecclesia non consecrata cuiuscumque semine fuerit aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divina organa suspendantur. Est tamen quam citius fieri poterit consecranda. »

---

[1] *De Religiosis*, t. 2, n. **278**, p. 734.

Ex consuetudine tamen, ipsa iam benedictio, pro ecclesiis quales pleraeque sunt regularium ecclesiae, satis esse potest. Argumentum sumitur ex resp. S. Rituum Congr. 7 aug. 1875, n. 3364, ad 1. « Incumbere debent Episcopi, ut Ecclesiae saltem cathedrales et parochiales sollemniter consecrentur. Quod ad minores ecclesias, si Episcopi nolint uti iure suo illas sollemniter consecrandi, facultatem tribuant sacerdotibus eas benedicendi. »

2. Age porro, ecclesiarum consecratio, etiam regularium, ad episcopum loci pertinet, nisi tamen « Ordinarius, bis aut ter cum debitis reverentia et instantia requisitus, sine legitima causa id recusaverit. » (C. *Dum intra*, Leonis X in Conc. oecum. Later. V.)

Quam Constitutionem adhuc vigere autumat Many, *De locis sacris*, n. 12 : Quamvis enim Tridentina synodus s. VI, De Ref. c. 5 sub poena suspensionis ipso facto incurrenda, vetuerit, ne « cuiuslibet privilegii praetextu », episcopus aliquis pontificalia in alterius dioecesi exerceret, « nisi de Ordinarii loci expressa licentia », non agi hic de privilegio sed de lege generali, qua mutuae Episcoporum et Religiosorum definiantur relationes.

Vi sua non destituitur huiusmodi observatio. Sed ius illud Superiorum regularium est huiusmodi quod ad usum vix umquam traduci queat. Episcopus enim qui consecrationem facere noluerit, idem plerumque affirmabit se legitima causa prohiberi. Quod si dixerit, quis iam controversiam dirimet, nisi ipsa S. Sedes, a qua, sine ullo iuris articulo, provisio exspectari poterat?

Praelato tamen Nullius, utpote qui extra omnem dioecesim versetur, ad consecrandas ecclesias suae quasidioecesis, quemlibet Episcopum catholicum eiusdem ritus accersere licebit.

3. Ex Const. *Religionis*, Leonis X, possunt quicumque Superiores, etiam locales, Ordinis qui privilegia Mendicantium participaverit, ecclesias proprii Ordinis sollemni benedictione benedicere.

4. Ecclesias easdem, etiam consecratas, permittuntur Regulares reconciliare si fuerint pollutae.

Si tamen reconcilianda fuerit Ecclesia consecrata, ipsis utendum est aqua quam Episcopus benedixerit.

Hac ipsa autem condicione levantur, si Episcopus ultra

duas dioetas (circa 60 kil.) [1] distet, vel aquam benedicere renuerit, vel vacaverit sedes episcopalis. Cfr. GASPARRI, *De SS. Eucharistia,* t. 1, n. 250.

5. Ecclesiae Monialium quae Praelatis regularibus primi Ordinis subiciuntur vere dici possunt ecclesiae istius Ordinis. Ergo, quas facultates habuerit Praelatus regularis in ecclesias sui Ordinis, easdem in ecclesias monialium sibi subiectarum exercere potest. Cfr. PELLIZARIUM, *De Monialibus*, c. 9, n. 37 et 38. Is addit secus esse dicendum de ecclesiis monialium subiectarum Ordinario. « quippe quae non amplius dici possint ecclesiae Ordinis, ut patet ».

N. B. Ipsa ecclesiae consecratio non est per se causa sufficiens cur ad claustra regularium mulieribus detur accessus. Immo huiusmodi exceptionibus occurrere voluit BENEDICTUS XIV, Const. *Regularis disciplinae* § 2. [2]

Si tamen usus ita ferat, et haec observentur adiuncta quae periculum removeant excessus vel scandali, nolimus istam consuetudinem tamquam non rationabilem vituperare. Nonne ipse S. PIUS V expressis verbis permisit, ut per occasionem magni concursus populi, mulieres possent recto tramite per claustra se in ecclesiam conferre? Ita plures auctoritates superioris atque etiam praesentis aetatis, v. g. SCHMALZGRUEBER, in 1, 3, t. 35, n. 130; PELLIZARIUS, *De Regularibus*, tr. 5, c. 6, n. 45; REIFFENSTUEL, in 1, 3, t. 35, n. 74; AVANZINI, not. 30; PENNACHI, t. 1, n. 779; CIOLLI, (citatus a PIAT) *Commentarii*, etc. n. 118.

§ 2. De consecratione Ecclesiarum Institutorum votorum simplicium

Paucis verbis argumentum istud iam absolvi potest. Nisi speciali fruantur Indulto vel privilegio, ad dioecesanum Episcopum spectat cum consecratio, tum benedictio et reconciliatio ecclesiae quae pertineat ad Institutum votorum simplicium.

Consecrationem delegare non potest Episcopus nisi alii

---

1 Dioeta = 20 miliaria italica, id est romana. Romanum autem miliare tantum valet quantum 1469 metra et 480 millimetra, non autem, ut scribit MANY, l. c. 1852 metra, quae ratio est miliarii maritimi. In ipsa Italia satis inter se variant aestimatione miliaria. Antiquum Romanum, quod adhuc Romae usurpatur, est in lege canonica attendendum.

2 Cfr. De Religiosis, t. 2, Monumenta, n. **78**, p. 384; ed. 2; p. 212, ed. 4.

Episcopo; dum *benedictionem* etiam simplici sacerdoti committere non prohibetur.

Ecclesiae *consecratae* reconciliatio etiam Episcopo dioecesano reservatur facienda, ita ut sine indulto pontificio eam nequeat sacerdoti inferioris ordinis permittere celebrandam.

Si vero ecclesia mere fuerit benedicta, reconciliatio a simplici sacerdote peragi potest, nec constat hunc episcopali delegatione opus habere. Delegationem istam nihilo minus, saltem ut congruam, praescribit *Rituale Romanum* t. 8, c. 28 « Ecclesiae violatae (nondum consecratae) reconciliatio per sacerdotum ab Episcopo delegatum fiat hoc modo ». Qui contendunt delegationem stricte non esse requisitam, arguunt ex c. *Auctoritate*, ubi iubetur sacerdos statim aqua exorcizata mundare ecclesiam pollutam quae nondum erat consecrata. Ut statim faciat, profecto cogi nequit ad exspectandam delegationem. Cfr. MANY, *De locis sacris*, n. 42. GASPARRI tutius fore existimat si episcopalis petatur delegatio. *(De Euchar.* t. 1, n. 257.)

De Religiosis Institutis, etc. t. I, ed. 2

Mutanda vel corrigenda

P. 73, n. **112** In erigenda ecclesia in loco non exempto, assensus quidem Episcopi loci est necessarius, ceterae vero sollemnitates non requiruntur. Cfr. Supplementum XI, PERIODICA, t. 3, p. 5.

P. 273, n. **420**, nota 2, l. 3, aut femina iam ab altero cognita, *addas:* affectu maritali.

P. 344, n. **514**, d. Festum autem celebratur, etiam si semipublicum tantum, *addas:* dummodo sit oratorium principale et desit ecclesia. S. R. C. Decr. gen. 5 iun. 1879 ad 5 (Decr. auth. n. 4025); et Resp. 10 nov. 1906 ad III. (PERIODICA, t. 3, n. **166**).

P. 377, n. **560**, 5. Ex nuperrima gratia, possunt sodales, sine ullo indulgentiarum detrimento, semper singulas separare decades coronae quae intra diem recitetur. Cfr. PERIODICA, t. 3, n. **165**.

MONUMENTA

163. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (6 mai 1906)

LITTERAE DE FORMA NOTULARUM IN CANTU GREGORIANO

Rome, ce 6 mai 1906.

Dies (6 maii 1906).

Messieurs, [1]

En réponse à votre lettre du 9 avril dernier, j'ai l'honneur, de la part de mes supérieurs, de vous confirmer que, pour ce qui est des signes rythmiques, le décret de la Sacrée Congrégation des Rites du 14 février [2] est très clair et très précis. L'édition Vaticane typique, avec sa notation la plus purement traditionnelle, donnant le rythme de la tradition, renferme sans doute les indications nécessaires et suffisantes pour la pratique. Néanmoins, le Très Saint-Père a cru devoir tolérer, sous certaines garanties et réserves spécialement exigées, l'adjonction de certains signes supplémentaires avec la permission des Ordinaires, *permittente Ordinario*, et encore avec une grande circonspection. Le décret du 14 février ne condamne donc pas d'une manière absolue toute édition contenant des signes de ce genre ; mais il ne peut être, d'autre part, regardé comme une approbation. Ce qui résulte des termes mêmes du décret, c'est que celui-ci oblige de respecter toujours l'intégrité de la notation typique. Les commentaires erronés qui ont présenté ce décret comme une approbation de la Sacrée Congrégation des Rites ne pourraient avoir aucune valeur, ni ne sauraient tirer à aucune conséquence.

Decreti, perspicui tamen, significatio expresse effertur.

Signa alia non possunt superinduci nisi permittente Ordinario.

Nec approbantur sed tolerantur.

Je suis, Messieurs les Éditeurs,

Votre très dévoué,

D. Panici Archev. de Laodicée, Secrét.

---

[1] Ad tres editores Parisienses responsum istud missum est.

[2] Cfr. PERIODICA, t. 2. n. **115**, p. 73.

164. — S. C. CONCILII

EX AUDIENTIA SS^mi, DECRETUM 16 SEPT. 1906

Excardinatio et Sacra Ordinatio

Memorantur quae Decreto A primis, *20 iul. 1898, statuta sunt.*

Decreto diei 20 mensis iulii 1898, quod incipit *A primis*, E^mi S. C. Concilii Patres, probante v. m. S. P. Leone XIII, circa *excardinationem* et *incardinationem* clericorum eorumque subsequentem ordinationem, haec quae sequuntur statuerunt :

« I. *Excardinationem* fieri non licere nisi iustis de causis, nec effectum undequaque sortiri, nisi *incardinatione* in alia dioecesi exsecutioni demandata.

« II. *Incardinationem* faciendam esse ab Episcopo non ore tenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam ; ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio « *Speculatores* » pro domicilio acquirendo praescribit.

« III. Ad hanc *incardinationem* deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioecesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia.

« IV. Hac ratione ascriptos posse quidem ad Ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus ascriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriore experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint quod sicut « nullus debet ordinari qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis, » ut in *cap. 16, sess. 23, De reform.* Tridentinum statuit ; ita pariter nullum esse ascribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

« V. Quod vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac numquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respectivo eorum Ordinario, et obtinuerint secretam ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia.

« VI. Denique quod ac laicos, aut etiam quod ad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus Const. « *Speculatores* » quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmae semper manere debent. »

Mos dimittendi etiam laicos, dat, lato decr. A primis, *ansam dubitandi.*

Sed pluribus in locis mos iam pridem invaluerat ut quaedam litterae quasi *excardinatoriae*, seu *excorporationis* aut *exeat* nuncupatae, laicis quoque traderentur, eodem ferme modo ac pro clericis fieri consueverat : quibus litteris Episcopus originis laicum suae dioecesis subditum dimittebat, et ius nativum, quo pollebat, eum in clericalem statum ascribendi, in alium Ordinarium transferre eique cedere videbatur : et vicissim hic illum suscipiens eum proprium subditum sibi facere, et qua talem ad primam tonsuram et SS. Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut

ratione domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis « *Speculatores* » praescripta.

Porro, evulgato decreto *A primis*, de huius praxis legitimitate disputari coepit, et plura dubia hac de re ad S. Sedem delata sunt.

Causae examen.

Quapropter, de mandato SS^mi, quaestione semel et iterum in hac S. Congregatione examinata, tandem, die 15 septembris 1906, E^mi Patres censuerunt, permitti posse, si Sanctitas Sua id probaverit, ut praefatae litterae, quibus laici a propria dioecesi dimittuntur, ab Ordinariis concedantur, earum vi extradioecesanus fieri proprius valeat Episcopi benevoli receptoris, et hoc titulo ad clericalem tonsuram et ad SS. Ordines ab eo promoveri; dummodo tamen :

Decisio S. Congr. *15 sept. 1906.*

1. Dimissio ab Episcopo proprio ex iusta causa, in scriptis et pro determinata dioecesi concedatur.

2. Acceptatio ne fiat nisi servatis regulis quae pro clericis *incardinandis* statutae sunt, et superius sub num. II, III, IV et V recensentur ; et servato quoque decreto « *Vetuit* », diei 22 decembris 1905, quod ad alumnos a Seminariis dimissos.

3. Sed iuramentum ad tramitem Constitutionis « *Speculatores* » requisitum, praestandum esse ante clericalem tonsuram. Verum cum obligatio permanendi in dioecesi non propria, eique in perpetuum serviendi, ante maiorem aetatem non sine difficultatibus et periculis suscipi possit, cavendum esse ab Episcopis ne ad clericalem tonsuram admittant qui aetate maior non sit.

A S. Pontifice confirmata, 16 sept. 1906.

Facta autem de his omnibus relatione SS. D. N. Pio Papae X ab infrascripto Secretario, in audientia diei 16 septembris 1906, Sanctitas Sua deliberationem Em. Patrum probavit et confirmavit, mandavitque ut evulgaretur per litteras S. C. Concilii, ut omnibus ad quos spectat lex et regula esset, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die 24 mensis novembris 1906.

Vulgatur 24 nov. 1906.

VINCENTIUS, Card. Episc. Praenestinus, *Praef.*
C. De Lai, Secretarius.

ANNOTATIONES

1. Non una est causa ob quam decretum istud referamus, quod prima specie ad Religiosorum causas minus ascribendum videtur. Disciplinam enim inducit quae in locis Missionum vel saltem in regionibus subiectis C. de Propaganda Fide, praecipue in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, est expetita. Nihil autem quod Missionariorum intersit a religiosorum argumento prorsus alienum iudicari potest. Quaerendum deinde nobis est utrum necne novae istae sanctiones aliquo pacto minuant illam ingrediendi religionem seu capessendi status perfectionis libertatem quam tot iura etiam clericis intactam servarunt. (Cfr. *De Religiosis*, I, n. **135**.)

2. Huius decreti origo repetenda est ex causa Romana et aliarum, *Excardinationis et S. Ordinationis*, quae 15 die septembris 1906 suffragiis S. C. Concilii est dirempta.

Pro causae momento eam hic cum secretarii relatione ducimus esse subiciendam, qualem reperimus ANAL. ECCL. t. 14, p. 380 ss.

« Iam a die 8 februarii 1899 Sacra Congregatio de Propaganda

Fide ad hunc Sacrum Ordinem has litteras dederat: « Cotesta [1] S. C. » del Concilio, con Decreto 20 luglio 1898, ha stabilito che, circa » l'ordinazione dei laici o dei chierici provenienti da altre diocesi, » che non possono usufruire del beneficio dell' escardinazione, » *standum sit dispositionibus Const.* « *Speculatores* » ; giusta le » quali disposizioni il Vescovo non può ordinare se non che i propri » sudditi *vel ratione originis, vel ratione domicilii*. Affinchè poi » uno possa dirsi suddito *ratione domicilii relate ad ordines suscipiendos*, è necessario che almeno per un tempo notevole abbia » dimorato sul luogo, e che con giuramento affermi di volervi » rimanere in perpetuo.

« Ora accadendo assai spesso nei luoghi di Missioni soggetti alla » *Propaganda* che gli Ordinari accettino giovani specialmente laici » provenienti da altre diocesi, *purchè muniti delle testimoniali e* » *del consenso del rispettivo Ordinario*, inviandoli poi per gli studî » e per le ordinazioni in Collegi esteri, *senza prima farli recare* » *nel proprio territorio*, onde evitare le ingenti spese dei viaggi ; » (quo fit ut domicilium in territorio Episcopi ordinantis non acquirant, deficiente uno ex elementis necessariis ad domicilium acquirendum, nempe facto commorationis) « fu umiliata istanza a » Sua Santità, per ottenere che con speciale Indulto gli Ordinari » dei luoghi di Missione possano accettare giovani laici prove- » nienti da altre diocesi, col solo giuramento di volere servire in » perpetuo alla rispettiva diocesi o Missione, prima che di presenza » ne acquistino il domicilio, come appunto per particolar privilegio » si usa cogli alunni del Collegio Urbano : — ed a questa istanza » il Santo Padre, nell' udienza del 24 gennaio scorso, si degnò » rispondere ordinando che si domandasse in proposito il parere di cotesta S. Congregazione. »

---

[1] Id est, latine : « Decreto 20 iulii 1898, Sacra ista Congregatio Concilii, de ordinandis laicis vel clericis qui ex alia adventant dioecesi ita ut excardinationis beneficio uti nequeant, statuit : *Standum sit dispositionibus Const.* « *Speculatores* » ; secundum quas Episcopus ordinare nequit nisi subditos quos vel *ratione originis vel ratione domicilii habuerit proprios*. Porro ut quispiam dicere se possit subditum *ratione domicilii relate ad ordines suscipiendos*, opus est ut per notabile saltem tempus in loco habitaverit, et iuratus testetur se ibi velle in perpetuum permanere.

Cum tamen in locis Missionum quae Propagandae Fidei subduntur non raro contingat ut ab Ordinariis recipiantur iuvenes, praesertim laici, ex aliis dioecesibus advenientes, instructi tamen Ordinarii proprii testimonialibus litteris et assensu, quos ad studia peragenda et ordines recipiendos in collegia mittunt extranea, nec postulent ut candidati isti prius in ipsorum territorium se conferant : nimiis enim itineris expensis parcere volunt (Quo fit ut domicilium in territorio Episcopi non acquirant, deficiente uno ex elementis necessariis ad domicilium acquirendum, nempe facto commorationis), sunt ad Sanctissimum Dominum oblatae preces, ad impetrandum ut ex speciali indulto, Ordinarii locorum Missionum permitterentur laicos iuvenes aliarum dioeceseum recipere qui, antequam reali habitatione verum in ipsorum dioecesi seu missione acquirerent domicilium, iurarent tamen eidem in perpetuum se velle servire. Idem iam ex peculiari privilegio observatur in recipiendis alumnis Collegii Urbani. In audientia autem 24 ianuarii 1906, SSus Pater huic instantiae respondere dignatus est, ut de re huius S. Congregationis votum exquireretur. »

« Die vero 22 mensis februarii 1899, Episcopus Ratisbonensis alteram praecedenti intime conexam quaestionem ad hanc S. C. resolvendam movit :

« In Germania adhuc in usu erat ut sicuti clericis, ita etiam laicis » concederentur litterae dimissoriales, quibus ab una dioecesi » dimittebantur, ut statim in aliam dioecesim in perpetuum recipe- » rentur, absque condicionibus in Constitutione *Speculatores* » praescriptis. Nunc quaeritur : 1) utrum eiusmodi litterae dimis- » soriales, laicis concessae ante Decretum S. C. C. diei 20 iulii 1898, » validae fuerint necne ; — et quatenus affirmative : 2) utrum etiam » post citatum Decretum eiusmodi litterae dimissoriales laicis » valide concedi possint ».

« Porro dicta dubia pro opportuna solutione proposita fuerunt in generalibus comitiis EE. PP. die 17 iunii anni 1899 sub hisce dubitationis formulis :

« I. *An attenta consuetudine, vir laicus qui cum litteris testimonialibus et de licentia proprii Episcopi apud alienum Episcopum eligit domicilium, statim vi electionis domicilii iuramento confirmatae ad Ordines promoveri possit in casu.*

« II. *An et quomodo providendum sit in casu.*

« At tunc temporis E^mi Patres ab edenda sententia sese abstinuerunt, mandantes hac in re exquiri votum unius ex Consultoribus, quem ipsi E^mi Patres designare voluerint. Hic autem, quamvis instanter saepiusque compulsus esset, consultationem tamen suam semper edere distulit, usque dum ad ultimum declinavit officium et positionem restituit, aestimans provisum iri per novam legum ecclesiasticarum ordinationem, quam SS^mus D. N. faciendam decrevit.

« Sed nuperrime ex parte S. C. christiano nomini propagando praepositae, novae instantiae factae sunt ut res examini subiceretur. Haec enim E^mus illius S. C. Praefectus scribebat :

« Questa [1] S. Congregazione di Propaganda, con ufficio degli » 8 febbraio dell'anno 1899, per ordine dato dal Sommo Pontefice » Leone XIII di fel. me. nell'udienza del 24 gennaio del mede- » simo anno, si rivolgeva a cotesta S. Congregazione del Concilio » perchè volesse esprimere il suo parere sulla domanda fatta da » alcuni Ordinari di luoghi soggetti alla Propaganda sul modo di » accettare ed ordinare per le proprie Diocesi o Missioni i giovani » laici forastieri, che senza essere mai stati nel territorio a cui sono » destinati, compiono in Collegî esteri la loro educazione, ed ivi » sono promossi alla sacra tonsura ed agli ordini.

« Non essendosi però finora ricevuta risposta, e pervenendo alla » Propaganda nuova domanda per provvedere a casi che occorrono

---

[1] Iussioni parens a Leone XIII fel. mem. datae in audientia 24 ianuarii 1899, S. haec Congregatio Propagandae Fidei, litteris 8 februarii eiusdem anni ad S. istam Congregationem Concilii directis, ipsam rogabat ut manifestare vellet quid sibi videretur de petitione facta ab aliquot Ordinariis locorum Propagandae Fidei subiectorum de modo recipiendi et ordinandi pro propriis dioecesibus vel missionibus iuvenes laicos extraneos, qui numquam in territorio cui destinantur sunt versati sed in Collegiis exteris suam perficiunt institutionem, ibique ad sacram tonsuram et ordines promoventur.

Responsum tamen adhuc non est receptum ; dum novae interea ad Propagandam perveniunt preces ut casibus qui frequenter occurrunt prospi-

» frequentemente, il sottoscritto Cardinal Prefetto della S. C. di » Propaganda, riferendosi al più particolareggiato esposto fatto » con l'ufficio del giorno 8 febbraio 1899, torna a pregare l'Emi- » nenza Vostra R^ma^ acciò voglia compiacersi di dare in proposito » quell'autorevole parere, che fu richiesto alla S. Congregazione » del Concilio per volontà del Sommo Pontefice. »

« Simul vero Delegatus Apostolicus in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis a S. C. de Propaganda dubium definiri poscebat, quod ad eandem materiam pertinet. Litterae eius ab illa ad hanc S. C. pro opportuna provisione transmissae, hae sunt :

« La S. C. [1] del Concillio, a dì 20 luglio 1898, emanava un decreto » sull'incardinazione e scardinazione dei chierici, nel quale (n. 2°) » viene stabilito : *Incardinationem faciendam esse ab Episcopo,* » *non oretenus, sed in scriptis. absolute et in perpetuum.* Nel III » Conc. di Baltimora (A. D. 1884) nel n. 66 si legge : *Praesumptam* » *incardinationem haberi declaramus, si Episcopus, elapso trien-* » *nio vel respectivo quinquennio probationis, actum ascriptionis* « *formalem omiserit.*

« Si domanda se in forza del detto decreto del Concilio, il quale » richiede l'incardinazione *in scriptis,* sia restato annullato il citato » decreto del Conc. di Baltimora, che ammette *l'incardinazione pre-* » *sunta ;* ed in caso affermativo, se detta legge abbia vigore retro- » attivo riguardo a casi quando il triennio o quinquennio di prova, » secondo il detto Conc. di Baltimora (n. 62, 63), sia già spirato » prima dell'emanazione del citato decreto della S. C. del Concilio. »

« Instat autem E^mus^ S. C. de Propaganda Praefectus, ut etiam haec quaestio definiatur.

« Cum itaque, postulante S. illo Ordine, et urgente necessitate, propositorum dubiorum solutio differri ulterius non possit, quamvis Consultoris votum obtineri nequiverim, rem tamen Em. Patrum iudicio subiciendam duxi nonnullis ex officio de more annotatis.

« Atque in primis quaestiones ipsae enucleate atque in terminis statuendae videntur. Et incipiendo a faciliori, quam R^mus^ Delegatus Apostolicus Washingtoniae instituit, quaeri posset :

« 1° An dispositio Concilii Baltimorensis, quae admisit incardinationem praesumptam, abrogata fuerit ex decreto *A primis*, 20 iulii

---

ciatur. Quare infrascriptus Cardinalis Praefectus S. C. Propagandae Fidei, referendo se ad magis particularem expositionem factam die 8 februarii 1899, iterum E. V. Rev^mam^ rogat ut de argumento proposito auctoritatem interponat suae sententiae quae, iubente Summo Pontifice, a S. Concilii Congregatione est petita.

[1] In decreto quod de incardinatione et excardinatione clericorum die 20 iulii 1898 dedit S. Concilii Congregatio, statuitur : *Incardinationem faciendam esse ab Episcopo, non ore tenus sed in scriptis, absolute et in perpetuum.* In III Concilio Baltimorensi (1884), legitur n. 66 : *Praesumptam incardinationem haberi declaramus, si Episcopus, elapso triennio vel respectivo quinquennio probationis, actum ascriptionis formalem omiserit.*

Quaeritur num vi dicti decreti S. C. Concilii, quo *scripta* exigitur incardinatio, infirmatum sit citatum decretum Conc. Baltimorensis, quod incardinationem admittit *praesumptam ;* quod si affirmandum fuerit, num dicta lex actus regat praeteritos, ita ut valeat in eos qui, antequam dictum S. C. Concilium decretum promulgaretur iam triennalem vel quinquennalem perfecerint probationem de qua in Conc. Baltimor. n. 62, 63.

1898, quo statutum fuit ut incardinatio in scriptis fiat. — *Et quatenus affirmative :*

« 2° An haec abrogatio retrotrahenda sit ad casum quo aliquis clericus admissus in non propria dioecesi, ibi expleverit triennium vel quinquennium commorationis (quo praesumitur incardinatio) ante diem 20 iulii 1898, scilicet ante decretum *A primis*, quo vetus disciplina mutata est.

« Et haec est primi ordinis quaestio. Alia vero est relate ad usum in Germania atque alibi inolitum concedendi excardinatorias litteras (seu, uti vocant, dimissoriales) ipsis laicis, ad effectum ut hi possint ordinari ab Episcopo benevolo receptore, tamquam proprio, non servatis regulis Constitutionis *Speculatores*, eodem modo ac cum clericis fieri coeptum erat. Et quod ad hoc punctum quaeri posset :

« 1° An haec consuetudo vim legis obtinere potuerit, seu praescribere contra ius commune, adeo ut Episcopi legitime inolitam praxim servare potuerint.

« 2° An decretum *A primis*, vi clausulae finalis superius citatae, has particulares consuetudines abrogaverit.

« 3° In quocumque casu (et haec est quaestio practica) utrum haec ratio obtinendi proprium Ordinarium ad effectum S. Ordinationis probanda sit, et quibusnam cautelis : uno verbo, utrum extendenda sit ad laicos norma pro clericis introducta, ad Episcopum ordinatorem facilius acquirendum.

« Tertio loco est quaestio specialissima, quam S. C. de Propaganda iam pridem diluenda postulaverat, et nunc denuo instat ut definiatur. Porro ut punctum clare lucescat, casum practicum confingam. Titius iuvenis laicus dioecesis Westmonasteriensis in Anglia acceptatur ab Ordinario Sydneyensi in Australia subsequenter ad conventiones quae per epistolas intercesserunt, exhibito consensu cum dimissorialibus litteris Archiepiscopi Westmonasteriensis. Ast Titius non proficiscitur ad dioecesim adoptionis, sed convenit cum Archiepiscopo Sydneyensi, ut studia peragat in Lovaniensi Universitate : ibique durante studiorum curriculo, cum dimissoriis litteris Archiepiscopi Sydneyensis (qui illum retinet qua proprium subditum) ad sacros ordines gradatim promovetur, ac demum Sydneium pergit sacerdos iam factus. Ut patet, haec quaestio non parum differt a praecedenti. In praecedenti supponitur, laicum hominem, qui discessoriales obtinuit et Episcopum benevolum receptorem invenit, in eius dioecesim migrasse, et in ea domicilium canonicum incepisse : heic vero non ita. Illic igitur minor iuris communis offensio, minor legis derogatio ; heic maior. Illic supponitur Episcopum personaliter cognoscere et experiri hominem quem recepit ; heic autem excluditur. Itaque casus ille ab hoc differt, et species facti ac quaestio diversae sunt.

« Hisce positis, et quaestionibus variis maiori qua valui perspicuitate distinctis et enucleatis, modo ad singulas nonnulla animadvertam.

« Et ad primum quod attinet, nempe circa dispositionem Synodi Baltimorensis, quae incardinationem praesumptam admisit et probavit, quaeri debet utrum dispositio haec abrogata fuerit ex contraria dispositione decreti generalis *A primis*.

« Et pro responsione negativa stare videtur principium illud, quod nova lex generalis non censetur tollere aut revocare rationabiles consuetudines et particularia statuta locorum, nisi id exprimatur.

En verba capitis I, *de Constit. in 6* : « Quia tamen locorum specia
» lium et personarum singularum consuetudines et statuta (cun
» sint facti et in facto consistant) potest Romanus Pontifex proba
» biliter ignorare ; ipsis, dum tamen sint rationabilia, per consti
» tutionem a se noviter editam (nisi expresse caveatur in ipsa) no
» intellegitur in aliquo derogare ». Concinunt et doctores, ut
videre est penes Reiffenstuel *(Ius can., lib. 1, tit. 1, n. 498)*.

« Accedit quod, priusquam dictum decretum evulgaretur, fortasse
praeter incardinationem scriptam, viguit etiam incardinatio orali
vel aequipollens, quae parum vel nihil differunt a praesumpta, pos
expletum commorationis triennium vel quinquennium admissa
Hoc generatim innuit Lega *(de iudiciis eccl., vol. 2, pag. 363 in
nota)*, qui ut probet protestatem legiferam S. C. Concilii, in exem
plum profert decretum *A primis*, quippe quod « complura statua
quae « hactenus iure communi non continebantur ». Et explicitiu
Acta S. Sedis (vol. 39, pag. 21) tradunt « quod veteri iure *(seu ant
» citati decreti promulgationem)* praeter scriptam incardinationem
» etiam oralis immo et aequipollens seu implicita incardinatio in us
» erat, dummodo certo constaret de voluntate utriusque Episcop
» clericum perpetuo et absolute dimittendi, eumque item perpetuo
» et absolute recipiendi ».

« Quapropter non immerito concluditur sufficientem non adess
rationem cur incardinatio praesumpta, de qua sermo est in Synod
Baltimorensi, dummodo debitis condicionibus sit vallata, debea
improbari.

« At ex adverso observandum est extra controversiam minime ess
quod ante decretum *A primis* incardinatio fieri valide posset absqu
scripto instrumento. Excardinatio enim et incardinatio veran
important alienationem clerici de una ad aliam dioecesim, cuius
effectus iuridici certo certius probari debent ; quod quidem nonnis
per documentum scriptum obtinetur. Nil mirum proinde si etiam
veteres auctores, uti Fagnanus *(lib. 3, tit. de paroeciis, cap.* Signi
ficasti, *n. 2 et 4)*. Reiffenstuel *(lib. 3, tit. 29, num. 11)*, Ferraris
(v. Testimoniales, *n. 16)* loquantur de excardinatione cleric
scriptis facienda. Hinc probata ephemeris Il Monitore eccle-
siastico *(vol. 8, part. 2, p. 275 in nota* d) multo ante evulgatum
decretum *A primis*, haec docebat . « Questo [1] decreto d'incardi-
» nazione *(nempe documentum scriptum)* deve notificarsi così al
» sacerdote che s'incardina, come al clero o al Capitolo a cui
» s'incardina. »

« Nolim tamen huic doctrinae innixus sustinere nullius valoris
esse decretum Baltimorensis Concilii de incardinatione praesumpta.
Nam etsi veriorem et opportuniorem aestimem sententiam, requi-
rentem scriptum documentum ad incardinationis effectum ; nihilo
minus in re haud undequaque perspicua non dicam Baltimorensibus
Patribus prohibitum fuisse, quominus normam quandam contra-
riam hac de re statuerent et in usum deducerent.

« Quo posito, videndum superest, utrum generale decretum *A
primis* particularem dispositionem contrariam Synodi Baltimoren-
sis abrogaverit. Et ratio id affirmandi utique non deest. Siquidem

---

[1] Decretum istud incardinationis (*nempe documentum scriptum*) et sacer-
doti qui incardinatur et clero vel capitulo cui incardinatur aeque denun-
tiari debet.

verba decreti *A primis*, si in se inspiciantur, absoluta sunt, et cuiuslibet alterius modi incardinationis peragendae abrogatoria.

« Quod fortius tenendum videtur si legis finis inspiciatur. Ideo namque decretum illud datum fuit et certae normae statutae ad incardinationem et excardinationem peragendam, ut contentiones, difficultates et abusus quae circa hanc rem obtinebant, de medio tollerentur.

« Contraria itaque praxis hoc ipso irrationalis evadere videtur et implicite ex ipso legis fine abrogata censenda est.

« Nec aliquid valere videtur difficultas, quod legistator incardinationem aliter quam scripto factam expresse non irritaverit, hoc enim necessario non requiritur, cum profluat ex ipsa natura rei.

« Et ipse Iustinianus *(Col. tit. 14, 5)* nos docet : « Ut legislatori, » quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, ceteraque » quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere, hoc est ut ea, » quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, » sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohi- » buerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere quod » factum est ». Congruit et ius canonicum in *Cap. 1, de Constit. in 6*, ubi decernitur : « Romanus Pontifex (qui iura omnia in » scrinio pectoris sui censetur habere) constitutionem condendo » posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, » revocare noscitur ».

« Ceterum in fine ipsius decreti apposita adest specialis quoque clausula derogatoria, nimirum « contrariis quibuscumque minime « obstantibus », per quam contraria omnia censentur abrogata ac si essent in specie expressa. Cfr. Laymann *(lib, 1, tit. 2, cap. 1, n. 12, in 6)*.

« Relate vero ad dubium subordinatum, nimirum utrum dispositio decreti *A primis*, retrotrahenda sit in detrimentum eorum, qui ex triennio aut quinquennio commorationis in aliqua dioecesi, incardinationem praesumptam obtinuerint ante dicti decreti evulgationem, vix locus disputationis esse videtur.

« Lex enim non agit retro, nisi aperte id caveat, sed quae futura sunt opportune disponit. Decretum autem *A primis* minime improbavit incardinationes praesumptas aut ore tenus praecedenter factas; ergo eae stare debere videntur.

« Gradum deinde faciens ad alteram quaestionem quam primum Ratisbonensis Episcopus, et deinde alii quoque Ordinarii fecerunt, observo hoc quaestionis genus in tria dubia posse dispesci, ceu superius innui, nempe quaeri posse *1)* an ex consuetudine Constitutioni *Speculatores* contraria, introduci potuerit novum ius, quo liceret Episcopis ordinare laicum hominem, qui litteras excardinationis seu dimissoriales a suo Episcopo obtinuerit, non servato spatio temporis quod ad acquirendum utile domicilium Constitutio *Speculatores* praescribit; *2)* utrum particulare hoc ius adhuc vigeat, an potius abrogatum fuerit a decreto *A primis*; *3)* (quicquid sit de duobus prioribus dubiis) an et quibusnam cautelis novum hoc ius ratum haberi, seu introduci possit.

« Iam vero de primo et altero dubio pauca dicam. Nam quod alicubi novum ius Constitutioni *Speculatores* contrarium indroduci potuerit, ex valore et aestimatione consuetudinis pendet. Examinari enim in primis oporteret, an in hac illave dioecesi seu regione consuetudo iis de facto induta fuerit requisitis, quae ad praescribendum contra communem legem necessaria sunt. Deinde vero in

linea iuris discutiendum esset, utrum contra dispositionem Const. *Speculatores* de qua agitur, praescribi potuerit. Et quisque intellegit haec omnia haud facilis solutionis futura.

« Posito autem quod primo huic dubio responsio affirmativa data esset, quaestio altera subordinata tunc nasceretur, an scilicet particulare hoc ius abrogatum fuerit per decretum *A primis*. In articulo enim VI haec statuuntur : « Denique quoad laicos aut etiam quoad » clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, » standum esse dispositionibus Constitutionis *Speculatores*, quae, » nihil obstante praefato decreto, ratae ac firmae semper manere » debent ». In fine autem decreti additur SS^mum resolutionem S. C. approbare et confirmare dignatum esse « contrariis quibus» cumque minime obstantibus ». Unde quaeri posset, an articulus VI ita coniungatur cum clausula finali abrogatoria ut abrogatae censeri debeant consuetudines, quae forte invaluerint, Constitutioni *Speculatores* contrariae.

« Plura hac de re hinc inde disputari certe possent. Sed si id, quod verius primo intuitu apparet, mihi liceat exponere, fatear clausulam abrogatoriam (saltem eo modo conceptam ut in decreto *A primis* invenitur) afficere non posse nisi id quod constituit ius novum : de eo enim obvie et naturaliter decerni potest, ut valeat utique « contrariis quibuscumque minime obstantibus ». Sed in eo in quo ius vetus manere debere declaratur, clausula abrogatoria non intellegitur. Declaravit itaque decretum *A primis*, quod relate ad laicos, itemque quoad clericos, qui uti nolunt vel nequeunt excardinationis beneficio, standum sit dispositioni Constitutionis *Speculatores*. Porro hoc valet pro iis omnibus locis ubi dispositio praefata viget : si vero alicubi alia dispositio vel per consuetudinem vel per aliud speciale ius introducta fuerit, haec stare debet, utpote dispositioni *Speculatores* subrogata; et clausula finalis « contrariis etc. » ad hoc respicere non potest, neque ad hoc eam extendere licet.

« Quicquid tamen sit de his omnibus, quaestio gravior, quae peculiarem considerationem meretur, et de qua E^mi Patres alia vice potissimum quaesierunt, tertia est, utrum scilicet nova disciplina pro clericis introducta ad Ordinarium proprium facilius obtinendum pro sacra ordinatione ope excardinationis, extendenda quoque sit — analogo saltem modo — etiam ad laicos.

« Hic usus certe vigebat in Germania, in Gallia, et, ceu audivi, etiam in Hispania, et certissime immo vel ampliori modo in locis Missionum recipiebatur, ut apparet ex postulatione S. C. de Propaganda.

« Iam vero observari in primis posset quod litteras excardinationis laicis concedere absurdum per se sit. Nam cum laici incardinati non sint (nam incardinatio in aliqua dioecesi efficitur et obtinetur per ordinationem), et cum incardinati sint et esse possint dumtaxat clerici; iam liquet ne cogitari quidem posse de laicorum excardinatione : et ideo excardinatorias litteras iis concedere contradictionem involvit, et impossibile videtur.

« Verum ex altera parte magis factis quam verbis videtur attendendum. Utique litteras excardinationis laicis concedere locutio impropria et absurda est : quod quidem et intellexerunt plurimi Ordinarii, qui idcirco has litteras laicis concessas, potius quam excardinationis, vocare maluerunt *excorporationis*, vel etiam *dimissoriales*. Sed quicquid sit de nomine, si res in se inspiciatur, nulla

videtur esse valida ratio qua Episcopus prohibeatur, quominus ius suum nativum quod habet in laicos suae dioecesis alteri Episcopo cedat.

« Immo si concessum est ut Ordinarii dimittere et excardinare clericos sibi subditos possint, a fortiori hoc ipsis concedendum videtur pro laicis. Hi enim minus devincti dioecesi, minusque paroeciae et ecclesiae mancipati dicendi sunt; ideoque naturaliter dimitti facilius debent. Qua in re citasse sufficiat ex recentioribus Many *(de S. Ordin. n. 71)*, qui signanter haec habet: « Ceterum usus » est immemorialis in Gallia et praesertim hic Parisiis, ut etiam » laici excorporentur. Porro decretum *(A primis)* non tollit expresse » consuetudines contrarias; ergo hae consuetudines, ceteroquin » rationales et legitime praescriptae, dici debent vi *cap. 1, de Con-* » *stit. in 6*, adhuc vigere ».

« Videtur itaque, congrua congruis aptando, ac debitis cum cautelis permitti posse ut Episcopi ius suum nativum, quod in laicos suae dioecesis habent, cedere possint alii Ordinario; et hic laicum hominem quem hac ratione sibi subditum effecit, postquam rem cognoverit et probaverit, ad Ordines promovere possit iisdem sub modis et condicionibus ac pro clericis excardinatis statutum est, firma utique semper dispositione nuperrime data de alumnis a seminario dimissis.

« Denique quod ad tertiam et ultimam quaestionem pertinet, lex quae viget certe contraria est postulationi et desiderio plurium, qui vellent faciliorem modum inveniri ad proprios faciendos laicos extradioecesanos. Si quidem, iuxta praescriptum decreti *A primis*, necesse omnino est ut canditatus iuret: « se vere et realiter ani- » mum perpetuo permanendi in dioecesi habere »; quod peragi nequit, nisi, praeter animum, etiam domicilium verificetur. Quod confirmatum invenitur ab H. S. C. quae in una *Manizalen. — Dubiorum quoad sacram ordinationem* diei 21 ian. 1905 nonnisi ex gratia concessit Episcopo Manizalensi facultatem ordinandi, absque proprii Ordinarii dimissoriis, extraneos laicos, licet ipsi in illo Seminario iam per triennium commorati fuerint.

« Tota quaestio igitur est utrum expediat hanc disciplinam immutare. Speciales enim condiciones in quibus versantur catholicae Missiones, id exigere videntur, cum ipsis fere impossibile sit tot tantosque iuvenes e dissitis locis in loca Missionum transferre, ut inibi proprium acquirant domicilium et Ordines suscipiant. Suffragatur quoque exemplum privilegii concessi collegio S. C. de Propaganda aliisque piis educationis institutis. Unde videtur commorationis factum suppleri posse per alias cautelas, quae ab EE. PP. decerni poterunt.

« Quin ex adverso obiciatur, quod hoc modo Episcopus incardinans cognoscere non valeret suos clericos; cum ipse bene possit necessarias atque opportunas eorum informationes a Seminariorum moderatoribus aliisque haurire, ceu praecise evenit pro alumnis qui commorantur in collegio de Propaganda aliisque institutis, qui simili privilegio fruuntur.

« Erit igitur prudentiae et sapientiae EE. PP. statuere quid in Domino magis expedire iudicaverint.

« Quare, etc.

« Responsum fuit: *In prima quaestione: ad 1um affirmative; ad 2um negative. In secunda quaestione: ad 1um et 2um providebitur in tertio; ad 3um affirmative, iuxta normas per decretum evulgan-*

das, facto verbo cum SS^mo. In tertia quaestione: provisum in praecedenti.»

Hactenus relatio causae Romanae.

3. In secunda excardinationis condicione cavetur ut servetur decretum *Vetuit*, 22 dec. 1905 (Cfr. Periodica, t. 2, n. 109, p. 64), quod ad alumnos a Seminariis dimissos. Edicitur enim alumnos istos in aliud seminarium cooptari non posse, omni posthabito iudicio de causa vel de causae veritate. Unum huiusmodi alumno superest refugium, recursus ad S. Sedem.

4. Sed, dum lege ista exigitur pro incardinatione iuramentum quo incardinandus testetur « se vere et realiter animum perpetuo ibidem permanendi habere » non levis suboritur quaestio quae religiosorum Institutorum maxime interest.

Quid enim, si iuvenis animo dubius haeret inter vitam religiosam et statum sacerdotis saecularis?

Quid si secum iam statuerit se, sacerdotio auctum, religionem ingressurum esse? Nec dicas huiusmodi hominem debere statim valedicere saeculo, vel saltem ipsi rationes deesse dioecesim mutandi.

Namque optima potest esse causa cur ingredi in religionem differat et simul dioecesim mutet.

Sit v. gr. iuvenis quidam qui modo ob valetudinem vel aliam iustam causam vitam religiosam agere prohibetur; sed certam habet spem fore ut absolutis theologiae studiis impedimentum evanescat. Huic profecto suadendum est ut in clericale seminarium ingrediatur. Sed si propria dioecesis sacerdotibus abundet, fieri etiam potest ut ingressu arceatur ob minores corporis vires vel talenta quae tamen in dioecesi quae candidatorum penuria laborat, merito sufficere existimantur. Atque alia etiam iustissima causa haberi potest cur propriae dioecesis seminario excludatur, non autem alieno.

Age porro, potestne huiusmodi candidatus iuramentum ad incardinationem necessarium praestare? Hoc si negaveris, facile aditum praecludis ad vitam religiosam. Quod profecto est contra Ecclesiae mentem.

Quocirca arbitramur in iuramento ad normam C. *Speculatores* emisso, perpetuitatem consilii postulari quatenus nulli alii cogitet dioecesi servire, non autem quatenus ad statum perfectiorem non aspiret. Et re quidem vera, vis incardinationis haec esse debet ut novae coniungat dioecesi sicut nativitas coniungebat dioecesi originis. Incardinatio enim respondet cuidam excardinationi ita ut nova dioecesis in locum prioris succedat. Sed in priore poterat laicus seminarium ingredi, immo impensis publicis ali nec religiosa vota sua aperire. Ergo idem poterit in dioecesi nova.

Confirmatur indirecte eo quod iuramentum clausulam non continet qua in iuramento missionis simul promittitur perpetuum in aliqua dioecesi vel missione servitium, et expresse cavetur ne inconsulta S. Sede iurans Institutum religiosum ingrediatur. Ergo cautio huiusmodi videtur esse a cautione de servitio Ecclesiae distincta, nec una in altera contineri.

165. — EX AUDIENTIA SS^mi

GRATIA 13 OCT. 1906

Quo pacto a sociis rosaria recitari possint

Dies (13 oct. 1906). Gratia.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X in Audientia mihi infrascripto concessa die 13 octobris 1906 benigne concessit ut sodales Societatis Rosarii quascumque indulgentias recitationi annexas lucrari valeant etiam singulas decades ad libitum separando, non solum quando agitur de illo Rosario infra hebdomadam recitando cui sodales tenentur, sed de aliis Rosariis intra quemcumque diem ultronea devotione recitatis.

In quorum fidem, etc..

Romae, 14 octobris 1906.

FR. HYACINTHUS CORMIER M. G. O. P.

ANNOTATIONES

1. Hactenus socii in Societatem SS. Rosarii legitime cooptati privilegio fruebantur vi cuius in hebdomadali SS. Rosarii precatione quam ex statutis peragendam habent, singulas decades sine detrimento indulgentiarum recitare poterant ; alias autem coronas debebant, ut reliqui, tractu moraliter continuo absolvere.

2. Vis itaque praesentis gratiae huc spectat, ut privilegium sociorum Confraternitatis amplificet. In posterum enim quaslibet indulgentias lucrari possunt, quamvis ad arbitrium singulas decades separaverint.

3. Postrema tamen verba gratiam quadamtenus circumscribere videntur. Eo enim quod refertur ad alia Rosaria « intra quemcumque diem ultronea devotione » recitata, videtur colligendum opus tamen esse ut corona (seu tertia Rosarii pars quae hic latiore usu continetur voce Rosarii) eadem die qua recitari coepta est absolvatur, ita ut separatae decades non ultra diem coniungantur.

4. Porro dies sumenda videtur significatione consueta spatii 24 horarum quae ab una media nocte ad alteram labuntur.

5. Observes denique dictam gratiam valere quatenus de eius veritate nulla ratio est dubitandi, minime autem quatenus ex subscripto Generalis nomine fides authentica ipsi addatur. Generales enim Ordinis, nisi specialiter delegentur, nequeunt oracula vivae vocis authentice intimare. Cfr. PIAT, *Praelect. iuris reg.* (1890), t. 2, p. 353, q. 5.

---

166. — S. RITUUM CONGR. (10 nov. 1906)

RESPONSA LITURGICA DE MISSIS

Ordinis Fratrum Minorum

Orator. **Dubia.**

R. P. Vitalis Keenen, Minister Provincialis Provinciae Germaniae Inferioris, Ordinis Fratrum Minorum, sequentia dubia enodanda Sacrorum Situum Congregationi humiliter exponit, nimirum :

I. Memoratis controversiis, Petit de missis defunctorum in oratoriis et in ecclesiis.

I. Ad controversias tollendas circa interpretationem decretorum n. 3903, *Aucto*, 8 iunii 1896, n. 3944, *Romana*, 12 ianuarii 1897, *Vicen.*, 3 aprilis 1900, et *Labacen.*, 23 aprilis 1902, quaeritur :

1° An in oratoriis privatis et semipublicis dici possint Missae de Requiem omnibus et singulis diebus, exceptis festis de praecepto et duplicibus primae classis et diebus ipsa duplicia primae classis excludentibus, ab obitu usque ad sepulturam, quam diu nempe corpus praesens est in domo ?

2° Et quatenus *affirmative* : An idem privilegium valeat etiam pro oratoriis publicis et ecclesiis Seminariorum, collegiorum et religiosarum communitatum, ita ut liceat omnibus et singulis diebus ab obitu usque ad sepulturam, exceptis diebus ut supra indicatis, inibi Missas de Requiem celebrare, quam diu corpus praesens est in domo, ecclesiis vel oratoriis publicis praedictis annexa ?

II. Memorata responsione de Missa votiva Imm. Conc.

II. Cum Missa votiva de Immaculata Conceptione Beatae Mariae Virginis, singulis diebus infra Octavam eiusdem Mysterii atque singulis sabbatis per annum concessa, iuxta Sacrae Rituum Congregationis decreta dici nequeat, si eodem die agatur commemoratio Officii trium vel novem Lectionum ad ritum simplicem redacti ; sed celebrari debeat, pro votiva, Missa Officii de Beata Maria Virgine ad instar simplicis redacti, iisdem iuribus ac privilegiis iam pro votiva concessis, quaeritur :

Quaerit de orationum numero,

1° An in Missa votiva respondente Officiis ad instar simplicis redactis, quae ritum duplicem alias obtinerent, excludatur secunda et tertia oratio de Tempore, et solum admittantur commemorationes occurrentes et collectae, si iuxta Rubricas et decreta admittendae sint ?

de symbolo.

2° An diebus infra Octavas Beatae Mariae Virginis, Officio duplici vel semiduplici impeditis, si Missa Octavae pro votiva Immaculatae Conceptionis sollemniter vel in cantu vel conventualis instar celebretur, ad Missam duplicis vel semiduplicis Sanctorum conventualem, cum omnis commemoratio Octavae per se excludatur, ne bis sollemniter fiat de eodem Officio occurrente, extra Dominicam debeat omitti Symbolum, quod solum ratione Octavae ad conventualem Officii iuxta Rubricas et decreta suspensae alioquin requiritur ?

III. De Festo Titularium.

III. An omnia eiusdem religiosae Familiae oratoria semipublica, sollemniter saltem benedicta, enumerata in decreto n. 4007 diei 23 ianuarii 1899, ius habeant ut illorum Titularis festum celebretur sub ritu duplici primae classis cum Octava, ita ut de eo agatur inter Suffragia Sanctorum, et ut nominetur in oratione *A cunctis ?*

IV. De symbolo in festis secundariis.

IV. Cum non una sit sententia circa Symbolum addendum in festis secundariis Sanctorum vel infra eorundem Octavas, quae *Credo* in festo principali vel ipsa sollemnitatis die exigunt, quaeritur :

1° An in festis Patronorum dioecesis et Fundatorum Ordinis seu Congregationis regularis, si ritu saltem duplici gaudeant, dicendum sit ad Missam Symbolum, prouti dicitur in eodem festo principali ; ita ut apud Fratres Minores trium Ordinum dici debeat *Credo* in festis secundariis Sancti Patris Nostri Francisci et apud Moniales II Ordinis in festis Sanctae Clarae Assisiensis earundem Fundatricis ?

2° An in festis secundariis Patroni principalis vel Titularis ecclesiae dici debeat in Missa Symbolum, si sub ritu saltem duplici celebrentur, sicuti dicitur in eodem festo principali ; ac dici consequenter debeat in festo Decollationis Sancti Ioannis Baptistae, si

idem Praecursor Domini sub quavis mysterii nuncupatione sit Patronus praecipuus vel Titularis principalis ecclesiae ?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque accurate perpensis, respondendum censuit : **Responsa.**

Ad I. Quoad 1um, *Affirmative* in oratoriis privatis dummodo cadaver sit adhuc physice praesens in domo ; *negative* in oratoriis semipublicis quae locum tenent ecclesiae. *Ad I.*

Quoad 2um, *Negative*, sed semel tantum in una ex tribus diebus ab obitu usque ad sepulturam decurrentibus.

Ad II. Quoad 1um, *Affirmative*, quia est Missa festivi Officii duplicis, licet, per accidens, simplicis. *Ad II.*

Quoad 2um, *Affirmative* iuxta decretum *Ordinis Fratrum Minorum* 19 iunii 1903 ad 2. quia de Octava in casu nulla ratio habenda est iuxta decretum *Einsiedlen.* — *Reliqua dubia* 5 maii 1736 ad 26.

Ad III. *Negative*, sed tantum in oratorio principali, deficiente ecclesia. *Ad III.*

Ad IV. Quoad 1um, *Affirmative*, iuxta decretum n. 2484 *Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum*, 27 augusti 1768, et n. 3249 *Ratisbonen.*, 21 aprilis 1871 ad I. *Ad IV.*

Quoad 2um, *Affirmative*.

Atque ita rescripsit. Die 10 novembris 1906. *Dies (10 nov. 1900).*

S. Card. Cretoni, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

Annotationes

1. *De Responsis ad I.* Prima responsionum serie denique tollitur diuturna dubitatio cui decretum *Aucto*, 8 iun. 1896 *(Decr. auth.* n. 3903), dedit locum. Cum enim, n. II eius decreti, sic statueretur : « In quibuslibet ecclesiis et oratoriis cum publicis tum privatis et in sacellis ad seminaria, collegia et religiosas vel pias utriusque sexus communitates spectantibus, missas privatas de Requie, praesente, insepulto vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere fieri posse die vel pro die obitus aut depositionis : verum sub clausulis et condicionibus quibus, iuxta Rubricas et Decreta, missa sollemnis de Requiem iisdem in casibus decantatur, exceptis duplicibus primae classis et festis de praecepto », coeptum est quaeri utrum uno tantum vel quolibet ex istis diebus usus istius facultatis esset concessus.

Et primo quidem in *Romana*, 12 ian. 1897 (n. 3944), physica vel moralis praesentia cadaveris est requisita. Praeterea, « si agatur de ecclesiis et oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exsequiali. »

Deinde *in Vicen.* 3 april. 1900 [1], responsum est privatas istas missas in Oratorio *publico* non permitti nisi ibi fiat funus cum Missa exsequiali ; in *privatis* autem oratoriis, esse posse de requiem, praesente cadavere in domo.

Utrum autem uno tantum die an pluribus id fieri liceret, dirimere tunc noluit S. Congregatio, sed mere respondit : *Stetur Decretis.*

---

1 Cfr. v. gr. Analecta Ecclesiastica, t. 8, p. 205, vel Monitore, t. 12 (1900), p. 197.

Sed die 23 april. 1902, *in Labacen.* [1] ad oratoria semi-publica translatum est reponsum modo citatum de oratoriis privatis, et additum sufficere si corpus *moraliter* praesens in domo fuerit [2].

Hactenus praeterita responsa. Praesenti autem responso 10 nov. 1906 clare permittitur usus privilegii non uno tantum die sed omnibus diebus ab obitu usque ad sepulturam, dummodo cadaver adhuc *physice* praesens fuerit in domo. Ampla ista facultas simul tamen circumscribitur sacellis quae non sint publica nec alicui communitati ecclesiae locum teneant.

In responso 2° additur, in ecclesiis vel oratoriis publicis quae seminario, collegio vel domui religiosae sunt coniuncta privilegium non prodesse « nisi semel, una ex tribus diebus ab obitu usque ad sepulturam decurrentibus ».

Ut paucis verbis omnia simul componamus, summa privilegii huc redit :

a) Prodest omni oratorio sive privato, sive semi-publico, sive publico, quod coniunctum sit cum domo ubi defuncti corpus servatur usque ad sepulturam.

Prodest etiam oratorio publico separato, dummodo ibi funus fiat cum missa exsequiali.

b) In oratorio *privato* missae possunt (nisi privilegiata impediat dies) in suffragium praesentis defuncti dici de requiem, ab obitu usque ad sepulturam.

c) Perinde dicendum est de oratorio *semi-publico*, nisi ecclesiae locum teneat.

d) In oratorio *semi-publico* quod sit pro ecclesia, et in ecclesia vel oratorio *publico*, privilegium non prodest nisi uno ex tribus diebus ab obitu usque ad sepulturam.

e) In oratoriis domus ubi corpus non fuerit nisi moraliter praesens, uti non possunt privilegio nisi uno ex diebus qui ab obitu decurrunt nec ultra biduum a sepultura.

Quaeres, utrum in ecclesia sepulturae (ubi funus fit cum missa exsequiali), ad usum privilegii eligi debeat ipse sepulturae dies an libera alius diei (infra terminos statutos) detur optio. Et optionem concedi putamus, quia declarationes dicunt quidem privilegium non suffragari nisi ecclesiis ubi funus celebratur, nusquam autem edicitur privilegium esse ad diem exsequiarum affixum.

2. De quaesito ad II, et responso. Hoc modo speciem intellegimus quae S. Congregationi est proposita. Supponitur privilegium concessum dicendae votivae Missae de Immaculata, singulis sabbatis et singulis Octavae diebus, quamvis occurrat simul aliquod festum duplex. Fieri potest ut propter hoc festum ad instar simplicis redigatur officium quodpiam Beatae Virginis trium vel novem lectionum, quod eadem die foret secus celebrandum. Vult tunc S. Rituum Congregatio ut pro Missa votiva de Immaculata sumatur Missa Officii B. M. V. quod sic quasi honori priori restituitur. Hinc de numero orationum movetur quaestio. Missa enim est Officii « simplificati », et sic viderentur tres ut minimum requiri, permitti autem usque ad septem. Sed in locum Missae duplicis

---

[1] Cfr. v. gr. ANALECTA ECCLESIASTICA, t. 10, p. 172, vel MONITORE, t. 14 (1902), p. 153 sqq.

[2] Moraliter praesens censetur quando praesens adesset nisi gravis causa, v. gr. lues contagiosa obesset.

substituitur. Per hanc itaque occasionem orator interrogationem posuit generaliorem, quam ita aliis verbis putamus reddendam.

Missa votiva, quae ex privilegio ea die dicitur qua in calendario de duplici est faciendum, habetne orationes numero respondentes missae votivae an officio diei ? Plerique, ni fallimur, scriptores ex missae qualitate orationes aestimabant, dum responsio orationes ad officium diei aptandas esse censet.

3. De III. Ex duobus decretis datis 5 iun. 1899 et 27 iun. 1899 [1], colligebamus [2] Titularis festum agi etiam in Oratorio semi-publico, dummodo sollemniter esset benedictum. Praesenti responso, hoc non valet nisi de oratorio principali, quod ecclesiae locum teneat.

Verum quod ibi addebamus, in suffragiis non commemorari nisi titularem ecclesiae *proprie* publicae, arbitramur adhuc valere. In suffragiis enim non commemoratur nisi titularis ecclesiae cui quis sit *addictus*. Sed oratorio semi-publico nemo stricte addicitur.

Contra autem, nonne in oratione *A Cunctis* verum nominabis patronum oratorii ubi celebras ? Atqui semi-publicum, si sollemniter sit benedictum, patrono suo non caret.

Putamus itaque in praesenti responso ad III primam tantum attingi quaestionis partem, quae est de celebrando festo, omitti autem binas reliquas de commemoratione in suffragiis et mentione in oratione *A cunctis* [3].

---

167. — S. C. RITUUM (10 nov. 1906)

RESPONSA DE ORATORIIS RELIGIOSORUM

Secovien.

Orator.

R^mus D^nus Leopoldus Schuster, Episcopus Secoviensis, Sacrorum Rituum Congregationi reverenter exposuit et enixe petiit, ut sequentia dubia solvantur ; nimirum :

Descriptis dioecesis monasteriis seu coenobiis,

Casus narrat oratoriorum quae eriguntur in monasteriis et in domibus ad monasterium pertinentibus.

In dioecesi Secoviensi, vasta sunt quinque monasteria, nimirum tria Ordinis S. Benedicti, unum Ordinis Cisterciensis et unum Canonicorum Regularium Lateranensium ; insuper permulta coenobia aliorum Ordinum Mendicantium S. Francisci et S. Dominici, S. Ioannis de Deo, etc. Interdum in illis monasteriis casus accidit, ut novum oratorium, e. g. pro recitando Officio tempore hiemali, in aedibus monasterii erigatur simul cum altari sive fixo, sive portatili, ut ibi etiam Missa celebrari possit ab infirmis et senibus debilibus. Praeterea talia oratoria cum altari interdum etiam in domibus extraneis, quae a monasterio sive longe, sive parum distant et peculium monasterii sunt, eriguntur, in quibus domibus unus vel plures Patres per aliquod tempus sive oeconomiae sive sanitatis colendae causa versantur. Hinc quaeritur :

---

[1] *Decr. auth.* n. 4025 et 4043, vel *De Religiosis*, II, n. **106**, **107**.

[2] *De Religiosis* I, n. **513**.

[3] Bina haec non coniuncto passu incedere iam hinc cernitur quod fundator Ordinis regularis inter Suffragia Officii commemorari *debet*, dum *potest* nominari in oratione *A cunctis*.

Hinc **Dubia.**

I. Estne licentia, Missam ibi celebrandi, ab Episcopo Ordinario petenda, an sufficit necessitas vel utilitas communitatis religiosae? — Et si affirmative ad secundam;

II. Valet hoc etiam de oratoriis, quae extra monasterium ipsum sita sunt, sed ad eius peculium pertinent?

Responsa.

Porro Sacra Rituum Congregatio, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, reque maturo examine perpensa, ita respondere rata est;

Ad I. Si agatur de Regularibus proprie dictis, *negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam, de licentia superioris generalis aut provincialis iuxta decretum n. 4007 *Super oratoriis semi-publicis*, 23 ianuarii 1899; si vero sermo sit de aliis communitatibus, servetur decretum n. 3484 *Nivernen.*, 8 martii 1879 ad II.

Ad II. *Negative*, nisi adsit indultum.

Dies (10 nov. 1906).

Atque ita rescripsit, die 10 novembris 1906.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep, Laodicen., Secr.

Annotatio

1. Responso isto prorsus confirmatur doctrina quam in t. I *De Religiosis*, etc. n. **511**, I, proposuimus de legitima oratorii erectione apud regulares.

Iterum itaque constat in domo Regularium proprie talium constituta oratoria non putari privata sed semi-publica, atque erigi posse ex sola Generalis vel Provincialis Superioris facultate.

Si quae autem erigenda sint in domo quae ad monasterium quidem pertineat sed ab eo sit separata, oratoria ista non sunt semi-publica sed privata, quae sine apostolico privilegio vel indulto constitui nequeunt. Tunc tantum iure reguntur oratorii semi-publici, si religiosi vel aliae personae illuc ad audiendum sacrum convenire consueverint.

2. Quod ad alias communitates, inculcatur denuo ius decreti Nivernensis, secundum quod possunt Episcopi ipsis unum concedere oratorium semi-publicum, reservata S. Sedi alterius vel tertii oratorii erectione. Cfr. *De Religiosis*, t. 1, n. **511**, II.

---

168. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQUARUM

RESCRIPTUM 14 NOV. 1906

Indulgentia Basilicae Assisiensis S. Mariae Angelorum

Beatissime Pater,

Orator. **Petit** *ut indulgentia cotidiana defunctis prodesse possit.*

Hodiernus Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum, se ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime provolvit, enixe implorans ut indulgentia Plenaria per Summum Pontificem Innocentium XII, in Bulla *Redemptoris*, die 18 Augusti 1695, fidelibus concessa ad Basilicam Sanctae Mariae Angelorum de Portiuncula intra fines dioeceseos Assisiensis « *confluentibus, qui illam vere paenitentes et confessi ac sacra communione refecti, in quocumque anni die*

devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum exstirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint » ; non solum pro vivis, sed etiam pro defunctis valeat applicari, sicque fidelium votis annuatur, qui ad Sanctuarium illud Assisiense etiam animabus suorum defunctorum suffragaturi per annum saepe conveniunt.

Et Deus, etc.

Gratia conceditur.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X sibi tributis, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Dies (14 nov. 1906).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 14 Novembris 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIONES

1. In rescripto 14 nov. 1906 minime agitur de celebri indulgentia *totiens quotiens* quae non est cotidiana, sed 2ae diei mensis augusti annexa, nec, *si visitatur Portiunculae sacellum*, sacram requirit communionem, cum aliae non praescribantur condiciones nisi confessionis et visitationis aediculae quae in media basilica est constituta. Praeterea iam brevi 22 ian. 1687 Innocentius XI declaravit indulgentiam istam animis defunctorum applicari posse.

2. Sed supplex libellus aliam spectat indulgentiam plenariam quae in dicta Basilica, sicut in aliis praestantibus Basilicis vel ecclesiis, peculiari indulto, confessis, communicantibus et locum sacrum visitantibus offertur cotidiana.

3. Sed ne voces supplicis libelli : « sicque fidelium votis annuatur qui ad Sanctuarium illud Assisiense, etiam animabus suorum defunctorum suffragaturi *per annum saepe* conveniunt, » quae ambiguae sunt significationis, cuipiam errandi sint occasio, memoramus indulgentiam huiusmodi non posse nisi *semel* in anno a singulis fidelibus obtineri. Cotidiana est, quatenus libera sinitur esse optio diei qua eam lucrari velis, non autem est cotidiana quatenus cotidie omnibus offeratur. Hoc constat ex formali declaratione Pii IX, 15 mart. 1852. (Cfr. Decreta authent. S. C. Indulg. n. 356.) Et de universo argumento adeatur BERINGER, *Die Ablässe*, ed. 13, p. 106, n. 8 et p. 443.

---

169. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (16 nov. 1906)

RESPONSA DE CAERIMONIIS SECUNDARIIS MISSAE ET SS. EUCHARISTIAE DISPENSANDAE

Congregationis Montis Coronae

Orator.

Expetenti Kalendaristae Eremitarum Camaldulensium Congregationis Montis Coronae, de consensu sui Rmi Superioris generalis, authenticas declarationes super nonnullis dubiis liturgicis,

Sacra Rituum Congregatio, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, ita respondere rata est :

Genuflexiones ministrantis.

I. Minister inserviens Missae in altari, ubi SSmum Eucharistiae sacramentum non asservatur, unico genu flectere debet accedens ad altare, et quotiens ante medium altaris transibit aut ab eo recedet.

Oscula ampullarum.

II. Minister tam in porrigendo quam in recipiendo osculetur utramque ampullam vini et aquae, quin tamen osculetur manum celebrantis.

Oscula in missa Defunct. et F. VI in Parasceve.

III. Oscula in Missa pro defunctis et Feriae VI in Parasceve omittenda sunt ; similiter Diaconus in dictis casibus non osculetur calicem et patenam, iuxta Rubricam Missalis, *part. II, tit. 13, n. 2*, et Caerimoniale Episcoporum *lib. I, cap. 18, § 16, et lib. II, cap. 11, § 5.*

Communio dispensata infirmo.

IV. 1° Sacerdos infirmo Communionem distribuens semper dicere debet *Misereatur tui* etc., sive infirmus accipiat Viaticum, sive communicet ex devotione aut ad implendum praeceptum paschale.

Quid si infra missam ?

2° Infra Missam vero, si sacerdos in altari proximo penes infirmum celebrat, dicendum est *Misereatur vestri* etc.

3° Minister infra Missam in casu *Confiteor* et Celebrans *Misereatur* dicere debent ad altare more solito, non vero prope infirmum.

Dies (16 nov. 1906).

Atque ita rescripsit. Die 16 novembris 1906.

S. Card. Cretoni, *Praefectus,*
D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius

---

170. — S. RITUUM CONGR. (23 nov. 1906)

RESPONSA DE CAERIMONIIS SACRIS, ETC.

Varia solvuntur dubia

Dubia.

Insequentium dubiorum declarationes a Sacra Rituum Congregatione expostulatae sunt ; nimirum :

I. Tactus vasorum sacrorum a clericis.

I. An clerici prima tantum tonsura initiati, ad mentem decreti 14 martii 1906, tangere possint vasa sacra et lintea sacra ac calicem praeparare in sacristia absque speciali indulto ?

II. Superpelliceum inservientium Sacro.

II. An omnes qui vestem talarem induunt, sint vel non tonsurati, debeant iuxta Rubricas *(Ritus servandus in celebratione Missae, tit. II, 1)* superpelliceum induere dum Missae inserviunt ?

III. Diaconus ferens SS. Sacramentum.

III. An Diaconus ratione ministerii sui possit, etiam praesentibus sacerdotibus et extra casum necessitatis, Sanctissimum Sacramentum de uno altari ad altarum deferre ?

IV. Caerimonia in Vesperis.

IV. Iuxta Caerimoniale Episcoporum *(Lib. II, cap. 3, n. 5.)* Celebrans Vesperarum, in initio huius Officii, quando ad suum locum pervenit, sedet paululum, exceptis pluvialistis ; an omnes de choro sedere debeant in eodem momento, et in sensu affirmativo consuetudo contraria pro clero de choro potestne servari ?

V et VI. Genuflexio in Missa sollemni coram SS. expositio.

V. Utrum in Missa sollemni coram SS. Sacramento exposito Celebrans, postquam dixit in initio *Oramus te* et ad Offertorium *Veni Sanctificator*, debeat cum ministris rursus genuflectere antequam aliquantulum se retrahat versus cornu Evangelii in turis impositione ?

VI. In eadem Missa, Subdiaconus, accepta patena post oblationem calicis, genuflectit in suppedaneo ad dexteram diaconi : debetne iterum genuflectere, cum venerit ante infimum gradum ?

VII. Sacra Rituum Congregatio decrevit quod Missa Ordinationis in Sabbatis Quattuor Temporum sit de Feria ; quaeritur utrum in hac Missa facienda sit commemoratio simplicis aut simplificati occurrentis ? *VII. Missa Ordinationis.*

VIII. In quodam Seminario, studiorum causa sunt duae categoriae sacerdotum sub aliquo respectu distinctae sive quoad exercitia spiritualia, sive quoad alia exercitia. Alii eorum certae vivendi disciplinae minus strictae subiecti sunt et extra Seminarium in ecclesiis diversis Missam celebrant, alii vero in Seminario Missam celebrant. Iuxta indultum alumni omnes huius Seminarii se conformare tenentur Kalendario Congregationis religiosae ad quam pertinent Moderatores et Directores praedicti Seminarii. Quaeritur an utraque categoria sacerdotum huius Seminarii se conformare teneantur Kalendario eiusdem Familiae religiosae ? *VIII. Calendarium loci.*

IX. Utrum a sacerdote Missam celebrante in ecclesia dedicata alicui mysterio Divinarum Personarum vel in oratorio quod Titulare non habet, in oratione *A cunctis* nominari debeat Patronus loci, si in loco ubi celebrat consuetudo adsit faciendi in Suffragiis commemorationem de loci Patrono ? *IX. Oratio a cunctis.*

X. Quando transfertur festum v. g. Annuntiatio B. M. V. in quo exsequiae cum Missa exsequiali prohibentur, haec prohibitio subsistitne die impedita vel die in qua Officium transfertur ? *X. Missa exsequialis in die festo.*

XI. An in functione Benedictionis SS. Sacramenti, praeter orationem de eodem, alia cantari possit ? *XI. Orationes in Bened. SSmi.*

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuit : **Responsa.**

Ad I. Affirmative. *Ad I.*

Ad II. Affirmative, nisi pro laicis alicuius Familiae religiosae obstent specialia statuta approbata. *Ad II.*

Ad III. Affirmative. *Ad III.*

Ad IV. Consuetudinem servari posse. *Ad IV.*

Ad V. Negative. *Ad V.*

Ad VI. Negative, iuxta Rubricas Missalis *(Ritus servandus in celebratione Missae tit. X, n. 8)*, et iuxta decretum n. 4027 *Plurium dioecesium* 9 iunii 1899, ad 11. *Ad VI.*

Ad VII. Affirmative in Sabbato Pentecostes ; Negative in aliis, nisi Officium fuerit de Feria, quo in casu commemoratio non est omittenda. *Ad VII.*

Ad VIII. Affirmative, dummodo non agatur de presbyteris beneficiatis, qui, ut alias resolutum est, tenentur sequi Kalendarium ecclesiae sui beneficii. *Ad VIII.*

Ad. IX. Affirmative, si vigeat consuetudo faciendi de Patrono commemorationem. *Ad IX.*

Ad X. In die sola impedita, nisi Annuntiatio transferatur cum feriatione. *Ad X.*

Ad XI. Affirmative, priusquam cantetur *Tantum ergo*, quando aliae dicendae sint preces. Negative in casu opposito, nec non in festo et infra Octavam SS. Corporis Christi. *Ad XI.*

Atque ita rescripsit Die 23 novembris 1906. *Dies (23 nov. 1906).*

A. Card. CRETONI, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

171. — S. R. U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

DECRETUM 5 DEC. 1906

Capita Mariavitarum nominatim excommunicans

Relectis historice factis quibus crescens pervicacia demonstratur sectae Mariavitarum,

Mariavitarum sacerdotum secta quae ab aliquot annis nonnullas Poloniae dioeceses infeliciter infestat, in eam paulatim devenit obstinatam pervicaciam et insaniam, ut iam Apostolicae Sedis postulet extremas coercitiones. Haec enim secta, cum in exordiis suis simulasset singulare studium gloriae divinae, mox spretis Episcoporum suorum monitionibus et correctionibus, spretis ipsius Summi Pontificis primum paternis adhortationibus tum severioribus comminationibus, spretis quoque censuris in quas non unam ob causam inciderat, tandem ecclesiasticae auctoritati se penitus subduxit, agnoscens pro capite feminam quandam Feliciam, alias Mariam Franciscam Kozlowska, quam sanctissimam matrem dicunt, SS. Dei Genitrici sanctitate parem, sine cuius patrocinio nemo salvus esse possit, et quae delegavit Ioannem Kowalski, ut suo nomine tamquam Minister generalis totam Mariavitarum societatem regat. Cum igitur constet praedicta totius societatis capita, Ioannem Kowalski et Mariam Franciscam Kozlowska etsi iterum iterumque monitos in suis perversis doctrinis et molitionibus, quibus simplicem multitudinem decipiunt et pervertunt, obstinate persistere, atque in censuris in quas inciderunt sordescere, haec Sacra Suprema Congregatio S. R. U. I. de expresso SS. Domini Nostri mandato, ne quis, cum detrimento salutis aeternae, ulterius *communicet operibus malignis* Ioannis Kowalski et mulieris Kozlowska, declarat atque edicit dictum sacerdotem Ioannem Kowalski memoratamque feminam Mariam Franciscam Kozlowska, *nominatim ac personaliter* maiori subiacere excommunicationi, ambosque, e gremio Ecclesiae Sanctae Dei penitus extorres, omnibus plecti poenis publice excommunicatorum, ideoque Ioannem Kowalski et Mariam Franciscam esse *vitandos* ac *vitari debere.*

Praecipue duorum eius capitum,

Ambo declarantur excommunicati vitandi.

Eadem sanctio sacerdotibus adhuc sectae addictis nisi infra 20 dies resipuerint iubetur intimanda.

Committit insuper RR. PP. DD. Varsaviensi Archiepiscopo, Plocensi, Lublinensi, Kielcensi aliisque, quorum forte interest, Episcopis Polonis, ut, nomine ipsius Sanctae Sedis, declarent singulos et omnes respectivae suae dioeceseos sacerdotes infami sectae Mariaviticae adhuc addictos, nisi infra viginti dies, ab ipso praesentis intimationis die computandos, sincere resipuerint, eidem excommunicationi maiori, personali et nominali, pariter subiacere eademque ratione vitandos esse.

Zelus Pastorum contra sectam excitatur.

Praelaudati vero Praesules magis ac magis satagant e grege suo fideles, a sacerdotum Mariavitarum insidiis ac mendaciis misere deceptos, admonere non amplius Ecclesiae Sanctae Dei genuinos esse posse filios quotquot damnatae sectae Mariaviticae scienter adhaereant.

Petrus Palombelli, S. R. et U. Inquisitionis notarius.

ANNOTATIO

Una tantum postulari videtur observatio de decreto quo rarissima hodie sanctio vitandae excommunicationis promulgatur.

Post C. Constantiense, cuius decretum *Insuper, ad evitanda*, confirmatum est a Martino V [1], praeter notorium clericorum percussorem, nemo iam excommunicatus vitari debet, « nisi sententia vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, etc., a iudice publicata vel denuntiata specialiter vel expresse. »

Quocirca commisit S. Officium Episcopis Poloniae ut sacerdotes obstinatos sectae asseclas vitandos ipsi declarent.

Declaratio ista debebit esse publica, et singula obstinatorum referre nomina.

Cum tamen sententia non feratur absoluta sed subiecta condicioni : « nisi infra viginti dies, ab ipso praesentis intimationis die computandos, sincere resipuerint, » dubitari potest annon, elapso intervallo, altera opus sit declaratione ut revera sint vitandi.

Cum in gravissima poena, quae plura etiam innocentibus pariat incommoda, strictissima fas sit uti interpretatione, in has partes inclinandum putaremus, nisi melior daretur optio interpretationis in qua non est nisi una eaque absoluta ab Episcopis facienda declaratio.

Et re quidem vera, *praesens intimatio*, de qua in decreto, est intimatio ipsius Decreti S. Officii, quod ita cura Episcoporum est vulgandum ut ad aures sacerdotum Mariaviticae sectae adhuc addictorum perveniat. Hi ex ipso Decreto cognoscent sibi extremam impendere coercitionem Apostolicae Sedis, nisi intra viginti dies sincere resipuerint. Post quos elapsos, Episcopi iubentur contra obstinatos nomine S. Sedis sententiam ferre absolutam, declaratoriam, qua singuli nominatim et publice declarentur vitandi.

---

172. — S. C. EPISC. ET REGULARIUM

RESPONSA 7 DEC. 1906

De Confessariis Monialium ac Puellarum in Conservatoriis

Majarien. [2] *et Civitatis Plebis* [3]

Duplex argumentum coniuncte propositum.

In ordinario conventu E^morum Patrum S. C. Ep. et Reg. qui mense decembri est habitus, de duabus causis coniuncte est deliberatum, quia utraque Confessarios respiciebat personarum quae vitam agunt communem et aliquo clausurae genere concluduntur.

Paucis verbis species facti est prius proponenda.

Prius narratis consuetudinibus,

Dioecesis Majariensis antiquus usus hoc habet : In Monasteriis Monialium quae papali clausurae sunt obnoxia et in Collegiis Mariae, praeter Confessarium ordinarium, constituuntur, ex annuo Episcopi mandato et ad nutum eius, Confessarii extraordinarii duplicis rationis : alii, generales, quos in casu speciali adire possint moniales, alii particulares, quibus quaedam moniales tam-

---

[1] Quamvis alia forma sit receptum a Leone X, prior tamen est usu retenta. Cfr. LAURENTIUS, *Institutiones Iuris Eccl.*, n., **374**, nota 5.

[2] Mazzara.

[3] Città della Pieve.

quam ordinariis uti solent. Ita fit ut Communitas in duas quasi partes dividatur, cum aliae moniales regantur confessario ordinario, aliae vero confessario suo particulari.

Porro Episcopus Civitatis Plebis, dum anno 1904 ad S. Congr. Conc. de statu referebat suae Ecclesiae, quaesivit utrum necne lex de triennali mandato confessarii ordinarii valeret in puellas quae in communitate degunt.

Proponuntur **Dubia**.

Quare proposita sunt dubia huius tenoris :

I. Confessarii extraord. particulares. I. *Può* [1] *tollerarsi siffatta antica consuetudine di tenere vari confessori straordinari particolari e generali ?*

II. Ordinarius qui subinde fiat extraordinarius. II. *Può un confessore ordinario, spirato il triennio, mandarsi dal Vescovo nella stessa Comunità religiosa come straordinario* bis vel ter *in anno a norma del Tridentino* (s. 25, c. 10 de Regular.) ?

III. Confessarius ordinarius qui fiat paucorum extraordinarius particularis. III. *Può tollerarsi che un confessore ordinario, spirato il triennio, resti confessore abituale, ossia straordinario particolare di talune monache, perchè esse non vogliono confessarsi con altri ?*

IV. Petitur Indultum ob penuriam Confessariorum. IV. Et quatenus negative : *il Vescovo Oratore chiede la facoltà di poterne confermare qualcuno pei Monasteri di Mazara e di Marsala, stante la ristrettezza dei confessori.*

V. De spatio temporis quo continetur munus Conf. extraord. V. *Cotesti straordinari particolari sono obbligati al triennio, compiuto il quale per accedere al confessionale hanno bisogno di venia apostolica ?*

VI. Sanatio petitur et indultum. VI. Et quatenus affirmative : *il Vescovo oratore supplica la S. Sede di sanare qualunque difetto del passato e di permettere loro di confessare per un nuovo triennio a cominciare da oggi.*

VII. De Confessariis puellarum. VII. *Se i confessori ordinari delle fanciulle viventi in Collegio debbono durare solo per un triennio, spirato il quale non possono più udire le confessioni nello stesso Collegio per altro tempo senza licenza della S. C. dei Vescovi e Regolari ?*

---

[1] Id est latine :

I. Potestne tolerari antiqua consuetudo habendi plures confessarios extraordinarios, tam particulares quam generales ?

II. Potestne Confessarius ordinarius, elapso triennio, ab Episcopo ad eandem deputari communitatem religiosam tamquam Confessarius extraordinarius, qui bis vel ter in anno ad normam Tridentinae legis, Confessiones excipiat ?

III. Potestne tolerari ut Confessarius ordinarius, elapso triennio, maneat Confessarius habitualis, sive extraordinarius particularis, quarundam monialium quae alios Confessarios adire noluerint ?

IV. Et quatenus negative: Episcopus Orator facultatem petit qua, attenta paucitate Confessariorum, possit quospiam in huiusmodi officio confirmare pro Monasteriis Majariensibus et Marsalensibus.

V. Confessarii huiusmodi extraordinarii particulares, num lege tenentur triennalis mandati, post quod elapsum opus habeant venia apostolica?

VI. Et quatenus affirmative, Episcopus orator S. Sedi supplicatur ut sanet quemlibet defectum praeteritum, et permittat ipsis ut, ab hac die, per novum triennium confessiones audire possint.

VII. Num ordinarii Confessarii puellarum quae collegialiter vivunt non possint nisi per tres annos excercere munus, ita ut deinde nequeant eiusdem Collegii audire confessiones sine facultate S. C. Episcoporum et Regularium ?

Ad quae dubia Emi Patres, die 7 dec. 1906 hoc modo responderunt : *Dies (7 dec. 1906).*

Responsa.

Ad I. Affirmative, quod ad confessarios extraordinarios generales; Negative, quod ad particulares, exceptis casibus determinatis in Constit. *Pastoralis curae*, BENED. XIV. *Ad I.*

Ad. II. Negative, antequam annus ab exspiratione triennii elapsus fuerit, excepto casu quo, ob penuriam confessariorum, Ordinarius aliter procedere nequeat. *Ad II.*

Ad. III. Negative, exceptis casibus de quibus in primo dubio. *Ad III.*

Ad. IV. Reformato dubio « Et quatenus negative, *se* [1] *stante la penuria dei confessari, l'Ordinario possa confermare qualcuno* » — arbitrio et conscientiae Ordinarii, sed tantum uti extraordinarium generalem. *Ad IV.*

Ad. V. Negative. *Ad V.*

Ad. VI. Non indigere. *Ad VI.*

Ad. VII. Legem de confessario Ordinario pro singulis monasteriis deputando non respicere collegia puellarum. *Ad VII.*

7 decembr. 1906.

ANNOTATIONES

1. In responsis istis peculiare inest momentum, quia ipsius Congregationis plenariae, audito voto binorum consultorum, continent suffragium, nec in simplici « Congressu » Emi Praefecti cum Revmo Secretario et Auditore res est deliberata.

Ac propria vis et efficacia sollemnioris istius formae cerni potest. Namque sanationem petenti actorum, S. Congregatio gratiam innocuam non concessit sed, iuridicas rationes perpendens, negavit esse necessariam.

Deinde, quamvis unus consultorum affirmasset lege triennalis mandati teneri etiam confessarios puellarum, S. Congregatio recte idem negavit.

In quo exemplo denuo apparet ne iis quidem qui Romae scribunt et ad S. Congregationes quadamtenus pertinent eam deberi fidem qua potius ipsis quam scriptae legi credatur [2].

2. Iuvat etiam illud addere. Revmi Consultores simul interrogati sunt quid in iure praesenti forsan mutatum vellent. Veri simile est quaestiones istas factas fuisse per occasionem susceptae a SS. D. N. PIO Pp. X reformationis iuris canonici universi.

Age vero, uterque consultor ratam habuit legem qua unus tantum deputari potest Confessarius qui monialium in monasterio confessiones audiat.

Uterque etiam abrogatam velit legem qua regulares munere confessarii ordinarii monialium arcentur. Alter denique plura incommoda perspiciens frequentis mutationis confessarii et suffragii sororum exquirendi pro eius confirmatione, normam proposuit quae in nostris partibus sine incommodis observatur, id est ut ad arbitrium Episcopi indefinite confirmari possit vel removeri Confessarius ordinarius monialium.

---

[1] Id est latine : « Num propter penuriam Confessariorum, possit Ordinarius quempiam confirmare. »

[2] Cfr. disputata a nobis PERIODICA, t. 2, p. 8

De eodem argumento, si fas est propriam mentem modeste aperire, ut dicamus quid sentiamus :

a) Lex de uno confessario ordinario, quae pro monialibus strictae clausurae est lata, non videtur nobis sine incommodis et periculis in eas sorores transferri quae domum frequenter mutant et claustris ad opera pia frequentanda saepe egredi permittuntur.

Et nisi magna et clara ratio id suaserit, non est auferenda sacra libertas utendi confessario et animae moderatore qui proprio ingenio magis congruere videatur. Vix quidpiam magis durum excogitari potest, quam pias mulieres quae vitam agunt plenam sacrificiis adigere ad adeundum confessarium a quo animum servent alienum.

b) Sicubi lex de triennali mutatione non servetur, ibidem abrogandam duxerimus obligationem confitendi apud unum eundemque Confessarium. Triennalis mutatio aliquatenus saltem temperat legem de confessario unico. Nonne nimium est, suppresso levamine, gravissimum onus retinere ?

3. De ipsis responsis traditis haec pauca sufficient. S. Congregatio extraordinarios particulares Confessarios ideo reprobat, quia cum sint habituales quarundam monialium, eorum constitutio legi de constituendo confessario qui sit monialibus communis et ordinarius, directe adversatur.

Menti praesentium legum potius quam verbis repugnat extraordinarii Confessarii provinciam ei delegare qui ordinarii officio modo est functus. Sic enim rarius quam voluit Legislator variant confessarii ; et periculum est ne successor in officio suo exsequendo multis modis impediatur.

Quocirca, in altero responso, S. Congregatio postulavit ne Confessarius ordinarius statim fieret extraordinarius eiusdem communitatis, sed intervallo rationabili voluit utrumque munus separari, quod intervallum moraliter ad annum aestimavit. Statutae tamen regulae subiecit exceptionem, si numero nimis pauci praesto fuerint confessarii.

In tertio responso et in quarto, iterum excluduntur confessarii extraordinarii particulares. Facultas autem quae in fine quarti responsi est addita iam continebatur ipsa exceptione facta regulae statutae in responso secundo.

Quintum responsum extraordinarios Confessarios lege triennalis mutationis merito declarat immunes.

Sanatione autem minime opus fuit, cum constet disciplinam de confessario unico et de mandato triennali non ita imponi ut confessariis indebite ab Episcopo constitutis vel confirmatis iurisdictio eripiatur. Nec indulto opus erat, cum lex Confessarios extraordinarios non afficeret.

In septimo denique dubio, iure ac merito negatur legem quae est de monialibus, de puellis intellegi posse. De puellis enim silent Tridentina synodus et C. *Conditae a Christo* (8 dec. 1900) [1]. Benedictus XIV vero Episcopos mere hortatur, ut si puellae non habuerint nisi unum Confessarium ordinarium, etiam ipsis occasio extraordinarii Confessarii aliquotiens in anno offeratur. (C. *Pastoralis Curae*, n. 3. Cfr. *De Religiosis* t. 2, p. 617 ed. 2, p. 473, ed. 4.)

---

[1] Cfr. *De Religiosis*, t. 2, n. **2**, p. 202. Agit tantum de sodaliciis religiosarum.

De istis responsis in universum etiam illud observes, a confessariis extraordinariis particularibus, de quibus sermo est in causa, valde distare Confessarios *supplementarios* qui, ex D. *Quemadmodum* 17 dec. 1890 [1] vocandi sunt quotiescumque monialis ipsorum opera indigere putaverit. Particulares enim confessarii erant *habituales* quarundam sororum. Quare dum hos excludit S. Congregatio intactam sinit esse disciplinam Decreto *Quemadmodum* sapienter introductam.

Quaeres tamen cur, contra atque in voto consultoris, in ipsis responsis illius Decreti omittatur mentio, ac sola memoretur C. *Pastoralis curae* (in resp. ad. I et ad. III)?

Causa haec esse videtur, quia in resp. ad I et ad III, agitur de confessariis extraordinariis *particularibus (habitualibus)*, qui plerumque excluduntur, permitti tamen possunt in paucis casibus quos indicat Benedictus XIV, C. *Pastoralis curae;* dum decretum *Quemadmodum* nullo pacto agit de confessariis qui uni vel paucis monialibus habitualiter deputentur,

Porro casus Benedicti XIV sunt:

Monialis graviter aegrotantis.

Monialis quae adduci nequit ut ordinario Ministro confiteri velit [2].

---

173. — S. R. U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

DECRETZM 12-13 DECEMBZIZ 1906

Vis Indultorum de festis, post Missionum divisionem

Feria IV, die 12 decembris 1906

Dies (12 dec. 1906).

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, proposito dubio a S. Congr. de Propaganda Fide: *Utrum Indultum super observantia festorum concessum alicui Missioni validum quoque habendum sit pro aliis Missionibus quae in posterum a pristina Missione seiungantur.*

Quaestio a S. C. Prop. Fid. proposita.

Emi ac Revmi Dmi rescribendum mandarunt: *Affirmative.*

Responsum.

Sequenti vero feria V, die 13 eiusdem mensis et anni, SSmus D. N. Pius Pp. X decretum Emorum PP. approbavit.

Approbatio SSmi, die 13 dec. 1906.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notarius.

Annotationes

1. S. C. de Propaganda Fide, quae de omni argumento a Missionariis interrogatur, solet ipsa deinde varias adire Congregationes quae in specialibus rebus assidue versantur. Iam vero, cum quaestiones de observantia festorum ad S. Officium proprie perti-

---

[1] Cfr. *De Religiosis*, t. 2, n. **230**, p. 631 ss. ed. 2; p. 488 ss. ed. 4.

[2] Tertius casus de quo Benedictus XIV, id est Monialis quae pro spirituali solacio *aliquotiens* petat extraordinarium, iam redit ad Confessarios *supplementarios* de quibus in praesenti non agitur. Cfr. *De Religiosis*, t. 2, n. **224**, p. 618-628 ed. 2; p. 472-482.

neant, nihil mirum quod a supremo isto tribunali praesentis dubii solutionem postulaverit.

2. Dubii autem occasio haec esse videtur. Non raro fit, ut vel Vicariatus apostolici fiat divisio, vel avulsa a Vicariatu regio in propriam erigatur praefecturam apostolicam nisi ad alium Vicariatum seu Dioecesim accedat. Propriis autem indultis variae regiones fruuntur. Quid iuris itaque, si pars quaedam regionis a Missione seiungatur quae peculiaris indulti beneficio regatur in observatione festorum? Utrum, facta separatione, pars avulsa peculiari isto regimine excidit, an iure tantum communi, an proprio dioecesis seu quasi-dioecesis cui adiungitur obnoxius esse coepit?

3. Cui quaestioni sapienter respondit S. Officium, pristinum regimen in separata regione perseverare.

Iam clarius constabat politicas divisiones in ecclesiasticum regimen nihil per se valere. Sic, in Belgio autonomo, manent privilegia Concordati facti cum Galliae consule, Napoleone I. Sic in Sabaudia vota monialium manent sollemnia, quamvis non sint in Gallia cui Sabaudia est politice coniuncta.

De condicione autem quam post ecclesiasticam divisionem obtinet pars a dioecesi separata parce scribunt doctores. Plerique quaestionem omittunt vel non agunt nisi de divisione seu dismembratione paroeciae vel beneficii minoris [1]. R. P. Wernz, tom. 2, n. 268, nihil praecise dicit praeter istud, in nota (60): « Iura singularia antiqui officii per se in novum divisione separatum non transeunt, sed penes antiquum remanent. » Iura autem intellegit quae prosunt ipsi rectori officii v. gr. ius decimas percipiendi (cfr. Fagnani, inc. cum contingat; 29 De decimis, l. 3, t. 30, n. 31-50) de ipso autem iure quo subditi regantur sermonem non habet.

Decreta denique quibus eriguntur vel dividuntur dioeceses quasi-dioeceses de re plerumque silent. Cfr. v. gr. Decr. 19 maii 1893, quo Territorium Nepalense Praefecturae apostolicae Bettiahiensi adiungitur (Anal. Eccl. t. 1, p. 223), Decr. 10 dec. 1896, quo dioecesis Buffalensis et dioecesis Roffensis nova definiuntur confinia (Anal. Eccl. t. 5, p. 422); Decr. 14 aug. 1897 quo nova instituitur Praefectura apostolica Rhodiensis (Anal. Eccl. t. 5, p. 383).

Hinc opportuna fuit facta a S. C. Prop. Fidei interrogatio, cuius clarum responsum praesenti S. C. R. et U. Inquisitionis decreto exhibetur.

---

174. — S. R. U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

DECRETA 23-24 AUG. 1905 ET 12-13 DECEMBRIS 1906

Facultas pro confessionibus facta sacerdotibus navigantibus.

A. *Decretum 23-24 aug. 1905.*

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis Emi ac Rmi Dni decreverunt:

---

[1] Cfr. Ferraris, v. *Dismembratio*; Fagnani, in c. Cum contingat (29), De decimis (l. 3, t. 30); et in c. Ad audientiam (3), De eccles. aedific. (l. 3, t. 48).

Sacerdotes quoscumque maritimum iter arripientes, dummodo vel a proprio Ordinario, ex cuius dioecesi discedunt, vel ab Ordinario portus in quo in navim conscendunt, vel etiam ab Ordinario portus cuiuslibet intermedii, per quem in itinere transeunt, sacramentales confessiones excipiendi, quia digni, scilicet, atque idonei recogniti ad tramitem Conc. Trident. *sess. XXIII, cap. XV de Ref.*, facultatem habeant vel obtineant; posse toto itinere maritimo durante, sed in navi tantum, quorumcumque fidelium secum navigantium confessiones excipere, quamvis inter ipsum iter navis transeat, vel etiam aliquamdiu consistat diversis in locis diversorum Ordinariorum iurisdictioni subiectis.

Ab Ordinario proprio, vel Ordinario portus etiam intermedii approbati Confessarii quoslibet, in navi, absolvere possunt.

Sequenti vero feria V, die 24 eiusdem mensis et anni, SS^mus D. N. Pius PP. X decretum E^morum PP. approbavit.

I. Can. Mancini, S. R. et U. I. Notarius.

Confirmatio SSmi (24 aug. 1905).

B. *Decretum 12-13 dec. 1906.*

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis E^mi ac R^mi D^ni decreverunt :

Supplicandum SS^mo ut concedere dignetur sacerdotes navigantes, de quibus supra, quotiens, durante itinere, navis consistat, confessiones excipere posse tum fidelium qui quavis ex causa ad navem accedant, tum eorum qui, ipsis forte in terram obiter descendentibus, confiteri petant eosque valide ac licite absolvere posse etiam a casibus Ordinario loci forte reservatis, dummodo tamen — quod ad secundum casum spectat — nullus in loco vel unicus tantum sit sacerdos approbatus et facile loci Ordinarius adiri nequeat.

Emi Patres supplicandum censent pro extensione facultatis.

Sequenti vero feria V, die 13 eiusdem mensis et anni, SS^mus D. N. Pius PP. X annuit pro gratia iuxta E^morum Patrum suffragia.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notarius.

Concessio, die 13 dec. 1906.

Annotationes

1. Binis istis decretis in pleniore luce est positum quamnam ad confessiones excipiendas approbationem obtinere debeant sacerdotes navigantes.

2. Quaestio ista est primum soluta decreto 4 april. 1900 [1], hoc modo : « *Sacerdotes quoscumque transmarinum iter arripientes, dummodo a proprio Ordinario confessiones excipiendi facultatem habeant, posse in navi toto itinere durante fidelium secum navigantium confessiones excipere, quamvis forte inter ipsum iter transeundum, vel etiam aliquamdiu consistendum sit diversis in locis diversorum Ordinariorum iurisdictioni subiectis.* »

Sed cum antea, responso 29 mart. 1869, S. Officium declarasset « posse sacerdotes iter arripientes ab Ordinariis locorum unde naves solvunt approbari », quaeri coeptum est utrum, quod ad facultatem approbandi confessarios, decretum anni 1900 derogasset priori, an potius cum Ordinario proprio communicasset privilegium Ordinarii portus.

Praeterea proprius Ordinarius quisnam est? Ille in cuius dioecesim sacerdos est cooptatus, an Ordinarius loci unde discedat?

---

[1] Cfr. Analecta Eccl. t. 8 (1900) p. 287, vel Monitore, t. 12 (1900), p. 103.

Ut exemplo confirmem huius quaestionis momentum : quotannis hic Lovanii ordinantur alumni seminarii Americani qui ad varias pertinent Statuum foederatorum dioeceses, quarum tamen Antistitibus saepe sunt ignoti. Cum nunc, sacerdotio aucti, iter transmarinum in Americam arripiunt, a quonam Episcopo tamquam a proprio facultates pro itinere maritimo recipere possunt? Utrum a distante Episcopo Americano, an a proximo Archiepiscopo Mechliniensi, in cuius dioecesi Lovaniense oppidum est situm?

Age porro, utraque dubitandi ratio decreto 23 aug. 1905 tollitur. Conceptis enim verbis confirmatur potestas Ordinarii portus, ita ut perspicue iam addatur intellegi non tantum Ordinarium portus in quo sacerdos navim conscenderit sed etiam cuiuslibet portus intermedii.

Proprius autem Ordinarius describitur ille « ex cuius dioecesi discedunt ». Ille itaque cui, saltem ob quasi-domicilium subdebantur et ex cuius dioecesi iter facere coeperunt. In exemplo mox allato collegii Lovaniensis, alummi non Episcopi Americani, sed Mechliniensis approbationem habere debent.

3. De ipsa paenitentium qualitate quaeri poterat utrum ii etiam comprehenderentur fideles pro quibus specialis approbatio requiri consuevit, an per se excluderentur v. gr. sanctimoniales.

Ac Decreto 23 aug. 1905 audiri posse *quorumcumque* fidelium confessiones est responsum.

4. Vi decretorum 1900 et 1905, huiusmodi confessarii absolvere poterant quotquot fideles *secum navigantes*. Quid autem si in portu intermedio fideles quidam ad navim accedant et exomologesim facere voluerint?

Indulti beneficio fideles isti videbantur exclusi. Sed novissima gratia 1906, SSus Dnus, ipsius S. Officii votis satisfaciens, permisit ut in navi absolvi possent fideles quacumque de causa ad navim accessissent.

5. Fit non raro ut, dum in itinere navis ad aliquam ripam appulit, sacerdotes ipsi occasione utantur invisendi portum. Quid, si fideles voluerint in litore ipsis sua confiteri peccata? Per se quidem, excepto speciali Missionariorum indulto, paenitentes isti audiri non poterant. Sed iam, ex gratia 13 decembris 1906 concessa, iurisdictio confessariorum ad huiusmodi fideles porrigitur, dummodo binae istae simul habeantur condiciones : in loco nullum vel unum tantum esse sacerdotem approbatum; et loci Ordinarium facile adiri non posse.

In litore itaque absolvi poterunt quotquot accesserint fideles, sive indigenae sive ex qualibet alia regione oriundi, et ob quamcumque causam confessarium elegerint alienum.

Neque e numero eorum quorum in litore confessiones audiri possunt excipiendi sunt navigantes. Quamvis enim, in decreto superiore, 23 aug. 1905, privilegii lege audiri nequeant nisi in navi, cum tamen recentiore facultate sacerdotes possint etiam in litore fidelium audire confessiones, nulla ratio excogitari potest cur de fidelibus navigantibus severius quam de aliis respondeas. Quamquam semper servanda est condicio cui, ex ipso decreto, subiacet iurisdictio in litore exercenda, id est ut non sit in loco nisi unus ad summum sacerdos approbatus, nec Ordinarius facile adiri queat.

Ut autem unus tantum iudicetur esse confessarius in loco, satis

est, nostra sententia, si alii confessarii loci per totam diem afuerint. Id colligimus ex responsis datis pro Religiosis [1].

6. Fideles qui ex portu intermedio ad navem accedunt vel in portu confessionem instituunt absolvi possunt etiam a *casibus Ordinario loci reservatis*.

Ob variam originem ex qua iurisdictio proficisci potest, arbitramur de fidelibus navigantibus perinde dici posse, ita ut, instar peregrinorum, a casibus reservatis ab Ordinario putandi sint immunes.

7. Dum in superioribus decretis sermo fiebat de itinere *transmarino*, iam in decreto 1905 iter describitur mere ut *maritimum*, ita ut quotiescumque non mera quaedam ambulatio sed verum suscipiatur iter, decreto uti possint, quamvis eundem unde discedebant portum repetere cogitent.

8. Denique, quia obtenta ista iurisdictio *toto itinere maritimo* perseverat, certius iam constat missionarium europaeum, in sinensi itinere versantem, pergere posse confessiones in navi excipere, quamvis iam in sinensi quodam portu (intermedio tamen) constiterit navis et iuramentum de ritibus sinicis praestare omiserit.

---

175. — S. C. SUPER NEGOC. ECCL. EXTRAORD.

ZEZPONZZ 1906

De hodiernis Gallicarum rerum vicibus

Actio cum ministro sequestro.

Q. Quomodo procedendum cum mandatario civilis potestatis ad bona ecclesiastica sequestranda adveniente?

R. Parochi, Vicarii, Superiores ecclesiastici passive se habeant, absque ulla cooperatione in huiusmodi bonorum sequestratione. Quoad vero Praesides, Thesaurarios, aliosque bonis ecclesiasticis rite administrandis et fideliter custodiendis allectos, Ordinarius, si, attentis peculiaribus adiunctis, iudicaverit ipsos gravia habituros damna ex clavium denegatione, poterit, re pro conscientia et coram Deo perspecta, tolerare ut ipsi, praemissa contra violentiam sibi illatam protestatione explicita, claves in propriis locis derelinquant, quin ulterius opem conferant, aut quodpiam peractae spoliationis instrumentum subscribant.

Munus ipsum ministri sequestri.

Q. An liceat Gubernii officialibus acceptare munus Administratoris-Sequestri, uti dicunt, si recusare nequeant absque periculo amittendi officium, propriae sustentationi et familiae necessarium, aut aliud grave damnum sustinendi?

R. Dummodo revera grave huiusmodi hominibus instet damnum, et admiratio fidelium amoveatur, (quod quomodo faciendum sit Ordinarii erit definire) tolerari posse.

Delegatio eiusdem ministri quae ab aliis catholicis acceptetur.

Q. An possint Parochi aliive Sacerdotes aut viri catholici, intuitu maioris mali praecavendi, eiusdem Administratoris — Sequestri quandam acceptare delegationem seu commissionem?

R. Nullatenus posse.

---

[1] Cfr. *De Religiosis*, I, n. **416, 469, 476-478**.

Locatarius potestne ministro-sequestro solvere pretium ?

Q. Utrum locatarius bonorum ecclesiasticorum a praefato Administratore, vi legis iniquae ereptorum, pretium locationis huic Administratori solvere possit ?

R. Negative, nisi contractus locationis absque gravi damno ipsius locatarii rescindi nequeat.

Acceptatio reditus ecclesiastici a ministro soluti.

Q. Utrum liceat piarum fundationum reditus, si ab Administratore exsolvantur, acceptare ?

R. Affirmative.

Cuinam incumbant onera sacra.

Q. Quid de missis fundatis, aliisque piis fundationibus, si capitalia seu fundus, vi legis iniquae, subripiantur ?

R. Onus missarum aliarumque fundationum iis strictim incumbere, qui fundum eripuerunt aut detinent.

Possuntne conduci bona inique usurpata ?

Q. Utrum bona ecclesiastica, puta Ecclesiae, aedes presbyterales et episcopales, seminaria, etc., vi legis iniquae Municipiis, etc., devoluta aut Administratoribus civilibus commissa, in locationem accipi possint ?

R. Non posse, nisi casibus verae necessitatis, praemissa tamen, ex parte Parochi vel Episcopi, protestatione de nullitate peractae spoliationis ac de permanentibus Ecclesiae iuribus ; ex parte vero Municipiorum vel Administratorum declaratione, qua constet ipsos nullatenus intendere praefata iura negare, nec ullo modo sacri ministerii libertatem imminuere velle : prius habito totiens quotiens Ordinarii dioecesani consensu.

De servitio militari clericorum.

Q. Utrum viri ecclesiastici, servitio militari vi legis iniquae rursus obnoxii, vix ac ad arma vocati fuerint, recursum ad supremum Status Consilium contra iniquam convocationem porrigere possint ?

R. Posse ac debere, in protestationem contra illegitimam huiusmodi convocationem.

Q. Utrum iidem possint, responso supremi Consilii nondum accepto, ne poenis contra renitentes intimatis subiaceant, militari convocationi obtemperare ?

R. Posse obtemperare.

De cultuali associatione.

Q. Utrum Parochus, si forte contingat in sua paroecia cultualem Associationem ad normam iniquae legis efformari, Ecclesiam suam derelinquere debeat ?

R. Parochum omnino teneri in Ecclesia sua cultum prosequi et in aedibus parochialibus perstare, usquedum violenter eiciatur.

Actio contra schismaticum cultum.

Q. Quid si dicta Associatio schismatica nefarium forte invenerit sacerdotem qui in Ecclesia, de mandato Associationis, officia divina celebret ?

R. Parochum legitimum, praemissa protestatione et admonito populo ne cultui schismatico participet, Ecclesiam suam statim derelinquere debere.

Annotatio

Responsa ista, ab Archiepiscopo Rothomagensi in dioecesana ephemeride (Bulletin religieux) 8 dec. 1906 vulgata, deinceps in variis ephemeridibus prodiere latine scripta et gallice reddita. Ita v. gr. Questions actuelles, t. 89, p. 242. Pro earum momento et usu ab argumento nostrorum Periodicorum minime visa sunt aliena.

176. — S. PAENITENTIARIAE

RESPONSA 1906

De bonis religiosorum usurpatis in Gallia [1]

A. *Rescriptum 3 ian. 1906*

Atrebati, die 9 dec. 1905.

Beatissime Pater,

Orator. Episcopus Atrebatensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, sequentium dubiorum solutionem enixe postulat :

Dubia.

I. — Utrum civitatis Consiliarii eorumque Maior, qui bonum quoddam certo religiosum, non in proprios, sed in communes urbis usus, acquisiverunt, certo subiaceant excommunicationi latae a Concilio Tridentino (Sess. XXII, cap. XI, *de Reformatione)* et confirmatae a Constitutione *Apostolicae Sedis* (IV, alin. *Praeter hos.....*)?

Emptio, pro civitate, boni ad religiosos pertinentis, utrum causam dat excommunicationi,

II. — Quatenus affirmative, utrum iidem Consiliarii eorumque Maior, in foro externo, tamquam excommunicati habendi sint ante declaratoriam Ordinarii sententiam?

an saltem publicum sit peccatum.

III. — Quatenus negative ad II, utrum, ante omnem declaratoriam Ordinarii sententiam, iidem Consiliarii eorumque Maior, publico suo emptionis voto et hoc unico voto, publici saltem peccatores constituti sint, et tamquam publici peccatores, opportunitate data, tractandi, v. g. quod ad ecclesiasticam sepulturam?

Quid Confessario agendum ?

IV. — Quomodo practice agendum, in sacro Tribunali, cum Maiore vel Consiliario, qui pertinaciter contendit se ullatenus nec voluisse nec potuisse Congregationi damnum inferre, si quidem, emerit civitas vel non emerit, bona fuissent dissipata, simul vero contendit se unice fuisse de civitatis necessitate aut utilitate sollicitum?

Et Deus.....

Pro Episcopo, Vicarius Generalis specialiter delegatus,
I. Hervin, v. g.

Responsa.

Sacra Paenitentiaria, mature consideratis praepositis dubiis :

Ad I. Ad Primum respondet : *Negative.*

Ad II. Ad Secundum : *Provisum in primo.*

Ad III. Ad Tertium : *Negative.*

Ad IV. Ad Quartum : *Confessarius de huiusmodi actu paenitentis iudicet, attenta quoque eiusdem conscientia. Moneat tamen eum, in posterum, in similibus casibus, ipsum indigere facultate Sanctae Sedis, quam, si opus est, humiliter petat.*

Dies (3 ian. 1906). Datum Romae, die tertia ianuarii 1906.

V. Luchetti, S. Paenitentiariae Sigillator.
F. Cherubini, Substitutus.

---

[1] Responsa ista, excepto ultimo, ad Episcopum Atrebatensem sunt missa ; postremum vero ad Suessionensem. Eadem exscribimus ex Questions actuelles, t. 90, p. 294 ss.

B. *Rescriptum 8 mart. 1906*

Atrebati, die 7 febr. 1906.

Beatissime Pater,

Memoratis dubiis et responsis modo exscriptis,

Die nona decembris anni 1905, hae rogandi formulae ab Episcopo Atrebatensi propositae sunt :

I. — Utrum civitatis Consiliarii eorumque Maior qui bonum quoddam certo religiosum, non in proprios, sed in communes urbis usus acquisiverunt, certo subiaceant excommunicationi latae a concilio Tridentino (Sess. XXII, cap. XI, *de Reformatione)* et confirmatae a Constitutione *Apostolicae Sedis* (IV, alin. *praeter hos.....*)?

II. — Quatenus affirmative, utrum iidem Consiliarii eorumque Maior, in foro externo, tamquam excommunicati habendi sint ante declaratoriam Ordinarii sententiam?

III. — Quatenus negative ad II, utrum, ante omnem declaratoriam Ordinarii sententiam, iidem Consiliarii eorumque Maior, publico suo emptionis voto, et hoc unico voto, publici saltem peccatores constituti sint, et tamquam publici peccatores, opportunitate data, tractandi, v. g. quoad ecclesiasticam sepulturam?

IV. — Quomodo practice agendum, in sacro Tribunali, cum Maiore vel Consiliario, qui pertinaciter contendit se ullatenus nec voluisse nec potuisse Congregationi damnum inferre, si quidem, emerit civitas vel non emerit, bona fuissent dissipata, simul vero contendit se unice fuisse de civitatis necessitate aut utilitate sollicitum?

Et Deus.....

Sacra vero Paenitentiaria, die III ianuarii anni 1906, mature consideratis praepositis dubiis :

Ad primum respondit : *Negative.*

Ad secundum : *Provisum in primo.*

Ad tertium : *Negative.*

Ad quartum : *Confessarius de huiusmodi actu paenitentis iudicet, attenta quoque eiusdem conscientia. Moneat tamen eum, in posterum, in similibus casibus, ipsum indigere facultate Sanctae Sedis quam, si opus est, humiliter petat.* Datum Romae.....

Orator

Verum, cum propter propagatam in Galliis de Tridentinae excommunicationis extensione interpretationem, pluribus detineatur difficultatibus, Ferdinandus Lejeune, Vicarius Generalis R^mi^ D^ni^ Episcopi Atrebatensis, eiusdem Episcopi iussu, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, in suam et multorum pariter utilitatem sequentium dubiorum solutionem enixe postulat :

Nova proponit **Dubia**.

De intellectu Rescripti superioris.

I. — An Rescriptum diei 3 ianuarii 1906 (Resp. ad dubium I) ita sit intellegendum ut excommunicatio non incurratur in casu, quando :

1) Votum a civitatis Consiliariis eorumque Maiore emissum obligavit Maiorem ipsum ad emendum ;

2) Bonum a Maiore sic acquisitum in proprios urbis usus, est monasterium, a religiosa communitate legitime possessum et ab eadem prorsus invita derelictum ; a civili potestate usurpatum et a spoliatore seu sic dicto « liquidatore » pretio venditatum, vi nefandarum legum contra religiosas Congregationes in Galliis latarum ;

3) Sorores iniuste spoliatae atque in miseriam fere adductae totis viribus renituntur ;

4) Bona fides difficillime admitti potest ; propter denuntiatam per ephemerides omniumque timoratae conscientiae virorum monita, excommunicationem ?

II. — Rursum quatenus negative ad I, scilicet quatenus intellegendum sit excommunicationem in casu incurri, utrum iidem Consiliarii eorumque Maior, in foro externo, tamquam excommunicati habendi non sint ante declaratoriam Ordinarii sententiam, etiamsi publice constet de delicto ?

III. — Utrum rescriptum (resp. ad dubium III) ita sit intellegendum ut dicti Consiliarii eorumque Maior non habendi sint publici peccatores quando :

1) Publico suo emptionis voto et publica ipsa emptione maximum toti civitati scandalum intulerunt ;

2) Emptionem ea mente pacti sunt ut in monasterio iam spoliato puellarum scholam instituerent neutram seu potius acatholicam ;

3) Efficaciter ita prohibuerunt catholicos viros quin monasterium idem, obtenta iam tum Sanctae Sedis, tum Episcopi, tum Monialium ipsarum licentia, acquirerent ad catholicam in eo puellarum scholam restituendam ?

IV. — Si, postquam civitas bonum certo religiosum in publicos usus emit, istud idem sive totum sive per partes vendibile proponit, utrum novi emptores, qui iam in proprios usus id acquirunt, excommunicationi supra dictae subiaceant ?

Et Deus.....

F. Lejeune, v. g.

Responsa

Sacra Paenitentiaria super noviter deductis respondet :

Quod spectat ad excommunicationem Tridentinam : *in decisis*, excepto casu recens proposito de iis qui bona ecclesiastica usurpata emunt et in proprios usus convertunt, ut iam declaravit Congregatio Sancti Officii.

Quod ad casum vero tertium, sub num. III propositum, videat Ordinarius an locus sit censurae contra faventes haereticis.

Ceterum non impeditur Ordinarius quominus in casibus propositis utatur iure suo, et, si id expedire iudicaverit, excommunicationem decernat in delinquentes futuros vel latae vel ferendae sententiae.

Datum Romae, in S. Paenitentiaria, die 8 martii 1906. *Dies (8 mart. 1906).*

V. Luchetti, S. P. Sigillator.

C. *Rescriptum 9 maii 1906*

Atrebati, 28 martii 1906.

Beatissime Pater,

Orator

Episcopus Atrebatensis, ut muneri suo tutius satisfaciat certamque sequatur gravissimis in casibus normam, sequentium dubiorum solutionem enixe postulat :

Dubia. *De obligatione restituendi, in eodem casu.*

I. — Cum civitatis alicuius Consiliarii, publicis suis votis, spoliatae cuiusdam Congregationis religiosae conventum et bona in publicos usus emenda decreverunt, cumque illorum Maior actu authentico emptionem postea pactus est, utrum iidem Consiliarii eorumque Maior, ob illatam praedictae Congregationi iniuriam, ad restituendum *personaliter* teneantur ?

II. — Quatenus affirmative, quid, quantum, quomodo restituendum ?

III. — Rursum, quatenus affirmative, utrum unusquisque Consiliariorum *singillatim* ad totius damni reparationem teneatur, salvo tamen suo contra complices recursu ?

IV. — Et si nulla iam subsistat praedicta Congregatio spoliata, sive ob dissolutionem, sive ob exstinctionem, sive quamcumque ob causam, utrum persistat restitutionis obligatio ? Ac, quatenus affirmative, cui et qua mensura restituendum erit ?

Et Deus.....

Pro Episcopo, Vicarius generalis specialiter delegatus
I. Hervin, v. g.

Responsa. Sacra Paenitentiaria circa praemissa respondet :

Ad I : Attentis omnibus, quae ad rem spectant, *non constare de obligatione restitutionis.*

Ad II, III, IV : *provisum in primo.*

Dies (9 maii 1906). Datum Romae, in S. Paenitentiaria, die 9 maii 1906.

B. Pompili, S. P. Datarius.
Fran. Pascucci, S. P. Subst.

D. *Rescriptum 7 iun. 1906*

Atrebati, die 21 maii 1906.

Beatissime Pater,

Orator Episcopus Atrebatensis, ob motas iam in sua dioecesi ac certo brevi movendas conscientiae difficultates, compleri postulat responsiones a S. Paenitentiaria datas diebus 3 ianuarii, 8 martii et 9 maii huius anni : ideoque supplex implorat ut sequentia ac gravissima dubia solvere Sanctitas Vestra dignetur.

Dubia.

De restitutione facienda a privatis emptoribus.

I. — Cum civitas, quae bonum ecclesiasticum usurpatum in publicos usus emit, istud idem sive per totum, sive per partes, vendibile proponit, utrum novi emptores, qui iam in proprios usus id acquirunt, ad restitutionem teneantur, ob illatam Congregationi spoliatae iniuriam ?

II. — Quatenus affirmative, quid, quantum, quomodo restituendum ?

III. — Et, si nulla iam subsistat praedicta Congregatio spoliata, sive ob dissolutionem, sive ob exstinctionem, sive quamcumque ob causam, utrum persistat restitutionis obligatio ? — Et quatenus affirmative, cui et qua mensura sit restituendum ?

Et Deus.....

Pro Episcopo, Vicarius generalis specialiter delegatus
I. Hervin, v. g.

Responsa. S. Paenitentiaria circa praemissa respondet :

Teneri huiusmodi emptores, ratione rei acceptae, ad restitutionem Congregationi vel saltem Ecclesiae ;

Restitutionem vero fieri posse per compositionem, ad quam ab Ordinario admitti poterunt, iuxta facultates Eidem a sacra Paenitentiaria ad triennium concessas in annexo folio typis impresso.

Dies (7 iun. 1906). Datum Romae, in S. Paenitentiaria, die 7 iunii 1906.

V. Luchetti, S. P. Sigillator.

E. *Rescriptum 17 sept. 1906.*

BEATISSIME PATER,

Episcopus Suessionensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter postulat sequentium dubiorum solutionem : *Orator.*

I. — Utrum excommunicationi subiaceat qui libere accepit munus alicuius communitatis religiosae, secundum novam gallicam legem expediendae, vulgo *liquidateur ?* **Dubia.** *De excommunicatione, sepultura, et restitutionis debito, « liquidatoris » vel notarii.*

II. — Utrum eandem excommunicationem incurrat scriba aliquis apud tribunal (vulgo *greffier du tribunal*), si ad id munus suscipiendum moraliter coactus fuerit ne a sua publica functione deiceretur ?

III. — Utrum unus et alter moriens, non receptis sacramentis Ecclesiae, sepultura ecclesiastica privari, saltem tamquam peccator publicus, debeat ?

IV. — Quod si, e contra, sacramenta Ecclesiae recipere valeat et velit, utrum restitutio aliqua ei sit iniungenda, cuinam restituere cogatur, et quantum solvere debeat, praesertim si fertilissimus fuit ei in dicto munere quaestus ?

Et Deus.....

† *Aug.-Vic. Deramecourt, ep. Suess. Laudun. et Quint.*

Sacra Paenitentiaria, mature consideratis expositis, respondet : **Responsa.**

Eos, qui sub numero primo et secundo (I, II) recensentur *excommunicationem non incurrere.*

Ad Tertium (III) : *Decisionem in singulis casibus spectare ad Ordinarium.*

Ad Quartum (IV) : *Quod ad notarios, ipsos non teneri ad restitutionem. — Quod ad liquidatores, non satis constare de eorum obligatione.*

Datum Romae, in S. Paenitentiaria, die 17 septembris 1906. *Dies (17 sept. 1906).*

A. Carcani, S. P. Regens.
F. Cherubini, S. P. Substitutus.

---

177. — SECRETARIAE STATUS

INDULTUM EX AUDIENTIA SS^mi 20 MART. 1906

Facultates concessae Societati hispanae navigationis transatlanticae

Claudius Lopez Brù, Marchio de Comillas, Praeses Societatis Hispanicae pro Navigatione Transatlantica, ad pedes S. V. humiliter provolutus, implorat prorogationem et quandam necessariam ampliationem nonnullarum facultatum ipsi Societati iam pridem ad decennium concessarum, nempe : *Orator.* **Petit.**

I. — *Pro eiusdem societatis presbyteris cappellanis*

1. Celebrandi per mare Missam, cum assistentia tamen, si fieri possit, alterius sacerdotis superpelliceo induti, dummodo mare sit tranquillum et nullum adsit periculum irreverentiae ; facta etiam potestate iis qui Missae astiterint accedendi ad Sacram Synaxim. *Missa et S. Communio.*

Missa et communio paschalis in coena Dni

2. Celebrandi item per mare Missam, cum potestate admittendi fideles ibi astantes ad Sacram Communionem, etiam in adimplementum praecepti Paschalis, Feria V in Cena Domini.

Baptismus puerorum.

3. Administrandi pueris Sacramentum Baptismatis, *non tamen sollemniter*, cauto semper obligationi dandi quam primum baptizati parentum parocho collati Baptismatis testimonium.

Extr.Unct. et Viatium.

4. Administrandi infirmis Sacramentum Extremae Unctionis, atque etiam Communionis in forma Viatici, statim post Missam, cum particula in eodem Missae Sacrificio consecrata, ac servatis servandis.

Apost. Bened. morientibus.

5. Impertiendi iis qui in navi fuerint in articulo mortis constituti, Apostolicam Benedictionem cum Indulgentia Plenaria, dummodo iidem vere paenitentes, confessi ac Sacra Communione refecti, vel, si id nequiverint, saltem contriti, ore si potuerint, sin minus corde, SS. Nomen Iesu invocaverint iuxta formam in Ecclesia consuetam.

Benedictiones apostolicae pro coronis, etc.

6. Benedicendi coronas precatorias, cruces, parvas statuas et sacra numismata iisque applicandi Indulgentias quae continentur in elencho a S. C. de Propaganda Fide typis edito.

Contiones, confessiones.

7. Contionandi atque sacras fidelium confessiones in navibus excipiendi, dummodo sacerdotes a proprio Ordinario ad confessiones sint approbati; et quod ad confessionem mulierum, dummodo opportuna adhibeatur craticula.

Usus facultatum in portu.

8. Utendi omnibus praedictis facultatibus non tantum per mare ac durante itinere, sed etiam dum naves in portu vel in sicco assunt prout aliquando contingit.

II. — *Pro cappellanis, viatoribus ac vectoribus nec non ceteris omnibus navium servitio addictis vel inibi quomodocumque astantibus.*

Dispensatio a ieiunio et abstinentia.

1. Vescendi carnibus, ovis ac lacticiniis singulis anni diebus etiam ieiunio consecratis, facta quoque exemptione a lege ieiunii, et adiecta facultate permiscendi carnes cum piscibus.

Indulg. plen. in art. mortis.

2. Lucrandi indulgentiam Plenariam Benedictioni Apostolicae annexam in articulo mortis, etiam si naufragio vel alia quavis causa sacerdos absens fuerit; dummodo vere paenitentes et contriti, ore si potuerint, sin minus corde SS. Nomen Iesu invocaverint.

Communio paschalis.

3. Adimplendi in navi praeceptum Communionis Paschalis, si diebus Paschalibus iter agere iis contigerit; et pro vectoribus aliisque navium servitio addictis, etiam si naves praedicto tempore firmae in statione steterint.

Electio confessarii.

4. Peragendi Sacramentalem Confessionem apud quemcumque Sacerdotem saecularem vel Regularem, dummodo a proprio Ordinario ad confessiones sit approbatus.

Missa ex praecepto audienda.

5. Satisfaciendi praecepto in diebus festis pro iis omnibus qui in navi Missam audiunt, quamvis non in Cappella fixa, sed in altare portatili Sacrum celebretur. Et Deus, etc.

Ex Audientia SSmi, die xx martii anno MCMVI.

Gratiae.

Gratia specialis de lege vetante

Beatissimus Pater benigne excipiens preces quae supra scriptae sunt, a clarissimo Marchione de Comillas oblatas, omnes ac singulas gratias quae iisdem precibus implorantur, concedere dignatus est *ad decennium*, ea non excepta quae est de permiscendis, in comestionibus quadragesimalis temporis, carnibus cum piscibus:

qua tamen posteriore gratia uti non licebit sextis feriis quadragesimae aliisque diebus, quibus abstinere ab eadem permixtione iubetur exercitus Hispaniae. *usum simultaneum carn. et pisc.*

Datum a Secretaria Status, die, mense et anno supradictis. *Dies (20 mart. 1906).*

R. Card. MERRY DEL VAL.

---

178. — S. C. CONCILII

IUDICIUM IN CAUSA CONTENTIOSA

Summatim relatum

Causa.

Acheruntina et Ordinis Minorum S. Francisci. *Paroecialis* (Tertia Instantia.)

Species facti. De causa illa iam egimus supra, n. **157**, p. 167. Sed cum, obtento novae audientiae beneficio, Fratres Minores tandem vicerint causam, haec breviter retractanda videtur.

Atque in ipsa causae expositione omissa fuit litis occasio, quae nata est cum, a° 1903, post mortem parochi saecularis, oppidani timentes ne curae committerentur sacerdotis indigenae qui plura iam dederat scandala, prius ab Archiepiscopo, dein a S. Congr. Concilii restitutionem religiosorum postularunt, tanta vi ut violenter etiam repellerent praedictum sacerdotem, quando ut oeconomum curatum ad vacantem parochiam se contulit.

Porro defensor Archiepiscopi hoc fere modo suam adornavit argumentationem. Nullo pacto pro regulari habenda est paroecia Bantina : non ante 1816, cum tunc ne erecta quidem esset in paroeciam; non ab anno 1816 : tunc enim, ob assignatam a rege Neapolitano dotem, regio patronatui est subiecta et indictus concursus pro collatione. Iam vero regulares paroeciae non conferuntur per concursum nec ius patronatus admittunt. Nec praescriptione regularis fieri potuit; Regulares enim semper nomine alieno et titulo conducticio vel precario paroeciam rexerunt.

Religiosi vero contendebant se veram iurisdictionem obtinuisse a Vicario Emi Cardinalis Commendatarii, ab a° 1667-1730, quo exemptio Abbatiae est sublata; fuisse dein (1730-1790) vere institutos parochos per diploma episcopale usque ad usurpationem Napoleonicam. Restituto regno Neapolitano, ab a° 1817-1861 iura parochialia in Bantinos pacifice exercuerunt. Quod si tolerarunt ut ecclesia in formam saecularem redigeretur et indiceretur concursus, causa fuit ipsa religiosorum suppressio, quae ipsos impediebat ne, cum animarum detrimento, solam excluderent provisionem cuius tunc habebatur copia.

Hinc paroeciam uti regularem esse habendam :

Quia cura animarum ante erectum parochiale beneficium, coniuncta fuerit ipsi monasterii mensae. Quin immo, ante institutos Abbates Commendatarios, ecclesiam fuisse regularem Benedictinorum, nec potuisse, instituta commenda, naturam mutasse;

Quia paroecia quae in ecclesia regulari fundetur praesumatur esse regularis;

Quia accesserit pacifica possessio 44 annorum;

Nec praescriptionem contrariam currere potuisse adversus Regulares quos temporum nequitia actione prohiberet.

Dies (16 nov. 1906). Quae cum audivissent E^mi Patres, die 16 novembris 1906, proposito dubio :

Dubium. *An sit standum primo vel secundo loco decisis in casu.*

Responderunt?

Resolutio. *Paroeciam habendam esse uti regularem, facto verbo cum Sanctissimo.*

Annotationes. 1. Ex ipsa disceptatione duo potissimum documenta nobis hauriri posse videntur :

Confirmatur doctrina Gagliardi *(De benef.* t. 2, p. 113) ex qua regularis ecclesiae qualitas non mutatur eo quod fuerit Praelato saeculari commendata ;

Quae, in civili rerum perturbatione, Ordinarius loci de ecclesia regulari statuerit, Regularium iuribus nullum afferre possunt praeiudicium, quamdiu ipsi agere sunt prohibiti.

2. Verba *facto verbo cum SS^mo* saepe adduntur ad removendum omne dubium de causae merito vel competentia S. Congregationis.

Hac in causa, si fides sit redactori ephemeridum Acta S. Sedis (t. 39, 1906, p. 599 nota) clausula ista huc spectat ut, omni summota spe novae audientiae, diuturniori liti finis tandem aliquando imponatur. Hinc in rescripto ad Fratres Minores haec habentur : « *Facta autem de praemissis per infrascriptum Secretarium praefatae Sacrae Congregationis relatione SS^mo D^no Nostro in audientia diei 16 eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua resolutionem S. Congregationis benigne approbare et confirmare dignata est, et instantiam Advocati pro nova causae discussione reiecit.*

Vincentius Card. Episc. Praenest. *Praefectus.*
C. De Lai, Secretarius.

---

179. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

IUDICIA IN CAUSIS CONTENTIOSIS

Summatim relata

Causa. I. **Foroiulien.** [1] *Donationis.*

Species facti. Anno 1840, vir quidam nomine B. Aurran, domum municipio oppidi Lorgues ea lege dono dedit, ut ibi constituerentur scholae publicae, atque etiam privata schola ad magistros quos vocant *primaires*, *primarios*, instituendos. Hos sive religiosos sive laicos eligere poterat fundator, qui voluit ut ibi constitueretur Noviciatus Fratrum a S. Gabriele, qui erudiendae iuventuti dant operam. Tres fratres ex hoc Instituto erant in magistros municipales cooptandi, singulisque solvendum erat annuum stipendium 400 fr.

Litteris 3 sept. 1854, B. Aurran mentem suam ita exponit syndico oppidi Lorgues. « Domum municipio dedi ut ibi scholae publicae constituerentur, et ut ipse possem sumptibus propriis noviciatum erigere. »

Anno deinde 1863 summam pecuniae fratribus a S. Gabriele dono dedit his legibus : 1. Ut fructus capitalis noviciatui Lorgues addicerentur; 2. Ut per 50 annos fratres non possiderent nisi

---

[1] Fréjus.

civiles istos fructus : 3. Ut, his annis transactis, summa in manus daretur Superiori Generali Instituti ; 4. Ut Superiori locali Lorgues fructus traderentur ; 5. Ut pecunia collocaretur in « titulis » ferroviariis (Paris-Lyon-Méditerranée) ; 6. Ut si quando, etiam inviti ac necessitate compulsi, Fratres domum in Lorgues desererent, reipsa fructus non perciperent. Hos tamen iterum perceptum iri, ex quo Fratres oppidum repetiissent.

Quanta fuerit summa ista ignoratur. Sed ante finem 50 annorum Fratres Societatis Mariae quibus fundator nomen dederat et pecuniam commiserat, tradiderunt Superiori generali 30000 fr. quorum 20000 collocati sunt in quadam ipsius Instituti societate civili, 10000 autem ad usum dati Praepositi Provincialis Provinciae *(Provence)*.

Anno porro 1893, noviciatus in vicinam dioecesim est translatus, in eiusque locum substitutum Institutum convictorum *(Pensionnat)*, sine tamen, ut affirmat Superior Generalis, formali pactione cum heredibus fundatoris.

Post latas iniquas leges quibus pulsi sunt religiosi, societas quaedam piorum virorum ut christianae puerorum institutioni consuleret, erexit in Lorgues privatas scholas, ubi etiam quidam saecularizatus ex Instituto S. Gabrielis litteras docet.

Age porro, Societas ista catholicorum, cui nomen a S. Aloysio Gonzaga, a Superiore Generali Instituti Fratrum a S. Gabriele vel summam petiit 30000 fr. vel saltem reditus, utpote qui ipsi, tamquam in Fratrum locum substitutae, sint debiti. Hos dare cum neget Superior, contendens pecuniam istam (quae magnam partem periit) ad Fratres pertinere, causa est ad S. Congregationem delata.

Dies (7 dec. 1906).

E^mi Patres, die 7 decembris 1906, proposito dubio :

Dubium.

Se e come debba disporsi della donazione fatta dal Signor Aurran nel caso [1].

Resolutio.

Responderunt :

Summam de qua agitur spectare ad substitutum S. Gabrielis.

Annotationes.

Rationes cur ita responsum sit hae afferri posse videntur :

a) Fundator scholas voluit potiore intentione quam religiosos. Prius enim cogitavit de scholis aperiendis, atque Instituto S. Gabrielis adeo favit quia erudiendae iuventuti est deditum.

b) Expressa lege cautum erat ut quamcumque ob causam Fratres locum desererent pecuniae reditus amitterent.

c) Ipsi Fratres cum Noviciatum in alium locum transferrent, saltem decere arbitrati sunt ut pro Noviciatu oppidum Lorgues obtineret convictorum collegium.

d) Denique tanta est vis dispersionis, ut ne vicinam quidem dioecesim incolere potuerint Novicii, sed in Helvetia sedem ponere sint coacti.

II. **Lucionen.** Legati.

Causa.

Species facti. Institutum Fratrum a S. Gabriele, cuius sedes principalis est in Lucionensi dioecesi, opus procurat pium surdomutorum et caecorum in Burdigalensi civitate. Huic operae anno 1898 praeficiebatur Frater quidam Iacobus. Pia quaedam femina, octogenaria, nomine Maria Anna Maigné, donis, non ita magnis

[1] An et quomodo disponendum sit de donatione facta a D. Auran, in casu.

tamen, opus istud a multis annis promoverat, feceratque cum Instituto S. Gabrielis pactionem de pensione vitalicia 80 libellarum, data pecunia 1600 fr.

Beneficia ista occasio fuere Fratri Iacobo curandi temporales rationes piae vetulae, quam etiam in domo ad pium opus pertinente hospitavit.

Dum in hoc versabatur hospitio, religiosum istum scripsit legatarium universalem, testamento authentico ubi nomine suo saeculari est designatus.

Mortua testatrice, Frater Iacobus contendit hereditatem ad suum personale patrimonium pertinere. Quod negat perfracte Superior generalis, qamvis, *pro bono pacis,* ipsi liberam per aliquod tempus concesserit dispositionem fructuum.

Hinc adductus est Superior ut Fratrem Iacobum loco moveret. Is autem, recusato novo officio, petiit dispensationem votorum perpetuorum, quam S. Congregatio Episcopo Lucionensi indulsit concedendam, si modo Superior Generalis rei assentiretur. Qui assensum negat donec restitutum sit patrimonium legato acceptum.

Quaestio itaque de dominio huiusmodi legati proponitur solvenda, id est, utrum sit *religiosi personale bonum*, an *operis pii Burdigalensis*, an *Instituti S. Gabrielis.*

Dies (7 dec. 1906). Itaque E^mi^ Patres, die 7 decembris 1906, propositis dubiis :

Dubia. I. *Se il legato Maigné appartenga personalmente al fratello Giacomo, nel caso* [1] ;

Et quatenus negative

II. *Se il detto legato Maigné appartenga all' Instituto dei Sordo-Muti di Bordeaux, ovvero alla Congregazione dei Fratelli di S. Gabriele nel caso* [2].

Resolutio. Responderunt : Ad 1 et 2, Ad mentem.

Annotatio. In voto suo consultor, innixus potissimum art. 43 Constitutionum, quo largitiones ac dona Fratribus oblata titulo *eleemosynae, grati animi*, vel *amicitiae*, sicut fructus laboris et industriae, iure spectare dicuntur ad Institutum, negavit hereditatem in bonis personalibus esse posse Fratris Gabrielis ; suspicatus autem fidei commissum in gratiam pii operis Burdigalensis, proposuit ut responderetur *ad mentem*, ac fructus istius patrimonii pio operi Burdigalensi addicerentur quamdiu a Fratribus a S. Gabriele dirigeretur ; quo deficiente opere alii simili prodesse deberent.

Causa. III. **Adrien,** [3] *Exemptionis.*

Species facti. Pacto convento diei 27 aug. 1578, municipium pagi cui nomen Lendinara, quam ex fidelium eleemosynis erexerat ecclesiam in honorem B. M. V. una cum coniuncto conventu plene possidendam tradidit Congregationi Olivetanae Ordinis S. Benedicti, certis legibus, quae cultus decorem et sacri aedificii complementum respiciebant.

Ad annum usque 1771, religiosi ecclesiam et conventum pacifice possederunt, sedulamque in sacris procurandis exhibuerunt curam, cum a republica Venetiana aedibus suis sunt pulsi.

---

[1] Num legatum Maigné spectet, in casu, ad Fratrem Iacobum « personaliter ».

[2] Utrum dictum legatum Maigné in dominio sit Burdigalensis Instituti, an Congregationis Fratrum a S. Gabriele in casu.

[3] Adria.

Postquam regulares sunt profecti, coepit rector ecclesiae parochialis sollemnes quasdam functiones statutis diebus peragere in templo isto cuius possessionem a republica Venetiana recuperaverat municipium, ea lege ut a sacerdotibus saecularibus, reipublicae subditis, administraretur, cavendo ne iura parochialia detrimentum acciperent. Quare etiam definitum est, sanctuarium istud esse « succursale » ecclesiae parochialis matricis S. Sophiae.

Iuges tamen discordiae et labilis sanctuarii status municipium recens moverunt, annuente Episcopo, ut sacram aedem Patribus Olivetanis rursus concrederet.

Cum autem iura quaedam in templum istud parochus vindicaret propriae suae ecclesiae, et frustra tentata esset amica compositio, Olivetani Patres plenam contenderunt sibi competere independentiam ab ecclesia parochiali, causaque est S. Congregationi delata.

Quare, die 7 dec. 1906, proposito dubio : *Dies (7 dec. 1906).*

Quale debba esse la posizione giuridica dei Padri Olivetani del Santuario del Pilastrello in Lendinara, di fronte alla Chiesa Arcipretale di S. Sofia nel caso [1]. **Dubium.**

Responderunt : **Sententia.**

Eandem esse atque erat ante annum 1771. *Annotationes.*

1. Quod sapientissime esse responsum constabit consideranti ecclesiam istam B. M. V. pleno iure fuisse Patrum Olivetanorum, qui iniquae tantum vi cedentes eam desuererunt. Intacta ergo servarunt iura ; nec quae de ecclesia deinde statuerunt Episcopi, cum eam v. g. succursalem fecerunt ecclesiae archipresbyteralis, de iuribus istis quidpiam detrahere potuerunt. Nulla quoque, quamvis centum triginta quattuor anni sint elapsi, iisdem opponi poterat praescriptio : quippe qui ad tutanda iura sua agere sunt prohibiti.

2. In voto autem Revmi Consultoris, sententiam legimus quae iuribus regularium magis contraria est quam opinio eorum qui in adversariis numerantur exemptionis regularium.

Etiam professor ille Verhoeven, cuius opus [2] erudite confutavit PP. V. De Buck et Tinnebrouck [3], agnoscebat regularibus ius postliminii quo certe aedes recuperare poterant unde iniqua vi essent pulsi, dum Revmus Consultor, omni posthabita casuum distinctione, affirmat easdem sollemnitates [4] esse servandas ad recuperanda domicilia quae ad ea primum constituenda erant necessariae. Scilicet, quod S. Congregatio dixit de regularibus qui Conventus ultro *dereliquerant*, ipse ad casum prorsus diversum traducit regularium qui, *iniusta vi pulsi*, nullum ius amittere potuerunt. Nisi forsan dicas, regulares in hac misera versari condicione, ut Ecclesia ipsos iure suo privet eo quod persecutor violenter ipsos oppresserit !

De argumento isto cfr. *De Religiosis*, t. 1, n. **122**, vel elegantem disputationem Monitore ecclesiastico, t. 17 (1905) p. 180 sq.

---

[1] Quaenam debeat esse iuridica condicio PP. Olivetanorum Sanctuarii « Pilastrello » in loco Lendinara, respectu ecclesiae archipresbyteralis S. Sophiae in casu.

[2] *De regularium et saecularium clericorum iuribus et officiis*, p. 86 sqq.

[3] *Examen historicum in librum cui titulus*, etc.

[4] Id est : assensus episcopi et, in Italia saltem, beneplacitum apostolicum.

BIBLIOGRAPHIA [1]

Aug. Lehmkuhl, S. I. *Casus conscientiae* ad usum confessariorum compositi et soluti. 2 vol. in-8, XII-572 et 592 p. editio 3, Friburgi-Brisgoviae, Herder, 1907.

Volumen I. Casus de theologiae moralis principiis et de praeceptis atque officiis christianis speciatim sumptis.

1. De principiis theologiae moralis seu de actibus humanis eorumque regula.

2. De virtutibus et officiis vitae christianae eorumque laesione.

Volumen II. Casus de sacramentis.

Lucien Choupin, S. J. *Valeur des décisions doctrinales et disciplinaires du Saint-Siège* : Syllabus, Index, Saint-Office, Galilée, un vol. in-8° de VII-388 pages, Paris, Beauchesne, 1907.

Ie Partie : Notion de l'infaillibilité : sa nature, son objet.

IIe Partie : Autorité des documents de St-Siège : autorité des décisions infaillibles, des autres décisions, des décisions doctrinales du Saint-Office, des décrets disciplinaires.

IIIe Partie : Autorité du Syllabus : son histoire, sa valeur juridique, sa valeur dogmatique

IVe Partie : Décrets au sujet de Galilée : Procès de Galilée, résumé historique ; procès de 1633

Ve Partie : Commentaire du Syllabus.

Jos. Biederlack, S. J. *Die soziale Frage*. Ein Beitrag zur Orientierung über ihr Wesen und ihre Lösung. 1 vol. in 8, 304 p. Editio 7. Oeniponte (Innsbruck), Rauch, 1907.

Erster, allgemeiner teil. Erstes Kapitel. Begriff und Ursprung der heutigen Sozialen Frage. — Zweites Kapitel. Die Freiwirthschaftstheorie oder der ökonomische Liberalismus. — Drittes Kapitel. Der Sozialismus. — Viertes Kapitel. Christliche Gesellschafts-und Wirtschaftslehre.

Zweiter, Besonderer teil. Erstes Kapitel. Die Agrarfrage. — Zweites Kapitel. Die Arbeiterfrage. — Drittes Kapitel. Die Handwerkerfrage. — Viertes Kapitel. Die Uebelstände in Handelsgewerbe.

Anhang. Die Frauenfrage.

---

[1] Tous les ouvrages cités dans la Bibliographie sont en vente chez M. Beyaert, Libraire, Bruges.

180. — S. RITUUM CONGREG. (2 mart 1906)

INDULTUM MISSAE DE REQUIEM INTER MISSIONES

Congregationis Missionis

Orator **Petit** *ut in Missionibus missam pro defunctis canere permittantur.*

Augustinus Veneziani, Procurator generalis congregationis Missionis, ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime implorat, ut quotiens a Presbyteris eiusdem congregationis de Ordinariorum consensu Sacrae Missiones in quibuslibet Ecclesiis peraguntur, cantari inibi valeat unica Missa de requie pro animabus defunctorum, postrema die earundem Missionum, vel alia die deligenda, etiam occurrente Officio duplici.

Et Deus, etc.

Indultum *decennale.*

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa X tributis, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces ad proximum decennium : dummodo non occurrat duplex primae vel secundae classis, festum de praecepto servandum, Feria, Vigilia vel octava quae sint ex privilegiatis : servatis Rubricis, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 martii 1906.

Dies (2 mart. 1906).

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

181. — S. C. NEGOTIIS ECCL. EXTR. PRAEPOS.

RESCRIPTUM, EX AUDIENTIA SS^mi, 6 MART. 1906

Benedictiones quasdam indulgens Missionariis Filiis Imm. Cordis B. M. V.

Orator **Petit,** *pro suis missionariis ultra mare, novam facultatem benedicendi*

coronas, etc.

crucifixos cum indulg. viae crucis, sacra paramenta.

Hieronymus Battlo, procurator generalis Missionariorum Filiorum Imm. Cordis B. M. V., ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humillime postulat prorogationem facultatum benigne concessarum per rescriptum S. Congregationis super Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis die 12 martii anno 1901 ad quinquennium, Missionariis praefatae Congregationis ultramarinas regiones evangelizantibus, scilicet :

1° Benedicendi coronas precatorias, parvas statuas et sacra numismata, cum indulgentiis annexis;

2° Benedicendi crucifixos cum applicatione indulgentiarum Viae Crucis;

3° Benedicendi sacra paramenta et alia utensilia ad Missae Sacrificium necessaria, ubi non interveniat sacra unctio.

Ex Audientia SS^mi die 6 martii 1906.

Conceditur *ad quinquennium.*

SS^mus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. X. referente infrascripto S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, benigne annuit pro gratia iuxta

preces ad aliud quinquennium in forma et terminis praecedentis concessionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (6 mart. 1906). Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. C. die, mense et anno ut supra.

PETRUS, *Archiep. Caesarien. Secretarius.*

---

182. — S. R. ET U. INQU. (S. OFFICII)

DECRETUM 25-26 APRIL. 1906

Ratio ministrandae Extremae-Unctionis in casu verae necessitatis

Dies sententiae. Feria IV, 25 aprilis 1906

Decreti occasio. Cum huic Supremae Sacrae Congregationi quaesitum fuerit ut unica determinaretur formula brevis in administratione Sacramenti Extremae Unctionis *in casu mortis imminentis*, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Generales Inquisitores, maturrime re expensa, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, decreverunt :

Quae forma sufficiat. *In casu verae necessitatis sufficere formam :* PER ISTAM SANCTAM UNCTIONEM INDULGEAT TIBI DOMINUS QUIDQUID DELIQUISTI. AMEN.

Approbatio SSmi (26 april. 1906). Sequenti vero Feria V, die 26 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Pio Div. Prov. Pp. X R. P. D. Assessori impertita, Sanctissimus D. N. decretum EE. et RR. Patrum approbavit.

Petrus Palombelli, S. R. et U. Inquis. Notarius.

ANNOTATIONES

Mox exscripti decreti istud est momentum, ut securam tradat formam in casu necessitatis adhibendam. De qua observabis, omnem omitti sensuum mentionem, quam quidam putabant esse essentialem sub hac saltem generali ratione : « quicquid per sensus deliquisti ».

2. Quia etiam in necessitate nulla pars essentialis excidere potest, simul colligimus quid, ex S. Officii mente, pro essentiali forma sit habendum. Quamquam satis constat etiam in brevi quae nobis proponitur forma voces *Sanctum* et *Amen* ad essentiam non pertinere. Nec servata videntur nisi quia sine ulla temporis iactura vel moribundi damno adhiberi possunt.

3. Dum verba ista dicit, sacerdos *frontem*, ut communem sensuum sedem unget.

Quod si, peracta summaria ista unctione, tempus superfuerit, consuetae singulorum sensuum unctiones sub longiore forma peragere non negleget. Sed nullatenus iam videtur urgendus modus quem probati scriptores commendabant. ut, pronuntiatis, ungendo frontem, verbis *quicquid deliquisti per sensus*, singuli sensus nominarentur *(visum, auditum, adoratum, gustum* et *locutionem, tactum)* simulque ungerentur.

4. Quia in summaria ista unctione, nec distincte expressi sunt sensus nec ullus ex consuetis sensibus est unctus, si copia deinde fuerit adhibendi consuetum ritum, is non videtur iam *condicionate* sed *absolute* ministrandus. Per eum enim extrema-unctio perficitur integra, potius quam iteratur. Nonne etiam in administratione ordinaria verisimile omnino est, post primam iam unius sensus unctionem gratiam sacramenti esse collatam? Reliquae autem meliorem faciunt subiecti *dispositionem* ad gratiam sacramenti abundantius participandam. Cfr. LEHMKUHL, t. 2, n. 572.

---

183. — S. RITUUM CONGR. (8 aug. 1906)

RESPONSA DE CANTU GRADUALIS, OFFERTORII, COMMUNIONIS ET « DEO GRATIAS »

Neapolitana

Orator. R^mus Abbas Sanctae Mariae Maioris, Neapolis, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime exposuit, nimirum:

Dubia

De cantu Gradualis, etc. I. Cum organum quod in ecclesia permittitur, iuxta praescriptum in Motu Proprio Pii Papae X ita cantum comitari debeat ut illum sustineat, non opprimat, et fideles recte valeant verba intellegere; in Missa sollemni, *Graduale*, *Offertorium* et *Communio*, quae partes miram saepe continent analogiam ad festum quod agitur, possuntne, dum pulsantur organa, submissa voce seu tono unico sub organo recitari? Et quatenus affirmative, estne laudabilius ut illae, organo cessante vel comitante, notis gregorianis cantentur?

De cantu « Deo Gratias ». II. Item *Deo gratias* in fine Missae potestne sub organo vel debet notis gregorianis, ut in *Missa est*, cantari?

Responsa

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, respondendum censuit:

Ad I. Ad I. Quod ad primam partem, quando organo pulsantur, si praedicta nempe *Graduale*, *Offertorium* et *Communio* non cantentur, recitanda sunt voce alta et intellegibili, iuxta mentem Caeremonialis Episcoporum lib. 1, cap. XXVIII, n. 7, et decretorum n. 2994 *Montis Politiani* 10 ianuarii 1852 ad II, et n. 3108 *S. Marci* 7 septembris 1861 ad XIV et XV.

Quod ad secundam partem *affirmative*, adhibitis libris authenticis cantus gregoriani.

Ad II. Ad II. Provisum in I.

Dies (8 aug. 1906). Atque ita rescripsit, die 8 augusti 1906.

P. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

184. — S. C. PROPAGANDAE FIDEI

SENTENTIA, IUBENTE S. PONTIFICE, PROMULGATA, 10 AUG. 1906

Vicariatus Zanguebariae Meridionalis deinceps Daressalamensis vocabitur

Oblatae **preces** *de mutando nomine, S. C. sententia admittuntur.*

Pontifex conforme iubet edi decretum.

In Generalibus Comitiis huius S. Congregationis de Propaganda Fide habitis die 23 superioris iulii, Emi Patres precibus annuendum esse censuerunt R. P. D. Thomae Steiter, Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Odiliae ac Vicarii Apostolici Zanguebariae Meridionalis in Africa Orientali Germanica; ut nempe titulus praedicti Vicariatus mutaretur et a civitate residentiae Vicarii Daressalamensis Vicariatus Apostolicus nuncuparetur. Quam sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario SS. D. N. Pio div. prov. PP. X, in audientia diei 7 vertentis mensis relatam, Sanctitas Sua ratam habere et approbare dignata est, ac praesens ea super re Decretum expediri mandavit.

Dies (10 aug. 1906).

Datum Romae ex aedibus S. huius Congregationis, die 10 augusti 1906.

Fr. H. M. Card. Gotti, *Praef.*
Aloisius Veccia, Secret.

---

185 — S. C. PROPAGANDAE FIDEI

SENTENTIA, IUBENTE S. PONTIFICE, PROMULGATA, 10 SEPT. 1906

Fines declarans quibus vicariatus apostolicus Abyssiniae circumscribitur

Origo controversiae ex incertis finibus duorum vicariatuum qui duobus Institutis sunt commissi.

De animarum salute Apostolica Sedes sollicita, in Abyssinorum et Gallarum spirituale bonum variis temporibus plura constituit; ac in primis, quo facilius ad ovile Christi reverterentur, duobus religiosis Ordinibus de Ecclesia optime meritis, eorum evangelizationis mandatum ac regimen commisit.

Etenim Apostolicis litteris in forma Brevis, die 4 maii anni 1846, quarum initium *Pastoralis muneris,* Vicariatus Apostolicus Gallarum erectus est atque evangelicis curis Fratrum Capulatorum concreditus; insequenti vero anno Summus Pontifex Pius PP. IX f. r. supplicationibus S. Congregationis de Propaganda Fide adhaerens, voluit ut Iustino de Iacobis, e religiosis S. Vincentii a Paulo, titulo et gradu Vicarii Apostolici universa committeretur Abyssiniae regio, quam veluti missionariis praefectus iam obtinebat.

Cum autem tunc temporis certi fines utriusque Vicariatus haud statuti fuissent, accidit ut postremis hisce annis quaestio de ipsis limitibus orta sit, contendentibus tum Lazaristis tum Fratribus Capulatis, civitatem vulgo dictam *Addis-Abeba* ad suum territorium pertinere.

Prius vota expressa de amicabili compositione.

Quibus ad S. Congr. de Propaganda Fide delatis, Emis Patribus in Generalibus Comitiis habitis primum die 6 maii anni 1901, postea die 15 iulii eiusdem anni, visum est quaestionem non statim dirimendam, sed rescribendum potius esse praefatis missionariis, « in votis esse Congregationis, ut quaestio de bono et aequo inter eos componeretur, et facta compositio Sanctae Sedis approbationi subiceretur ».

Quae frustra tentata.

Verum cum haec Emorum Patrum vota in irritum cessissent, fierique non potuissit ut praedicti Vicarii Apostolici in unam cederent sententiam, huic S. Congregationi finem quaestioni imponere placuit.

Hinc **sententia,** *in generali conventu 12 mart. 1906.*

Quare in generali conventu die 22 martii 1906, rationibus hinc et inde allatis, ac rerum adiunctis mature perpensis, eadem S. Congregatio, periculo præsertim permota ne forte discessu Patrum Capulatorum e civitate Addis-Abeba catholica religio iis in regionibus aliquid detrimenti caperet, decrevit fines utriusque Vicariatus sic esse regendos, ut eadem urbs Vicariatui Apostolico pro populo Galla, ipsis Fratribus Capulatis concredito, tribueretur.

Itaque huius Congregationis sententia, Vicariatus Apostolicus Abyssiniae ad occasum, aquilonem et orientem iis limitibus continetur, qui eum separant a Vicariatu Apostolico Africae Centralis (decretis latis die 15 ianuarii et die 13 septembris anni 1894) et a Praefectura Apostolica Erytraeae (decreto diei 13 septembris anni 1894) usque ad occursum fluminis Awache, quod deinde orientales fines Vicariatus Abyssiniae constituit usque ad locum in quo in illud influit fluvius Kassam. Tandem ad meridiem idem Vicariatus circumscribitur a linea recta, quae procedens a confluente fluminum Awache et Kassam pergit ad confluentem amnis Sodoballe et fluminis Mougher a cursu huius fluminis usque ad occursum finium occidentalium.

Pontificia approbatio, 13 mart. 1906.

Quam Emorum Patrum sententiam SSmus Dominus Noster Pius divina providentia Papa X, in audientia ab infrascripto Secretario eiusdem S. Congregationis pro negotiis Ritus Orientalis habita die 13 martii 1906, in omnibus approbavit ac confirmavit, praesensque Decretum edi iussit.

Dies (10 sept. 1906).

Datum Romae ex Aedibus eiusdem S. Congregationis, die 10 septembris anno 1906.

Fr. H. M. Card. Gotti, *Praef.*
Aloisius Veccia, Secret.

Annotatio

Quia mentio fit Secretarii S. Congregationis pro negotiis Ritus Orientalis, meminisse iuvabit S. Congregationem Propagandae Fidei binis constare Congregationibus, sub uno Generali Praefecto constitutis, quarum altera negotiis Ritus Orientalis deputatur. Utriusque Congregationis secretarii S. Pontificem adeunt ad ordinanda negotia. Res praesens peracta est in Audientia Secretarii Congr. Ritus Orientalis.

186. — S. CONGR. INDULG. ET SS. RELIQ.

DECRETUM EX AUDIENTIA SS^mi 22 AUG. 1906 ET 12 SEPT. 1906

Indulgentiae et gratiae Fratribus Minoribus et festo VII Gaudiorum concessae

A. *Indulgentiae et Gratiae Ordini S. Francisci concessae decreto 22 aug.*

Orator. Frater Bonaventura Marrani, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, se ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime provolvit, et nomine etiam R^mi Patris Generalis ac Definitorum, enixe petit sequentes in perpetuum valituras indulgentias et gratias, in novo Summario indulgentiarum et Indultorum, propediem approbationi Sedis Apostolicae exhibendo, inserendas, nempe:

Petitionis *occasio et finis.*

Indulg. plenar.

A. *Indulgentiam Plenariam:*

1. Iubilatis. 1. Religiosis et Monialibus, etiam Tertii Ordinis Regularis, qui annum quinquagesimum suae Religionis, confessi ac sacra communione refecti, celebraverint;

2. Primo sabbato uniuscuiusque mensis. 2. Iisdem Religiosis et Monialibus, primo ex uniuscuiusque mensis sabbatis non impedito, in quo celebratur Missa votiva de Immaculata Conceptione vel Missa occurrentis Vigiliae, seu Festi, aut Octava eiusdem Beatae Virginis, iusta Rubricas, dummodo dictum Sacrum devote celebraverint vel audierint et consueta opera peregerint;

3. Visitantibus eccles. Ordinis. 3. Omnibus fidelibus qui ecclesias trium Ordinum Sancti Patris Francisci visitaverint in festis: *a*) Sanctissimi Nominis Iesu; *b*) Sanctissimi Corporis Christi; *c*) Sancti Benvenuti Auximani Episcopi et Confessoris Ordinis, sub solitis condicionibus;

4. Spiritualia exercitia frequentantibus. 4. Omnibus fidelibus qui per tres saltem dies continuos exercitiis spiritualibus per Religiosos eiusdem Ordinis datis interfuerint, et confessi ac sacra synaxi refecti ad mentem Sanctitatis Vestrae oraverint.

Indulg. partial.

B. *Indulgentiam Partialem:*

Omnibus fidelibus qui corde saltem contrito ac devote ecclesias Trium Ordinum visitaverint:

1. Decem annorum. 1. *Decem annorum*, in Festis Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS^mae Trinitatis, Corporis Christi, SS^mi Cordis Iesu; necnon Immaculatae Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis et Nativitatis Beatae Mariae Virginis; item: Sancti Ioannis Baptistae, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Patris Francisci, Sanctae Matris Clarae, et Omnium Sanctorum, tam totius Ecclesiae quam Ordinis Fratrum Minorum; in Festis Titularium principalium cuiusque ecclesiae Franciscanae et in Anniversario consecrationis eiusdem ecclesiae; ac demum tempore expositionis SS^mi Sacramenti ad instar Quadraginta Horarum;

2. *Septem annorum* in aliis festis Domini ac Deiparae, et in festis cuiusque Sancti vel Sanctae Ordinis Minorum ; *2. Septem annorum.*

3. *Trium annorum* singulis Dominicis par annum, aliisque festivis diebus in quibus soleat applicari Missa pro populo ; *3. Trium annorum.*

4. *Trecentorum dierum* reliquis per annum diebus. *4. Trecentorum dierum.*

C. *Indulta seu Gratias :* Indulta.

1. Ut indulgentia plenaria, Absolutioni Generali certis per annum diebus impertiendae Religiosis ac Monialibus eiusdem Ordinis annexa, non solum pro vivis, ut auctores tenent, sed etiam pro defunctis applicari possit ; *1. Indulgentia Absolutionis valeat pro defunctis.*

2. Ut Fratres Minores qui Missiones ad populum habuerint, possint in earundem fine, servatis servandis, Crucem erigere eique annectere indulgentiam plenariam pro die erectionis, anniversario eiusdem erectionis, et in Festis Inventionis et Exaltationis Sanctae Crucis, lucrandam a fidelibus qui confessi et sacra synaxi refecti coram ea ad mentem Sanctitatis Vestrae oraverint, necnon partialem trecentorum dierum pro iis qui coram ea corde saltem contrito ac devote quinquies *Pater* et *Ave* cum *Gloria Patri* recitaverint ; *2. Erectio crucis in missionibus.*

3. Ut Praedicatores eiusdem Ordinis possint in fine Contionum Adventus et Quadragesimae sollemniter habendarum, impertiri populo, servatis servandis, benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria, lucranda a Christifidelibus qui confessi ac sacra communione refecti eandem benedictionem acceperint, et ad mentem Sanctitatis Vestrae oraverint, dummodo quinque saltem contiones praefatis temporibus a Praedicatoribus Ordinis habitas audierint ; *3. Benedictio Apca in fine Contionum.*

4. Ut Religiosi eiusdem Ordinis Contionatores, qui facultatem habuerint quattuor sacra Scapularia sub una formula benedicendi eaque imponendi, benedictionem e suggestu peragere valeant adhibita formula in numero plurali, praetermissaque impositione Scapularium (quae sibi quisque fidelium imponet) necnon nominum inscriptione atque eorum ad respectivas Confraternitates transmissione. *4. Benedictio et Impositio Scapularium.*

Et Deus, etc.

SS^mus^ Dominus Noster Pius PP. X, in audientia habita die 22 Augusti 1906 ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit in omnibus pro gratia iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. **Gratia.**

Datum Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die 22 augusti 1906. *Dies (22 aug. 1906).*

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

B. *Indulgentia plenaria in festo VII Gaudiorum ex decreto 12 sept.*

Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum se ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime provolvit, haec exponens : *Orator.*

Memorata gratia.

Per Apostolicas Litteras in forma Brevis sub die 15 septembris 1905 editas [1], in favorem Coronae Septem Gaudiorum Beatae Mariae virginis concessam novimus « Indulgentiam plenariam iis qui confessione expiati et sacra communione refecti, eandem Coronam recitarent in Festis cuiuscumque e septem Gaudiis, atque in Festis principalioribus Beatae Mariae Virginis, vel per Octavam utraque Festa subsequentem ». Cum vero per Decretum Sacrae Rituum Congregationis datum die 14 martii 1906 [2], Festum Septem Gaudiorum Beatae eiusdem Virginis Mariae sub ritu duplici secundae classis, Dominica I post Octavam Assumptionis celebrandum, approbatum fuerit, humillimus orator enixe Sanctitatem Vestram rogat, ut indulgentiam plenariam benigne concedere velit fidelibus qui eandem Coronam in Festo Septem Gaudiorum, confessi ac sacra communione refecti, recitaverint, prout in festo uniuscuiusque e septem Gaudiis concessum fuit.

Consequenter **petit** *indulg. plen. in festo VII Gaud.*

Et Deus, etc.

Gratia.

SSmus Dominus Noster Pius PP. X, in audientia habita die 12 septembris 1906 ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (12 sept. 1906).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 12 septembris 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

187. — S. RITUUM CONGR. (10 nov. 1906)

RESCRIPTA DE MENSA ET TITULARI ALTARIS FIXI

Ratisbonen. seu Congr. SS. Redemptoris Provinciae Bavaricae

Orator,

R. P. Mathias Preschtl, Rector Provinciae Bavaricae Congregationis SSmi Redemptoris, de consensu sui Rmi Procuratoris Generalis, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime subiecit, nimirum :

Descripta mensa altarium, **quaerit** *de valida eorum consecratione,*

I. In ecclesia S. Sepulchri, Congregationis SSmi Redemptoris in civitate Deggendorf, intra fines Ratisbonensis dioecesis, exstant tria altaria, scil. S. Ioannis Nepomuceni M., Septem Dolorum B. M. V., et Quindecim SS. Auxiliatorum, quorum mensa non constat ex uno et integro lapide, sed ex duobus lapidibus inaequalibus, qui tamen caemento in unum coniuncti sunt. Quaeritur : Utrum haec tria altaria sint valide consecrata, an potius consideranda sint tamquam exsecrata ?

---

[1] In **Periodicis** nostris, t. 2, n. **120**, p. 108.
[2] Ibidem, t. 2, n. **127**, p. 117.

II. In ecclesia parochiali eiusdem civitatis mensa altaris maioris fixi constat et tribus lapidibus, et quidem media maior pars ex marmore, duae aliae laterales partes ex petra arenaria ; sed hi tres lapides caemento in unum sunt coniuncti. Itaque quaeritur : Estne hoc altare fixum valide consecratum; et si negative, media maior pars ex marmore poteritne adhiberi tamquam altare portatile?

III. Num absque indulto Apostolico et auctoritate tantum ordinaria, titulus altaris fixi commutari possit cum altero titulo, v. gr. titulus S. Sebastiani M. cum titulo B. M. V. de Perpetuo Succursu; et si negative, num saltem super altare collocari possit imago B. M. V. de Perpetuo Succursu, loco imaginis S. Sebastiani tituli altari?

Demutando altaris titulo.

IV. Sufficitne ut imago tituli altari fixi in tabula vitrea picta retro post altare, in fenestra, applicetur?

Et quaenam requiratur imago tituli.

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit :

Responsa.

Ad I. *Iuxta Pontificale Romanum et decreta S. R. C.*, n. 2862 Fanen., 17 iunii 1843 ad 1, n. 3725 Meliten., 26 aprilis 1890, et n. 3750 Salamantina 14 novembris 1891, *mensa altaris fixi ex unico et integro lapide constare debet. Hinc ad primam partem negative, ad secundam affirmative; et si commode altarium consecratio cum mensa ex unico et integro lapide fieri nequeat, parvus lapis rite consecratus in medio mensae collocetur ad instar altaris portatilis.*

Ad I.

Ad II. *Negative ad utrumque.*

Ad II.

Ad III. *Negative ad utrumque, iuxta decretum* n. 2752 Congregationis Missionis 27 augusti 1836, ad 5 et 7.

Ad III.

Ad IV. *Negative.*

Ad IV.

Atque ita rescripsit. Die 10 novembris 1906.

Dies (10 nov. 1906).

S. Card. CRETONI, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

188. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ.

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi 28 NOV. 1906

Indulgentia orationis in honorem S. Ioann. B. de la Salle

Orator.

Le frère Gabriel-Marie, Supérieur Général de l'Institut des Frères des Écoles Chrétiennes, prosterné à vos pieds, expose humblement à Votre Sainteté que la dévotion envers saint Jean-Baptiste de la Salle a pris une grande extension parmi les fidèles. En vue de promouvoir encore davantage cette dévotion au Fondateur de l'Institut des Écoles Chrétiennes, le suppliant ose prier Votre Sainteté de daigner accorder à tous les fidèles qui réciteront pieusement la prière ci-après :

Petit, *Pro recitantibus*

« O glorieux Jean-Baptiste de la Salle, apôtre de l'enfance et de la jeunesse, soyez, du haut du ciel, notre guide et notre protecteur.

Orationem,

Intercédez pour nous, assistez-nous, afin que, préservés de toute souillure d'erreur et de corruption, nous demeurions toujours fidèles à Jésus-Christ et au Chef infaillible de son Eglise. Faites que, pratiquant les vertus dont vous avez été si admirable modèle, nous partagions un jour votre gloire dans la céleste patrie. Ainsi soit-il. »

Varias indulgentias. Les indulgences suivantes, applicables aux défunts :

1. Une indulgence de trois cents jours, une fois par jour.

2. Une indulgence plénière, une fois par mois, en un jour de leur choix, à ceux qui l'auront récitée chaque jour pendant l'espace d'un mois, pourvu qu'en ce jour, confessés et communiés, ils visitent une église ou oratoire public, et y prient aux intentions du Souverain Pontife.

Conceduntur. SS^mus^ Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa X in audientia die 28 novembris 1906 benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (28 nov. 1906). Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. C. die 28 novembris 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Loadicen., Secret.

---

189. — S. R. & U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

DECRETUM 5-6 DEC. 1906

De irregularitate ex defectu natalium ob parentum haeresim

Dies decreti (5 dec. 1906). Feria IV, die 5 dec. 1906

Decretum In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, E^mi^ ac Rev^mi^ D^ni^ decreverunt :

Dispensationem super irregularitate, ex defectu natalium ob haeresim parentum, semel concessam ad suscipiendam tonsuram et Ordines minores, valere etiam ad suscipiendos Ordines maiores.

Approbatio die 6 dec. Sequenti vero feria V, die 6 eiusdem mensis et anni, SS^mus^ D. N. Pius Pp. X decretum E^morum^ Patrum approbavit.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notarius.

---

190. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ.

RESCRIPTUM 15 DEC. 1906

Translationem indulgens consecrationis ad SS. Cor Iesu

Orator. Episcopus Argentinensis, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humillime exponit quae sequuntur :

Decreto *Urbis et Orbis* [1] S. Cong. Indulg. de die 22 augusti 1906 statutum est ut singulis annis, festo SS. Cordis Iesu, in omnibus Parochialibus templis necnon in illis, in quibus idem festum agitur, coram SS^mo Sacramento publicae adorationi exposito, formula consecrationis a f. r. Leone XIII proposita recitetur, ad quam Litaniae in honorem eiusdem SS^mi Cordis erunt adicienda ; concessa Christifidelibus huic piae caerimoniae corde contrito ac devote astantibus et ad mentem Sanctitatis Vestrae orantibus, indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum, iis autem qui sacramentali confessione expiati etiam ad s. Synaxim accesserint, plenaria indulgentia. Cum vero in dioecesi Argentinensi festum SS. Cordis D. N. I. C. in foro coli non soleat, Episcopus Orator humillime postulat ut memorata caerimonia consecrationis vel die ipsa in iis ecclesiis ubi festum colitur, vel dominica festum immediate sequente peragi possit, ac Christifideles huic piae caerimoniae astantes, impletis condicionibus praescriptis, indulgentias huic consecrationi annexas lucrari valeant. — Et Deus....

Memorato Decreto de consecratione annua,

Optionem petit diei festi vel proxime sequentis dominicae.

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a SS. D. N. Pio Papa X sibi tributis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, ceteris servatis de iure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Gratia.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 15 decembris 1906.

Dies (15 dec. 1906).

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

191. — S. C. INDULGENT. ET SS. RELIQ.

RESPONSUM 18 DEC. 1906

De lingua vernacula in recitando parvo Officio B. M. V.

Desideratus Iosephus Mercier, Archiepiscopus Mechliniensis, huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae exponit quod sequitur :

Orator,

In pluribus communitatibus religiosis votorum simplicium suae dioecesis, Officium parvum B. M. V. etiam publice seu communiter recitatur in lingua vernacula. Cum membra istarum communitatum sint linguae latinae ignara ideoque difficilius introduci possit regula recitandi Officium hac lingua, cum autem ex decreto diei 28 augusti 1903 indulgentiae annexae istius Officii recitationi, si lingua vernacula fiat, valeant tantum pro recitatione privata ; hinc enixe rogat infrascriptus orator ut concessio praefati decreti extendatur ad recitationem publice seu in communi peractam, ita ut omnes qui in communitatibus religiosis suae dioecesis Officium parvum B. M. V. recitare solent lingua vernacula lucrentur indulgentias, sive privatim sive publice seu in communi id recitent.

Narrato usu plurium communitatum,

Petit *ne usus linguae vernaculae indulgentias impediat.*

---

[1] Cfr. PERIODICA, t. 3, n, **135**, p. 137.

Quam gratiam.

Responsum. *Non impedit si fiat intra saepta vel ianuis clausis.* S. Congregatio Indulg. Sacrisque Reliquiis praeposita petitioni R^mi Archiepiscopi Mechliniensis respondendum mandavit : Recitationem parvi Officii B. Mariae Virginis retinendam esse adhuc privatam, quamvis ipsius recitatio locum habeat in communi intra saepta domus religiosae, immo et in ipsa ecclesia vel publico oratorio praedictae domui annexis, sed ianuis clausis.

Dies (18 dec. 1906). Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 18 decembris 1906.

A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotatio

Praesentis declarationis haec etiam esse poterit utilitas, ut decreta quibus S. Rituum Congregatio vetat ne, praeter litanias pro usu publico in Ecclesia a S. Sede approbatas, aliae recitentur communiter in publico choro vel ecclesia [1], etiam si nullus interfuerit minister sacer, non putetur excludere recitationem, etiam alta voce communiter factam vel ipsum cantum istarum litaniarum in ecclesia publica cuius ianuae sint clausae.

---

192. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

RESCRIPTUM 15 IUN. 1907

De iuribus Assistentium generalium et Procuratoris generalis in propria provincia

Orator. Procurator generalis Missionariorum S. Cordis, ad pedes S. V. humiliter provolutus, insequentium dubiorum solutionem exquirit :

Dubia.

De generali regula. I. An Assistentes generales et Procurator generalis ex variis provinciis venientes ad generaliciam domum constituendam, omnia retineant iura et onera in propria provincia ?

— Speciatim vero :

De suffragio activo. II. An iidem vocem activam habeant in electione Delegatorum pro capitulo generali vel provinciali ?

III. An assistens generalis aut generalis Procurator, pro particulari officio in aliqua domo propriae provinciae commorantes, hisce in adiunctis suffragia ferre valeant ?

Et Deus etc.

Responsa. Sacra porro Congregatio negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, omnibus sedulo perpensis, respondendum esse censuit prout respondet :

---

[1] Cfr. v. gr. responsa 20 iun. 1896, (Nouv. Revue Théol. t. 29 (1897), p. 95) vel Anal. Eccl. t. 4, p. 491 ; et 11 febr. 1898 (Ibidem, t. 30, p. 322, vel Anal. Eccl. t. 6, p. 75).

Ad I. Prout proponitur *Negative*. *Ad I.*
Ad II. *Affirmative* si praesentes sint. *Ad II.*
Ad III. *Affirmative*. *Ad III.*
Romae, die 15 ianuarii 1907. *Dies (15 ian. 1907).*

D. Card. FERRATA, *Praef.*
Ph. Giustini, Secret.

ANNOTATIO

Satis perspicitur esse hic in primis proprium Instituti ius consulendum, quo tantum silente ad has normas respici poterit.

---

193. — S. RITUUM CONGR. (16 ian. 1907)

RESPONSA DE MAIORIS HEBDOMADAE CAERIMONIIS

Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, Perusiae

Orator. Hodiernus Praepositus Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Perusiae humillime exposuit Sacrae Rituum Congregationi, quae sequuntur.

Dubia.

Imago Perdolentis Virginis discooperta in cena Dni et Parasceve. I. In ecclesia dictae Congregationis est sacellum B. M. Virgini Perdolenti dicatum, exstructum in parte separata ecclesiae, scilicet eodem loco quo Romae in ecclesia S. Mariae in Vallicella aedificatum est sacellum S. Caroli Borromaei. In hoc sacello religiosissime colitur in sua aedicula simulacrum B. M. V. Perdolentis. Quaeritur: An feria V in Cena Domini post Vesperas, et feria VI in Parasceve, perdurante in alio remoto sacello, nempe prope ianuam maiorem ecclesiae, expositione SS^mi Sacramenti vulgo *Sepolcro*, dicta imago Virginis Perdolentis possit remanere in sua aedicula, discooperta cum candelis vel lampadibus accensis, et an possit etiam ante ipsam collocari simulacrum SS^mi Redemptoris demortui, iuxta antiquam consuetudinem, ad populi devotionem satisfaciendam.

Paramenta in processione cum reliquia SS. Crucis in Parasceve. II. In eadem ecclesia, feria VI in Parasceve, quotannis post expletas functiones liturgicas fit Processio cum reliquia SS^mae Crucis Dominicae sub umbella vel baldachino violacei coloris, cum thuriferariis etc. Sed quotannis renovatur dissensio inter caerimoniarios circa qualitatem paramentorum. Hinc ad evitandas varietates quaeritur: 1° quae paramenta sint licita vel magis idonea in hac Processione; et 2° qualis color sit licitus vel magis idoneus etiam pro umbella vel baldachino in eadem Processione?

Responsa

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibusque sedulo perpensis, ita respondendum censuit:

Ad I. Ad I. Quoad utramque partem, *negative* feria V in Cena Domini; *affirmative* feria VI post Missam Praesanctificatorum.

Ad II. Ad II. Adhibeantur quoad 1^um. Pluviale et dalmaticae seu tunicellae coloris nigri; et quoad 2^um. Velum humerale et umbella vel baldachinum coloris violacei.

Dies (16 ian. 1907). Atque ita rescripsit, die 16 ianuarii 1907.

S. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

194. — S. RITUUM CONGREGATIONIS. (23 ian. 1907)

RESCRIPTUM DE S. COMMUNIONE IN NOCTE SOLL. ADOR. PERP.

Tornacensis

Orator. **Petitio.** Hodiernus Tornacensis Episcopus, ad genua Sanctitatis Vestrae provolutus, supplex implorat ut in parochialibus ecclesiis et in publicis sacellis et oratoriis Tornacensis Dioecesis, in quibus per gyrum et ex ordine fit publica expositio SS^mi Sacramenti a vesperis usque ad vesperas, adoratores possint immediate post mediam noctem ad Sacram Synaxim accedere in ecclesia vel oratorio in quibus exstat expositio praedicta.

Gratia ex parte conceditur ad quinquennium. *Tornacen.* Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum congregationi Praefecto, attentis expositis, ita precibus annuere dignatus est, ut una hora post mediam noctem sacra Synaxis adoratoribus distribui possit. Valituro hoc indulto ad proximum tantum quinquennium. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 ianuarii 1907.

Dies (23 ian. 1907).

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotatio

Observes concessum non fuisse immediatum, post mediam noctem, accessum ad communionem, sed unius horae impositum esse intervallum.

Si quaedam ieiunii condicio esset addita, v. gr. dummodo a quattuor horis eucharisticum servassent ieiunium, gratia plenius forsan concessa esset.

---

195. — S. RITUUM CONGR. (23 ian. 1907)

RESCRIPTUM, EX AUDIENTIA SS^mi, DE BENEDICTIONE DICTA A S. MAURO

Ordinis S. Benedicti

Orator. **Petit** *facult. delegandi.* Abbas Primas O. S. B., ad genua S. V. provolutus, supplex implorat ut delegare possit sacerdotes saeculares et regulares ad impertiendam benedictionem infirmis, adhibita S. Crucis D. N. I. C. particula, quae benedictio a S. Mauro nuncupatur et a Leone PP. XIII, f. r. die 4 maii 1882 approbata fuit pro sacerdotibus O. S. B.

Et Deus, etc.

Gratia *ad decennium.* Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, facultatem facere dignatus est R^mo Abbati Oratori et Abbatibus Praesidibus Congregationum Monachorum Nigrorum Ordinis Sancti Benedicti, subdelegandi sacerdotes utriusque cleri ad bene-

dictionem quae a S. Mauro nuncupatur ; dummodo adhibeatur in benedictione forma approbata et Rituali O. S. B. concessa. Valituro hoc indulto ad proximum decennium. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 ianuarii 1907. *Dies (23 ian. 1907).*

S. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIO

1. In Appendice Ritualis Romani Benedictio ista inscribitur : *Benedictio Infirmorum cum ligno SS. Crucis D. N. I. C. seu Signum S. Mauri Abbatis.*

Coram exposita reliquia verae Crucis Dominicae, excitatur in infirmo actus contritionis et firma fiducia fore ut, meritis adiutus SS. Benedicti et Mauri, ipsis intercedentibus, si Deo placeat sanitatem obtineat. Recitatis dein tribus Pater, Ave et Gloria in honorem SS. Trinitatis, Sacerdos indutus stola rubra, et dextra elevatam tenens S. Crucis reliquiam, formulam pronuntiat satis longam, quae in Ritualis Romani Appendice reperitur.

2. Benedictionis istius origo satis obscura videtur. Si fides fuerit DEODATO BARTOLINI, O. S. B. *Vita e miracoli di S. Mauro Abate* [1], p. 94, ritus iste, quem antiquum dicit, est anno 1616, a quodam IACOBO POZZI, Mediolani repertus.

Age porro, benedictio ista, propria Ordinis S. Benedicti, iam omnibus sacerdotibus, saecularibus vel regularibus, delegari potest.

3. Observes rursus, quamvis facultas delegandi sit tantum ad decem annos concessa, nullo pacto opus esse ut delegans eodem temporis spatio concessam delegationem circumscribat. Possit itaque etiam in perpetuum quempiam delegare.

---

196. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (1 feb. 1907)

VARIA RESPONSA DE CAERIMONIIS SACRIS

Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae

Redactor Kalendarii Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae, de Superioris generalis consensu, a Sacrorum Rituum Congregatione solutionem insequentium dubiorum humillime imploravit ; nempe : *Orator.*

Dubia.

I. Utrum Celebrans, in die Purificationis ac Dominica Palmarum completa candelarum aut ramorum distributione, debeat pro ineunda Processione incensum ponere in cornu Epistolae, ubi iam reperitur, cum ibi orationem ultimam recitarit ; an potius debeat se prius ad medium altaris pro thuris benedictione conferre ? *Quod ad processionem in Purificatione et die Palmarum.*

II. Utrum in die Purificationis ac Dominica Palmarum, postquam dictum fuerit *Procedamus in pace*, Celebrans e suppedaneo in planum descendens debeat ad altare conversus debitam ei reverentiam

---

[1] Monte Cassino, 1844.

facere ; an potius, utpote inchoata a praefatis verbis Processione, debeat conversionem ad altare et omnem ei reverentiam omittere ?

Quod ad aquae lustralis aspersionem.

III. Utrum Celebrans recedens ab altari ad abacum ut alia sumat paramenta, et ab abaco ad altare revertens, uti contingit singulis diebus Dominicis post aspersionem aquae lustralis atque post Processionem in festo Purificationis ac Dominica Palmarum, genuflexionem in plano praestare debeat, si Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reperiatur inclusum ; an potius in infimo altaris gradu ?

IV. Cum ob specialia locorum adiuncta nonnulli ad excipiendam aquae lustralis aspersionem sat proxime altari reperiantur, num Celebrans, qui a pedibus altaris non recedit, sed tantum se vertit consistens aliquantum a latere Evangelii, debeat in medio ad altare reversus genuflexionem agere, si in tabernaculo Sanctissimum Sacramentum reperiatur inclusum, uti praescribit Rubrica subdiacono, qui accepta patena ad medium e cornu Epistolae se confert in plano permansurus ?

Quod ad functiones Hebdomadae Maioris.

V. Cum Missalis Rubrica unice dicat esse cantanda *Improperia* ad functionem in feria VI in Parasceve, neque innuat eadem *Improperia* et reliqua esse a sacerdote recitanda ; num exinde legitime concludatur, sacerdotem ad *Improperia* et reliqua legenda non teneri ?

VI. Ubi in ultimo Triduo Maioris Hebdomadae removeri solet aqua lustralis a vasis ecclesiae, num Sabbato Sancto, in quibus ecclesiis fons baptismalis non benedicitur, eadem aqua lustralis in sacrario ante functionem benedici debeat, ut possit in ecclesiae vasis poni post Litaniarum ℣. *Peccatores*, dum festive ad celebrandam missam paratur altare ?

VII. Utrum in Sabbato Sancto cereus paschalis ita poni debeat, ut crux populum respiciat, an latus Epistolae, in quo Celebrans reperitur ?

VIII. Dum in eodem Sabbato Sancto ad legile canitur paschale praeconium, quo loco et quorsus vertere facies debeant Celebrans scil. diaconus praeconium cantaturus, et astantes a dextris eiusdem clericus cum cruce ac thuriferarius, et a sinistris duo acolythi, qui respective arundinem et grana thuris tenent ?

Ordo accendendi et exstinguendi cereos.

IX. Cum Caerimoniale Episcoporum lib. II, cap. XXII, n. 11 praescribat, ut in exstinguendis ad Matutinum Tenebrarum cereis, alternatim incipiatur a cornu Evangelii ; quaenam norma tenenda est in accendendis et exstinguendis altaris cereis pro alia quavis occasione ?

Versiculi post « Te Deum ».

X. Quotiens exposito Sanctissimo Sacramento canitur hymnus *Te Deum* in omnibus functionibus, expresse per Rubricas et decreta non directis, ac datur in fine cum eodem Sanctissimo Benedictio : utrum versiculi, qui citantur in decreto Sacrae Rituum Congregationis 11 septembris 1847 *Veronen.*, n. 2956 ad III, dici cum oratione *Deus, cuius misericordiae* debeant ante hymnum *Tantum ergo ;* an potius duo hymni sint coniungendi et absolvendi cum solo versiculo *Panem de caelo* et duabus orationibus Sanctissimi Sacramenti et actionis gratiarum sub una conclusione ?

XI. Quotiens Processio pro gratiarum actione locum habuerit, num post hymnum Ambrosianum dici debeant omnes versiculi cum tribus orationibus in Rituali Romano designatis ; an tantum recitari possint versus aliqui et unica oratio, prouti in decreto 11 septembris 1847 *Veronen.*, n. 2956 ad III indicatur ?

XII. Num sacerdos missam celebrans coram Sanctissimo Sacramento exposito, si Missale ad aliud altaris cornu transfert, debeat genuflexionem agere dum transit ante medium altaris, illucque dum revertitur *Munda cor meum* dicturus ? *Genuflexio celebrantis coram SSo exposito.*

XIII. Utrum Celebrans, reportato ad altare post Processionem Sanctissimo Sacramento, aut feria V et VI Maioris Hebdomadae allato calice Sanctissimam eandem Eucharistiam continente, debeat supremum altaris gradum ante suppedaneum conscendere, ut ostensorium et calicem diacono, vel alteri sacerdoti, si absque ministris celebraverit, stando porrigat ; an potius debeat in plano ante ultimum altaris gradum consistere, ac tradito Sanctissimo Sacramento vel calice, genuflexionem simplicem in plano praemittens, utrumque genu flectere, in infimo gradu altaris, sicque genuflexus illic manere usque dum tempus thuris imponendi affuerit ? *Quod ad finem Processionum.*

XIV. Num diaconus aut alius sacerdos, qui post Processionem accipit de manu Celebrantis ostensorium, aut feria V ac VI Maioris Hebdomadae calicem cum Sanctissimo Sacramento, genuflexionem utroque genu peragere debeat in plano ante gradus altaris, et inclinatione capitis Sanctissimum adorare, antequam ostensorium vel calicem a Celebrante recipiat ?

XV. Num aliis ac praesertim sacerdotibus sacristis valeat permitti, ut hostiam super patena collocent pro missa ab aliis celebranda, non obstante Rubrica Missalis Romani *Ritus servandus in celebratione missae*, tit. 1, n. 1, quae collocationem hostiae totamque instructionem calicis sacerdoti missam celebraturo reservat ? *Collocatio hostiae super patena facta a Sacrista.*

XVI. Num retineri possit antiquissimus usus, ut in Processionibus intra claustra peragendis candelabra a duobus in habitu chorali Religiosis deferantur, qui acolythorum vices cum crucifero expleant ? *Processio intra claustra.*

XVII. Quotiens functiones in Sabbato Sancto sine sacris ministris peragantur, utrum sacerdos debeat incensum ponere ac benedicere pro subsequenti Processione, in qua canitur *Lumen Christi*, ac pro paschali praeconio antequam diaconalia coloris albi paramenta sumat ; an vero postquam eadem diaconalia sumpserit indumenta ? *Functiones Maioris hebdomadae*

XVIII. Quonam vocis tono dici debeant feria VI in Parasceve verba sive orationes *Incensum istud....*, *Perceptio corporis tui...*, *Panem caelestem....*, *Corpus Domini nostri Iesu Christi....*, et *Quod ore....?*

XIX. Num servari antiquissimus possit usus, ut clericus thuriferarius exhibeat genuflexus thuribulum Celebranti, saltem quando Celebrans est Praelatus, ac praesertim generalis Superior ? *Usus ut clericus genuflexus offerat thuribulum.*

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit : *In voto Commissionis iuxta sequentes resolutiones :* **Responsa.**

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. *Ad I.*

Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. *Ad II.*

Ad III. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. *Ad III.*

Ad IV. Si a latere Evangelii et a pedibus altaris non elongetur, genuflexionem ac reverentiam omittit, ad mentem decreti 9 iunii 1899 *Plurium dioecesium*, n. 4027 ad II et III. *Ad IV.*

Ad V. Ad V. Negative iuxta praxim ubique receptam, et normam communiter exigentem ut sacerdos legat quicquid in choro concinitur.

Ad VI. Ad VI. Affirmative ubi unus adest sacerdos, secus privatim ab alio sacerdote in sacrario post expletas Prophetias.

Ad VII. Ad VII. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, durante praeconio paschali, iuxta Caerimoniale Episcoporum lib. II, cap. XVII, n. 10; sed post praeconium crux eadem semper populum respiciat.

Ad VIII. Ad VIII. Praeconium paschale eodem loco ac Evangelium in missa cani debet, et diaconus cum reliquis ministris lineam rectam efforment, omnesque ad librum faciem convertant, latera dextera altari obversa tenentes; facie crucifixi Celebrantem respiciente, prout in Caerimoniale Episcoporum lib. II, cap. XXVII, n. 10 ordinatur.

Ad IX. Ad IX. Altaris cerei ita sunt accendendi, ut incipiatur ab illo, qui cruci proximius reperitur in cornu Epistolae, postea servato ordine reliqui duo in eodem cornu exsistentes; ac deinde accenduntur reliqui cerei in cornu Evangelii exstantes, incipiendo item ab eo, qui cruci proprior est usque ad ultimum in eodem cornu oppositum. In exstinguendis autem iisdem cereis ordo invertitur, atque incipitur in cornu Evangelii a cereo, qui a cruce remotior est ad illum qui propior; dein vero a parte Epistolae, eadem regula eodemque servato ordine.

Ad X. Ad X. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XI. Ad XI. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XII. Ad XII. Negative ad primam partem, sed tantum caput inclinet; affirmative ad secundam.

Ad XIII. Ad XIII. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, iuxta Caerimoniale Episcoporum lib. II, cap. XXIII, n. 13, cap. XXV, n. 32, cap. XXVI, n. 16, et cap. XXXIII, n. 24; et supremus altaris gradus, in primo et quarto ex citatis Caerimonialis locis, primus in ascensione et ultimus in descensione intellegatur.

Ad XIV. Ad XIV. Affirmative ad utrumque, iuxta Caerimoniale Episcoporum lib. II, cap. XXV, n. 32, cap. XXVI, n. 16, et cap. XXXIII, n. 24.

Ad XV. Ad XV. Affirmative, dummodo qui id peragit prima saltem tonsura sit initiatus iuxta decretum 23 novembris 1906, vel alias privilegium Apostolicum obtinuerit vasa sacra tangendi; sed consulendum Celebranti, ut ipse calicis instructionem et alia secundum Rubricas exsequatur.

Ad XVI. Ad XVI. Negative, et acolythi superpelliceum gerant, utpote officium suum exercituri erga crucem, quae in Processionibus delata locum altaris obtinet.

Ad XVII. Ad XVII. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII, tit. VI, cap. II, § 1, n. 11, 13.

Ad XVIII. Ad XVIII. Tono ad missam sollemnem ordinariam consueto, iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII, tit. V, cap. II, § IV, n. 7-25.

Ad XIX. Ad XIX. Affirmative si agatur de Praelatis tantum Provincialibus et Generalibus, qui celebrent in ecclesiis sibi respective subiectis et ab Ordinarii locorum iurisdictione exemptis; nisi tamen missa vel officium vel functio coram Sanctissimo exposito celebretur.

Atque ita rescripsit, et ab Eremitis Camaldulensibus Montis Coronae servari mandavit, die 1 februarii 1907.

Clausula praeceptiva. Dies (1 feb. 1907).

D. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIO

Clausula finalis, qua responsa ab Eremitis Montis Coronae servanda praecipiuntur, satis parum est consueta. Opinio tamen communis tenet responsis particularibus obligari eos ad quos diriguntur. Mens itaque Congregationis haec fuisse videtur, ut expressius significaret rescriptum esse particulare, nec minuta ista aliis hoc decreto indirecte imponi. Sic, contra, interdum mentem aperit urgendi universaliter responsa formaliter particularia.

---

197. — S. C. PROPAGANDAE FIDEI

DECRETUM 4 FEBR. 1907

Sinarum Missionariis facilior fit Confessio in itinere ad suam missionem

Memoratur **petitio** *eiusque ratio.*

Pluries petitum est a Regularium Ordinum, Congregationum et Societatum Moderatoribus, ut presbyteri suorum Institutorum alumni ad Sinenses Missiones destinati, perdurante itinere, ne diu Paenitentiae Sacramento priventur, cum duo vel plures sunt, sacramentalem confessionem excipere tum invicem inter se, tum etiam aliorum secum iter agentium possint, quamvis iuramentum circa Sinenses ritus praescriptum nondum praestiterint. Eiusmodi autem preces cum infrascriptus Cardinalis Sacro eidem Consilio Praefectus Ssmo D. N. Pio divina Providentia Pp. X rettulisset in Audientia diei 20 decembris anni 1906, Sanctitas Sua benigne decernere ac declarare dignata est: omnes cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis atque etiam e clero saeculari Missionarios seu presbyteros ad Sinenses Missiones destinatos, qui duo vel numero plures consociati ad litora Sinensia appellunt, durante toto itinere terrestri aut fluviali usque dum pervenerint ad Missionem sibi respective assignatam, dummodo ad Sacramentales confessiones fuerint legitime approbati, Regulares scilicet a proprio saltem Superiore regulari, alii autem sacerdotes vel a proprio Ordinario ex cuius dioecesi discesserunt, vel ab Ordinario portus in quo navem conscenderunt, vel etiam ab Ordinario cuiuslibet portus intermedii per quem in itinere transierunt, posse inter se confiteri, eosque item posse confessiones audire Clericorum non sacerdotum et Fratrum laicorum cum ipsis iter agentium et etiam Religiosarum Sororum, si forte contingat aliquas in eodem comitatu esse ad missiones destinatas, immo quoque vehicula aut cymbas ducentium vel sarcinas per iter ferentium vel alia quacumque ratione eorum itineris sociorum: non obstante Constitutione fel. rec. Benedicti Pp. XIV incip. *Ex quo*, data die 5 iulii

Gratia facta in audientia 20 decembris 1906.

anni 1742, quae vetat Missionariis exercitium Sacri Ministerii ante emissum iuramentum circa ritus Sinenses, aliisque quibuscumque non obstantibus.

Dies (4 febr. 1907). Datum Romae ex aedibus S. Congr. de Propaganda Fide, die 4 februarii 1907.

Concordat cum originali.

25 febr. 1907.

A. O. Can. BORGIA
Praef. Archivi S. C. de Prop Fide.

ANNOTATIONES

1. Ratio cur decretum istud sit constitutum in ipsius fine est indicata. Constitutione *Ex quo*, 5 iul. 1742 [1], qua BENEDICTUS XIV decreta superiora, praecipue CLEMENTIS XI, confirmavit et innovavit, Missionarii Sinensium partium sub gravissimis poenis prohibentur aliquod Missionarii munus, postquam ad Sinarum oras appulerint, exercere antequam iuramento firment promissionem observandi Constitutiones de ritibus sinensibus latas. Iuramentum porro illud, deficiente Delegato Apostolico, in manibus proprii Vicarii apostolici et praeterea, a regularibus, in manibus sui Superioris regularis est faciendum. Quod si, ante quam ad propriam missionem pervenerint, ministerium sacrum voluerint exercere, iuramentum praestare debebunt in manibus Episcopi loci in cuius iurisdictione actu sunt [2].

Sanctiones istae usum Confessionis etiam mutuae difficilem facere poterant Missionariis qui, recens ad oras Sinenses appulsi, terrestri vel fluviali itinere missionem suam peterent. Absoluto iam itinere maritimo, privilegiis navigantium nuper confirmatis et ampliatis [3] excesserant. Haud facile rursus esse poterat quempiam adire in cuius manibus iuramentum praestaretur.

2. Ut difficultati isti, quae Missionariorum Sinensibus partibus deputatorum est propria, occurreretur, plures instantiae factae sunt a Superioribus Regularium Ordinum vel Societatum, ac praesens Decretum est latum, quod proinde maritimum iter non attingit, sed decretorum de maritimo itinere est veluti continuatio et complementum speciale.

3. Clara autem est dispositio Indulti.

a) « Donec pervenerint ad Missionem sibi respective assignatam », usus manet factae facultatis.

b) Quilibet Sacerdotes *destinati ad Sinenses Missiones* et qui *saltem duo consociati* ad litora sinensia appellunt : sic describuntur ii quibus facultas datur. Consociatio *sufficere* videtur quae re ipsa habebitur, statim ut simul tempore adventantes idem iter per aliquam saltem partem sint facturi. *Exigitur* autem ita, ut sacerdos sine socio, iure isto non fruatur. Quid autem si socios quidem habet

---

1 *Collectanea S. Prop. Fidei*, n. 1762 (ed. 1) ; n. 339 (ed. 2).

2 Instr. S. C. Prop. Fid. 8 mart. 1823, *in Collect.* n. 1777 (ed. 1), n. 781 (ed. 2). Nec iterandum est iuramentum quotiens ab uno in alium transeant Vicariatum.

3 Decreta S. Officii 23-24 aug. 1905. et 12-13 dec. 1906. Cfr. PERIODICA nostra, t. 3, n. **174**, p. 40 sq.

itineris, nullum autem sacerdotem ? Ambigua quadamtenus est decreti sententia ; sed cum ratio Indulti in istum casum prorsus cadere videatur, arbitramur ipsum Indulto frui.

c) « Dummodo sint legitime approbati ad sacramentales Confessiones. » Haec additur condicio ad activum privilegii usum. Ratio autem approbationis explicatur. Sacerdotibus communiter sufficit ea approbatio qua fidelium navigantium in itinere maritimo audire possunt confessiones [1] ; Regularibus autem satis est si a proprio saltem Superiore regulari fuerint approbati. Satis est inquam, namque si ab Ordinario loci vel portus fuerint approbati, valide etiam confessiones de quibus in casu audire poterunt. Ita opinamur ex regula generali, quod ad valorem absolutionis datae personis saecularibus, approbatio (cum iurisdictione dioecesana) sufficit, et hic versamur in casu ubi faciliorem reddere usum Confessionis vult Legislator. Praeterea, cum pro reliquis sacerdotibus eosdem, ipsis alterius decreti servatis verbis, probet approbationis modos qui confessariis sufficiunt in itinere maritimo, modi isti videntur etiam eadem extensione retineri. In mari autem approbatio episcopalis sacerdoti etiam regulari ad quoslibet absolvendos paenitentes certo sufficiebat. Ergo sufficiet in reliqua itineris parte quae ad missionem usque propriam superest conficienda. Verba igitur « a proprio saltem Superiore regulari » novum addunt modum qui sufficere possit, nullum alium excludunt.

d) Huiusmodi sacerdotes permittuntur alius alii confiteri ; audire et absolvere ceteros clericos et laicos, immo et sorores quae reperiantur in eodem comitatu ad missiones destinatae, denique omnes quacumque ratione sunt itineris socii. His ferme verbis usus privilegii redditur.

e) Idque possunt quamvis iuramentum de ritibus sinensibus nondum fecerint. Dispensatio ista formalem exhibet privilegii rationem, quamvis etiam accedat, saltem pro saecularibus, haec alia quod confiteri possint sacerdotibus ab Ordinario loci non approbatis.

4. Retinenda mente est dispositio qua, ad usum quendam privilegiatum, Confessarius regularis, id est a proprio tantum Superiore approbatus, Confessariis saecularibus aequiperatur. Hinc enim argumentum merito colligi posse videtur ut, cum condicio privilegii cuiuspiam *sacerdotem postulat approbatum*, nec additur, ab *Ordinario* loci, vel *pro saecularium confessionibus*, virum regularem in Ordine suo approbatum intellegere possimus.

Ita v. gr. Religiosus in itinere cuilibet Sacerdoti saltem approbato confiteri permittitur. Occurrit Regularis alicuius Ordinis, a proprio tantum Superiore approbatus. Ab eo alius itinerans Regularis absolvi poterit.

Quisnam autem sit a Superiore regulari approbatus ad Confessiones, ex variis Ordinum statutis et consuetudine est eruendum. Illud denique tandem formaliter requiritur, ut ipse Superior vel plenam iurisdictionem communicaverit ad audiendos religiosos, vel diserte aut tacite permiserit ut approbationem petant ab loci Ordinario ad audiendos saeculares. Ita fieri poterit, quamvis necessario non sequatur, ut quotquot in Ordine periculum fecerint scientiae, approbati existimentur, nisi positive contrarium edicatur.

---

[1] Cf. PERIODICA, t. 3, n. **174**, annotationes, p. 41 sq.

198. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (16 febr. 1907)

RESPONSA DE PATRONIS QUOS RELIGIOSI RECOLERE DEBEANT

Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae

Orator. R^mus P. Iosephus Lemius, procurator generalis Oblatorum B. M. V. Immaculatae, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium

Dubia. dubiorum solutionem enixe postulavit; nimirum:

De praecipuo dioecesis patrono. I. Utrum Regulares et generatim Religiosi, utentes calendario approbato, teneantur festum Patroni praecipui dioecesis sub ritu duplici primae classis sine Octava celebrare, etiam in casu quo habetur Patronus distinctus proprius loci, an solummodo deficiente Patrono proprio loci?

De praecipuo patrono regni seu dicionis. II. Utrum iidem teneantur celebrare sub ritu duplici primae classis sine Octava festum Patroni praecipui regni aut dicionis, etiam in casu quo habetur Patronus distinctus proprius provinciae, an dumtaxat deficiente Patrono proprio provinciae?

Responsa. Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Ad I. *Negative* ad primam partem, nisi celebretur vel celebratum fuerit cum feriatione, iuxta decretum *Ordinis Fratrum Minorum provinciae Apuliae* 16 Februari 1906 ad IV. *Affirmative* ad secundam, iuxta decreta n. 3754 *Declarationis indulti pro sollemnitate festorum transferenda* 2 Decembris 1891 ad I; n. 3863 *Celebrationis festorum Patroni loci, dedicationis ac tituli ecclesiae* 9 Iulii 1895 ad I.

Ad II. Ad II. *Affirmative* ad primam partem, si liquido constet de concessione Apostolica; *negative* ad secundam, iuxta decreta n. 3925 *Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci*, 10 Iulii 1895 ad I, et n. 3959 *Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci* 23 Iulii 1897 ad I, atque aliud supra relatum 16 Februarii 1906 ad III.

Dies (16 feb. 1907). Atque ita rescripsit. Die 16 februarii 1907.

S. Card. Cretoni, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., S. R. C. Secret.

---

199. — S. CONGR. INDULG. ET SS. RELIQ.

EX AUDIENTIA SS., 14 NOV. 1906, RESCRIPTUM 16 FEB. 1907

Indulgentiae Pii Operis a Maria Opifera

N. B. *Pium Opus a Maria Opifera nuncupatum, est a Fundatore Congr. Salesianae institutum ad excolendas, praesertim inter iuvenes adultos, vocationes ecclesiasticas. Obtinuit autem a*

Pio IX, brevi 9 maii 1876, ut communicaret in gratiis spiritualibus cum Tertiariis S. Francisci, substituto tamen festo S. Francisci Salesii in locum festi S. Francisci Assisiensis, et Salesianis ecclesiis in locum ecclesiarum Ordinis Minorum substitutis.

Age porro, Praeses (Rettore Maggiore) Congregationis Salesianae supplicem obtulit libellum, ut pio isti operi speciales concederentur gratiae; exemplumque afferebat Piae Unionis Cooperatorum Salesianorum quae, in simili versata condicione, speciales etiam gratias adepta est. Hinc rescriptum huius tenoris.

Ex audientia SS^mi, die 14 nov. 1906.

Audientia 14 nov. 1906.

Abrogatis superioribus, spiritualium gratiarum concessarum elenchus.

SS. D. N. Pius PP. X, omnino abrogatis Indulgentiis, Privilegiis atque Indultis a RR. PP. quomodocumque concessis in favorem Sodalium praefati Pii Operis, sequentes spirituales gratias iisdem sodalibus benigne concessit, nempe: 1° omnes et singulas Indulgentias, tam plenarias, quam partiales, — non exceptis iis, quae visitationi Stationum Urbis annexae sunt, — Cooperatoribus Salesianae Sodalitatis, Decreto S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae d. d. 2 octobris 1904, tributas; 2° omnia et singula Indulta, quae in eodem Decreto continentur; 3° ex Privilegiis ibidem recensitis ea tantummodo, quae sub num. 1° et 2° veniunt; servatis tamen adamussim condicionibus, quae in pluries memorato Decreto praescribuntur. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (16 feb. 1907).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congnis, die 16 februarii 1907.

D. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

---

200. — EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

DECRETA 10 APRIL. 1906 ET 18 FEBR. 1907

Constitutiones approbantia

A. *Decretum 10 april. 1906, de Sororibus Oblatis SS. Redemptoris.*

Instituti Oblatarum Constitutiones in audientia 10 april 1906, approbantur.

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia PP. X, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium Praefecto die 1 huius mensis, attentis commendaticiis Antistitum locorum in quibus reperitur Institutum Sororum Oblatarum Sanctissimi Redemptoris, ipsius Instituti constitutiones, prout continentur in hoc exemplari, cuius autographum asservatur in Archivo eiusdem S. Congregationis, benigne approbavit et confirmavit, prout praesentis decreti tenore approbat et confirmat, salva Ordinariorum iurisdictione ad formam ss. Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

Dies decreti (10 april. 1906).

Datum Romae, ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium, die 10 aprilis 1906.

D. Card. FERRATA, *Praef.*
Ph. Giustini, Secret.

B. *Decretum 18 febr. 1907, de Discalceatis Ordinis SS. Trinitatis Redemptoris Captivorum.*

In audientia 17 februarii 1907 probantur Constitutiones Ordinis Discalc. SS. Trin.

SS^mus D. N. divina Providentia Pius PP. X in audientia habita ab infrascripto Card. Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 17 februarii 1907 suprascriptas Constitutiones Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, latino idiomate exaratas, prout in hoc exemplari continentur, cuius autographum in Archivio praelaudatae S. Congregationis asservatur, benigne approbavit et confirmavit : prout praesentis decreti tenore Constitutiones ipsae approbantur et confirmantur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (18 febr. 1907).

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episc. et Regul. die 18 februarii 1907.

D. Card. FERRATA, *Praefectus.*
Philippus Giustini, Secretarius.

---

201. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ.

DECRETUM EX AUDIENTIA SS^mi, 27 FEBR. 1907

Indulg. plenar. « totiens quotiens » pro ecclesiis Ordinis S. Benedicti et gestantibus iubilare numisma S. P. B.

Oratores,

Hildebrandus de Hemptinne, Abbas Primas O. S. B., et Bonifatius M. Krug, Abbas Ordinarius Montis Cassini, ad pedes S. V. provoluti, sequentia exponunt et postulant :

Memorato plurium Ordinum privilegio,

Summorum Romanorum Pontificum largitate nonnulli Religiosorum Ordines Indulgentia Plenaria, totiens quotiens a christifidelibus ipsorum Ecclesias statutis diebus visitantibus lucranda, aucti sunt.

Postulant *indulg. totiens quotiens lucrandam in eccl. Ord. S. Benedicti die commemor. omnium defunctorum.*

Quare oratores a benignitate S. V. expostulare audent, ut etiam Ordini S. Patriarchae Benedicti, utpote inter ordinis occidentales antiquissimo et de Ecclesia civilique societate non parum merito, simile privilegium tribuere dignetur; ita quidem, ut huiusmodi Indulgentia Plenaria, animabus in Purgatorio detentis etiam applicabilis, a primis Vesperis diei primae novembris usque ad occasum solis diei sequentis, in qua Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum pie recolitur, quotannis a christifidelibus totiens acquiri valeat, quotiens ipsi visitaverint Ecclesias vel publica Oratoria Ordinis S. Benedicti nigri coloris, tam Monachorum, quam Sanctimonialium, si confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem S. V. preces effuderint.

Ratio eligendae diei.

Quae scilicet dies prae ceteris eligenda videtur :

1° eo quod ex sedula opera S. Odilonis, Abbatis Cluniacensis Ord. S. Benedicti, Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum pro universa Ecclesia stabilienda initium duxerit;

2° quia fideles die praefata frequentiores celebrare solent Ecclesias et inibi Sacramenta suscipere ad sublevandas animas piacularibus flammis addictas.

Insuper expostulant oratores Indultum, quo christifideles S. Numisma Iubilare S. Benedicti habitualiter gestantes, loco Indulgentiae de Portiuncula nuncupatae, quae ex authenticis documentis huic Numismati annexa bona fide existimabatur, deinceps hanc alteram supramemorata die concessam acquirere valeant, visitantes quamcumque Ecclesiam vel publicum Sacellum, ceteraque pia opera, de quibus supra, praestantes, si valetudinis causa vel impedimento clausurae aut nimiae distantiae — scilicet unius saltem miliarii — Ecclesiam aut Oratorium Ordinis S. Benedicti adire nequiverint.

Postulant ut gestantes numisma iubilare, eandem in omni oratorio publ. lucrari possint, si oratorium Ordinis difficile adire possint.

Et Deus etc...

Gratia.

SSmus Dnus N. Pius PP. X., in Audientia habita die 27 februarii 1907 ab infrascripto Card. Praef. S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (27 feb. 1907).

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. C. die 27 februarii 1907.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotationes

1. Supra, t. 2, p. 154, diximus de controversia cui iubilare S. P. Benedicti numisma occasionem dedit. Postulante Procuratore generali Ordinis Fratrum Minorum, S. C. Indulg. et SS. Reliq. definivit indulgentiam Portiunculae numismati isti numquam fuisse coniunctam. (Cfr. Periodica, t. 2, n. **151**, p. 153.) Repulsae istius tristitia, si qua videtur fuisse, Ordini S. Benedicti in maiorem laetitiam est conversa praesenti decreto quo, munifica Pontificis Ordinisque Protectoris liberalitate, propria donatur Indulgentia instar Portiunculae, quae a primis vesperis diei primae novembris usque ad occasum solis diei proxime sequentis, omnibus fidelibus lucranda offertur in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis Ordinis monachorum et sanctimonialium S. Benedicti, *nigri coloris*. Nigri, inquam coloris, ne varii Ordines seu Congregationes quae S. Benedictum loco parentis habent (v. gr. Cistercienses, Trappenses) eadem concessione comprehendi videantur.

2. Gratia numisma gestantibus *condicionata* est. Ut ea fruantur oportet ut saltem ex distantia impediantur quominus ecclesiam vel oratorium Ordinis facile adire possint. Distantia ista definitur ad *unum saltem miliare*. Miliare rursus accipe romanum, quod continet 1469 metra et 480 millimetra. Quotquot autem habitant vel resident in domo quae distantia ista vel maiore a proximo distet oratorio publico Ordinis S. Benedicti, possunt in qualibet Ecclesia vel publico oratorio praescriptas indulgentiae fundere preces. Nihilque obstat quin plures, etiam magis distantes, eadem die eligant ecclesias.

202. — S. C. NEGOTIIS ECCL. EXTR. PRAEPOS.

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi 12 MART. 1907

Extensio ad omnes Congr Cassinensis missionarios, privilegiorum quibusdam concessorum, ac privilegiorum ampliatio

Orator. D. Maurus M. Serafini Abbas Gen. Cong^nis Cassinensis a Prim. Observ. O. S. B. ad pedes S. V. provolutus, humiliter exponit :

Memoratis gratiis concessis, Quod, per Rescriptum S. Cong^nis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae d. d. 17 februarii 1903 [1], concessae sunt quaedam spirituales gratiae Monachis eiusdem Ordinis et Congregationis qui sacris Missionibus vacant in Belgio ; quae quidem gratiae, per aliud Rescriptum d. d. 24 novembris eiusdem anni, ad Hollandiam et Germaniam sunt extensae ; nempe (Cfr. Periodica, t. 1, n. **51**, p. 143).

Petit *Ut omnes Missionarii iisdem fruantur.* Nunc autem humilis orator implorat extensionem earundem gratiarum ad omnes praedictae Congregationis Sacerdotes qui sacris Missionibus passim per Europam et alias regiones vacant ; necnon (quoad expressa in num. 2), etiam ad illos qui spiritualia exercitia praebent, aut sacris contionibus tempore Adventus et Quadragesimae dant operam.

Et Deus etc.

Audientia SS^mi. Ex audientia SS^mi, die 12 martii 1907.

Gratia. SS^mus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa X, referente me infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Dies (12 mart. 1907). Datum Romae e Secretaria eiusdem S. C. die, mense et anno praedictis.

Petrus Arch. Caesariensis, *Secretarius.*

Annotatio

In n. 2 concedebatur in fine missionum Benedictio Apostolica, quae iam conferri poterat etiam in fine exercitiorum spiritualium et contionum Adventus vel Quadragesimae.

---

203. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQ.

LITTERAE ENCYCLICAE 10 APRIL. 1907

Triduana supplicatio ad diffundendum cotidianae communionis usum quotannis celebranda

Decretum de cotidiana Decretum de cotidiana SS^mae Eucharistiae sumptione a S. Congr. Concilii, anno 1905 sub die 20 decembris evulgatum [2],

---

[1] Periodica, t. 2, n. **51**, p. 143-144.

[2] Cfr. Periodica, t. 2, n. **110**, p. 66 et 67.

quanto piorum fidelium plausu et quam ingenti animi gaudio sit exceptum, apprime testantur epistolae quam plurimae, quae ad hanc Apostolicam Sedem undique sunt delatae, ex quibus eruitur in pluribus locis hanc piam et saluberrimam praxim cotidianae Communionis suscipiendae uberes fructus edere coepisse, et in posterum uberiores quoque in christiano populo fore edituram. Et merito : siquidem refrigescente hominum pietate, procul dubio remedium nullum aliud efficacius excogitari potest, quo elanguentia christianorum corda ad Deum redamandum vividius excitentur, quam frequens et cotidianus ad sacram Synaxim accessus, in qua Ille sumitur, qui fons est ardentissimae caritatis.

communione laetos tulit fructus, qui ceterum erant sperandi.

Quapropter Summus Pontifex, qui valde gavisus est de huiusmodi salutari fructu huc usque percepto, vehementer exoptans, ut ipse iugiter perseveret, immo maiora in dies incrementa suscipiat, mihi munus demandavit Amplitudinem tuam et totius Orbis Catholici sacrorum Antistites hortandi, ut coeptis insistentes omnem impendant operam, quo Christifideles frequentius, immo cotidie, sacram Eucharistiam sumant; hoc enim divino Convivio supernaturalis eorundem vita indesinenter alitur et efflorescit.

Ut permaneant et augeantur, zelus excitatur Antistitum

Ipse vero Beatissimus Pater ratus ad hunc optatum finem assequendum admodum conferre, si christiani populi assiduis precibus una simul effusis dulcissimam Deo vim inferant; in votis habet, ut quotannis, si fieri poterit, in singulis Cathedralibus Ecclesiis, infra Octavam sollemnitatis Corporis Christi, vel si locorum et personarum adiuncta aliter expostulaverint, alio anni tempore a R^mis Episcopis statuendo triduanae Supplicationes celebrentur iuxta methodum heic subiectam :

Optat S. Pontifex annuam supplicationem in cathedralibus ecclesiis.

I. Supplicationes semper peragentur feria VI, sabbato et die dominica vel immediate post sollemnia Corporis Christi, vel alio tempore, uti supra relatum est. Hisce vero singulis diebus sermo habebitur, quo populus edoceatur de ineffabili Eucharistiae Sacramenti praestantia, et potissimum de animi dispositionibus ad illud rite suscipiendum.

Quomodo facienda sit supplicatio.

Hoc expleto, publicae venerationi exponatur SS^ma Eucharistia eaque coram sequens recitabitur oratio .

« O dulcissime Iesu, qui in hunc mundum venisti, ut omnes « animas vita ditares gratiae tuae, ad quam in illis servandam « simulque fovendam in augustissimo Eucharistiae Sacramento « salutare pharmacum earum infirmitatibus sanandis, et cibum di- « vinum debilitati sustinendae temetipsum cotidie praebes, Te « supplices deprecamur, ut super eas sanctum tuum spiritum beni- « gnus effundas, quo repletae, letali labe si quae sint inquinatae, « ad Te revertentes, vitam gratiæ peccatis deperditam recuperent; « quae vero, Te misericorditer largiente, iam Tibi adhaerent, co- « tidie prout cuique dabitur, ad tuam caelestem Dapem devote « accedant qua roboratae, venialium culparum a se cotidie ad- « missarum antidotum sibi comparare, vitamque gratiae tuae alere « valeant, sicque magis magisque emundatae, sempiternam in caelis « beatitudinem consequantur. Amen.

Dein vero, post cantum hymni « Tantum ergo » populo Benedictio SS^mi Sacramenti elargiatur.

II. Die vero Dominica, quae postrema erit earundem supplicationum, mane, more sueto, missa parochialis celebrabitur, in qua habita a Parocho Homilia de Evangelio Dominicae infra octavam

Quomodo concludenda.

sollemnitatis Corporis Christi, quod optime consonat mysterio Eucharistiae explanando, Christifideles coniunctim de altari sancta libabunt; sin autem alia eligatur Dominica extra praefatam octavam, loco Homiliae in Evangelium diei, contio fiat ad populum, qua ferventius ad Eucharistiam in ipsa Missa suscipiendam disponatur.

A meridie eaedem sacrae functiones iterentur, quae anteactis diebus sunt peractae. In contione tamen Oratores ad ferventiorem ergo sanctissimum Sacramentum pietatem hortentur fideles, speciatim vero ad frequentiorem caelestis Convivii participationem, iuxta probatam Catechismi romani doctrinam, uti innuit S. Congregationis Concilii memoratum Decretum, sub num. VI. Tandem antequam hymnus « Tantum ergo » decantetur, hymnus Ambrosianus praemittatur.

Caerimonia postremae diei fiat, si Episcopo videbitur, etiam in curialibus templis.

Quo vero omnibus magis innotescat quam ardens sit desiderium Summi Pontificis frequentioris communionis promovendae, maximopere Ipse commendat, ut in curialibus etiam templis, prout quisque Episcopus pro sua prudentia et sagacitate diiudicabit, saltem locum habeat ea pia exercitatio, quae in Cathedralibus Ecclesiis celebranda superius est proposita die Dominica infra eamdem sollemnitatis Corporis Domini octavam, vel alia in anno Dominica.

Indulgentiae.

Hisce autem piis exercitationibus, ut alacrius intersint fideles, SS^mus^ Dominus Noster Indulgentias defunctis quoque applicabiles clementer elargitus est uti infra : nempe : 1° *septem annorum totidemque quadragenarum* quolibet Triduanarum precum die; 2° *plenariam* semel in Triduo lucrandam, die cuiuslibet arbitrio eligenda infra ipsum Triduum, si eidem qualibet die devote affuerint, simulque sacramentali confessione expiati, s. Synaxim susceperint et ad mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; 3° *Plenariam* die Dominica ab omnibus acquirendam, qui confessi ad sacras Epulas simul congregati accesserint in Cathedralibus Ecclesiis, vel etiam in Curialibus et uti supra preces effuderint.

Interim Amplitudini Tuae omnia felicia a Domino apprecor.

Dies (10 apr. 1907).

Romae, ex Secretatia S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 10 aprilis anno MDCCCCVII.

Amplitudinis Tuae, uti Frater.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

Annotationes

1. Litterae modo exscriptae strictam non continent iussionem sed Pontificis votum, cui promptissima voluntate obsecundabitur. Ex n. II perspicitur Cathedralem supponi ecclesiam quae simul, ut plerumque sed non semper fit, sit parochialis.

2. Inserta oratio refert latine orationem pro cotidianae communionis diffusione quam italice et gallice expressam reperias Periodic. t. 2, n. **160**, p. 177, nisi quod, in formula latina, exciderint verba : « per Cor tuum tanto in nos amore ardens », quae in gallica et italica habebantur.

SUPPLEMENTA

SUPPLEMENTUM DUODECIMUM

DE VERA FAMILIARITATIS RATIONE ET DE FAMILIARIBUS

Quaestionis opportunitas. — Accuratam familiaritatis rationem tenere plurimum iuvat. Id episcoporum interest, cum, certis praeterea observatis legibus, familiares suos ordinare possint [1] ; interest iudicis ecclesiastici, cum familiares non sint sine cautione in testes cooptandi idoneos [2] ; id maxime interest religiosorum, cum non nulla ex suis privilegiis, praecipue exemptionem, cum quibusdam saltem familiaribus communicare queant. Deinde, nonne, in tuenda exemptionis causa, id etiam curandum est, ut aptis argumentis etiam iusta defendatur causa ?

Quocirca diligentem, pro viribus, huius rei investigationem hic proponere nobis in animo est.

Quae vis per se videatur in isto verbo inesse. — *Familiarem* alicuius dici qui aliqua ratione ad eius pertineat familiam, satis perspicitur. Quia tamen quos communis origo vel carnalis copula eiusdem fecerit esse familiae propriam *consanguineorum* vel *affinium* nomen designat, familiares ii potius sunt qui alio quopiam titulo familiam quandam ingrediuntur. Inter hos rursus qui filiis aut fratribus prorsus aequiperantur proprio *adoptivorum* vocabulo a reliquis discernuntur.

Tunc fere non supersunt nisi ii erga quos caput familiae generaliore ratione similem patris personam assumpserit. Per se autem ad patrem pertinet filios alere et tecto recipere. Familiares ergo demonstrantur esse, *quotquot alicuius expensis et in eius domo habitualiter aluntur*. Plerumque huiusmodi non erunt nisi quos suo vel suorum servitio addixerit pater familias. Hinc fit ut quaedam famulatus

---

[1] C. Trid. s. 23, c. 9 Ref. ; Const. *Speculatores*, Innocentii XII, 5 nov. 1694.
[2] c. In litteris, 24 l. 2, De testibus, t. 20.

ratio per se, id est plerumque, cum familiaritate coniungatur.

Iuridicus vocis usus. — Formalis vocis definitio in iure occurrit nulla. Aequipollente tamen ratione describuntur familiares in c. Sicut, ult. De V. S. in 6° (V, 12), ubi quaerenti episcopo quosnam pro *suis* clericis habere possit, respondit pontifex : « Qui... vere tui clerici familiares exsistunt, et in tuis expensis continue domestici commensales. Etiam si quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abesse contingat. » Verbis enim « et in tuis.... commensales » re vera cogitat pontifex voces *clerici familiares* pressius describere. His autem nostram confirmari expositionem, satis perspicitur.

Duabus itaque notis concrescit familiaritas : habitualis commoratio cum Episcopo, alimenta ab ipso praestita.

Si nunc ad classicos iuris interpretes converterimus animum, ut duobus principibus simus contenti :

Reiffenstuel, l. 1, t. 11, n. 99, haec habet : « Nomine familiarium intelleguntur illi qui dominicae potestati episcopi subiciuntur, eiusque expensis tamquam domestici commensales aluntur, ut c. ult. de V. S. in 6°, iuncto c. Tridentino, s. XIV, c. 2, R. Indeque tales alio nomine appellantur *commensales episcopi.* »

In libro 2 autem, t. 20, n. 122, « Ut vere ac proprie quis dicatur familiaris, duo requiruntur copulative, nempe ut actu inserviat, et ut veluti commensalis vivat expensis domini. » Doctor iste, itaque, praeter commorationem et alimenta, praesentem postulat famulatum vel subiectionem.

Schmalzgrueber, in l. 1, t. 11, n. 42 : « Familiarem episcopi, ad hunc effectum (ordinationis) tunc esse censebitur, si per triennium moraliter continuum, praesens episcopo inservivit, et in eius obsequio, sive intra sive extra domum fuerit versatus, et eiusdem expensis sustentatus. » Observes benigniorem huius opinionem, qui commorationem in episcopi domo exigere non videatur. Et communiter existimant satis esse si commoretur in eadem civitate in qua residet Episcopus. Cfr. Gasparri, *De sacra ordinatione*, n. 848.

Suarez autem, *De Religione*, tr. 10, l. 9, c. 4, n. 14, iuristarum referens sententias, ex Felino notat : « Sicut familia multipliciter dicitur, ita et familiares. Familia autem interdum significat gentem vel cognationem, vel

servos vel filios vel totam congregationem unius domus. Nihilo minus tamen, frequentiore usu, familiares dicuntur respectu alicuius, qui illi aliquo modo inserviunt et commensales sunt, ita ut expensis eius alantur et cum illo regulariter cohabitent ; ita colligitur ex dicto capite ult. de V. S. in 6°, ibi : « in tuis expensis continue domestici commensales. »

CALVINUS autem, ex altiore memoria notionem repetens, hoc breve habet : « Familiares olim dicebantur qui servi erant. » Et dictum confirmat MACROBII autoritate.

Usus monasticus. — Ipsa monasterii communitas familiae nomine designari consuevit. Huius membra proprie sunt religiosi, et professi quidem strictius quam novicii.

Occurrebat deinde genus quasi medium personarum quae regulam quidem non profitebantur nec Ordinis habitum proprium suscipiebant, vestem tamen suam aliquatenus mutabant, assumpta parte quadam habitus regularis, utputa scapularis, et se tradebant monasterio, oboedientiam promittentes praelato, vel etiam tria emittentes vota paupertatis, castitatis, et oboedientiae, bonaque sua conferentes in monasterium. Hi dicebantur *Oblati*, *Donati*, *Commissi*, *Tertiarii*, *Semifratres*. Refert SUAREZ, ex NAVARRO, casum cuiuspiam qui his verbis se obtulit : « Ego N. me dono et offero in oblatum monasterio S. Benedicti, vovendo paupertatem, castitatem, et oboedientiam tibi eius abbati ; non autem profiteor regulam Ordinis, nec me obligo ad caerimonias et observantias eius [1]. » Qui si vere bona omnia monasterio dederant, et vestem aliqua parte mutaverant, personae erant ecclesiasticae, quibusdam donatae privilegiis, v. g. fori. Si praeterea in monasterio vitam agebant, ad monasterii familiam ascribebantur, erantque hoc modo monasterii familiares.

Ob hanc privilegiorum participationem, fieri non potuit quin aggregatio ista mox excitaret quaestiones, et latior quidam vocis usus locum daret excessibus et querelis.

Atque Tridentina aetate, illud in primis videbatur coercendum ne, neglecta condicione commorationis in claustris,

---

[1] SUAREZ, *De Religione*, tr. 7, l. 6, c. 3, n. 31. Cfr. ibidem a n. 29-33 ; et PELLIZARIUS, *Manuale regul.* tr. 1, c. 3, n. 35-42 ; BENEDICTUS XIV, *De Synodo*, l. 6, c. 3, n. 3-5.

monachi iurisdictione episcopi eximere conarentur quotquot vinculo dependentiae secum coniungerentur. Hinc quaesitum est de colonis vel villicis, de tertiariis in saeculo vel contiguam monasterio aedem habitantibus. Manifestum autem est quam multis incommodis obnoxia foret exemptio qua homines saeculares in saeculo degentes Ordinarii iurisdictionem effugere permitterentur.

Ut ergo genus hoc excessuum reprimeret, syn. Tridentina, s. 24, c. 11 Ref. spreto omnis coloris nomine, exemptionem omnibus negavit oblatis vel tertiariis, iis exceptis, « qui praedictis locis aut militiis actu serviunt, et intra eorum saepta ac domus resident, subque eorum oboedientia vivunt ». Perversi autem usus apud Ordines militares, in primis S. Ioannis Hierosolymitani, potissimum locum invenerunt. Quare occasio fuerunt cur Pontifex tria simul concurrere debere definiret, ut familiares habeas ab Ordinariis exemptos : ut ecclesiis aliisque locis dictorum militum actu serviant, et intra eorum saepta et domos resideant, ac sub eorum oboedientia vivant. (Const. *Circumspecta*, Gregorii XIII, 25 nov. 1580.)

Similes quaedam controversiae ortae sunt in missionibus longinquis inter infideles, quod ad regularium catechistas. Non nulli ex istis coeperunt se voto oboedientiae Regularibus astringere. Hinc pronum fuit ut regulares catechistas istos tamquam sibi addictos haberent, contenderentque vere esse eorum familiares, eo magis quod in locis missionum commoratio intra claustra ne pro ipsis regularibus quidem ad exemptionem exigitur. Duae tamen condiciones desiderabantur : nec bona tradiderant omnia, instar antiquorum oblatorum, nec regularibus servire dicendi erant ob cooperationem ad ministeria sacra quae Vicarii apostolici curis tamquam praesidi sunt concredita. Quocirca, Clemens IX, C. *Speculatores*, 13 sept. 1669, negavit eosdem catechistas esse auctoritati Vicariorum Apostolicorum subtractos, et nullum declaravit fore votum quo ita profiterentur oboedientiam regularibus ut iurisdictionem Vicariorum Apostolicorum simul excludere vellent. (*Collectanea Prop. Fidei*, n. 54, ed. 1, vel n. 187, ed. 2).

Applicationes ad usum hodiernum. — 1. Quamvis rari sint, reperiuntur adhuc apud quosdam regulares, v. gr. S. Benedicti vel S. Francisci, Oblati qui antiquiorum

Oblatorum seu Donatorum genus satis imitantur ut iuridicam sortem nancisci mereantur parem.

Familiares etiam sunt piae istae feminae quae, indutae interdum quendam habitum religiosum, in aditu sunt constitutae monasteriorum, ut monialibus strictae clausurae adsint in his ministeriis quae sorores conversae lege clausurae procurare non permittuntur.

2. Variis iam Institutis adiunguntur scholae seu seminaria quaedam ubi expensis Regularium et sub omnimoda eorum dependentia degunt adulescentes, in litterarum studiis versantes, qui spem dant fore ut vel ipsum paedagogorum Institutum vel aliud saltem regulare seu religiosum, peractis studiis, ingrediantur. Immo sunt quibus vestis quaedam propria, a saeculari distincta, conceditur. In huiusmodi adulescentibus nulla condicio familiaritatis deesse videtur. Namque si in Tridentina synodo et C. *Circumspecta* actuale postuletur servitium, causa est quia quaerebatur de personis quae, ex sua condicione, monasterii famulatui erant addictae. Haec igitur condicio ponitur, ut aiunt, *specificative*. *Formales* autem condiciones sunt perpetua commoratio apud regulares, oboedientia his praestanda, et vita regularium impendiis transacta. Quas perfecte adimplent alumni isti scholarum quas vocant *apostolicas*.

3. Sed aetate Tridentina non solebant regulares tecto suo recipere alumnos convictores litteris imbuendos, nec infirmos vel valetudinarios saeculares qui, proprio aere viventes, corpus tradunt curandum, vel ornandum intellectum et instituendam voluntatem. Ad istud personarum genus Tridentinum Concilium respexisse non videtur.

Quaestio itaque movetur, utrum necne definitio Tridentina ad huiusmodi personas traduci queat.

Et si verba ipsa urgere volueris, in alumnis et in aegrotis desideratur haec nota, qua familiares expensis ali dicuntur monasterii. In aegrotis praeterea deficit generalis ista subiectio cui convictores profecto sunt obnoxii.

Illud etiam addi possit. Familiares de quibus agebat Tridentinum, causam per se perpetuam habebant permanendi in monasterio, dum plures infirmi paucos tantum menses cum religiosis versari cogitant, alumnorum autem permansio feriis interrumpitur et cum studiis finem habet.

Quocirca nulla ratio seria occurrit ponendi infirmos in numero familiarium, et communi doctorum placito qui negant eosdem esse familiares, omnino astipulamur.

De ipsis alumnis res valde dubitari potest ; et si solis Tridentinis decretis esset arguendum, cum SUAREZ [1], PELLIZARIUS [2], LUGO [3], negaremus ipsos loco familiarium esse posse ; non tamen quia, ut putabant SUAREZ et LUGO, necessaria sit condicio servitii, quae in ipsis desideratur [4], sed potius quia propriis impendiis vivunt et in certum tempus tantum cum religiosis versantur.

Verum ratio etiam habenda est iurisprudentiae et benignae interpretationis quae paulatim invalescere potuit. Iam vero, benigna quaedam interpretatio, a S. Congregatione approbata [5], pro familiaribus habet domesticos istos, mercede conductos, qui precario tantum titulo conductionis operarum in breve tempus factae religiosorum tecto recipiuntur. Quod si famuli isti privilegio exemptionis fruuntur, num idem alumnis negabis qui, ut aiebat patronus regularium in causa Setina [6], multo pleniorem profitentur religiosis subiectionem ? Interrogati de familia sua, regulares profecto prius convictores quam famulos domesticos indicarint.

Hac itaque fisi argumentatione, veri similem habemus sententiam quae alumnos convictores ad familiarium numerum, ratione modo dicta, ascribit.

De alia quadam magis partiali exemptione. — Idem tamen classici scriptores, quos modo vidimus familiaritatis rationem a convictoribus et infirmis abiudicare, non omnem tamen personis istis exemptionem negassent.

Regularium enim exemptio mixtae est naturae, ita ut non tantum personas afficiat, sed et loca, monasteria, quae, ut verba usurpemus LEONIS XIII, habita sunt « iuris fictione quasi territoria quaedam ab ipsis dioece-

---

1 *De Religione*, 10, 9, 4, 12.
2 *Manuale Regularium*, 8, 3, 55 et 56.
3 *Responsa moralia*, 4, 33, 1.
4 Ita etiam in causa Setina, defensor regularium absonum esse putabat, si urgeretur condicio servitii. ACTA S. SEDIS, t. 3, p. 58.
5 Responsum in Mediolanensi, iun. 1587, cit. in Wratislaviensi, 25 ian. 1738, *Thes. Resolut., S. C. C.* t. 8, p. 354.
6 ACTA S. SEDIS, 3, 56 et 58.

sibus avulsa » [1]. Localis illa exemptio non officit quin episcopalis approbatio requiratur ad absolvendas personas quae in claustris per accidens versantur. Quid autem de Viatico et Extrema-Unctione, in loco isto extra parochi territorium constituto ?

Satis consequenter, ut videtur, regulares contendebant administrationes istas, ex loco ubi fiebant, ad Praelatum regularem spectare, sicut spectarint ad parochum parochiae ubi decumbat infirmus etiam alienae parochiae. Id tamen S. Congregatio reiecit [2]. Videlicet, suspicamur ipsam commotam fuisse alius excessus periculo, ne in fraudem parochorum religiosi in suas aedes multos reciperent hospites, pro quibus parochos supplerent.

Sic itaque ad novam pervenimus disciplinam, quae inter sacramenta minus distinguit, et, benignius fortasse quam olim, famulos domesticos omnes, et (ut probabile est) convictores eximit *penitus*, *nullatenus* autem infirmos hospites.

Nulla autem causa umquam fuit cur hospites sepeliri possent a Regularibus.

Brevis repetitio. — Hactenus dictas his paucis verbis complecti liceat.

1. *Generalis* familiaritatis *ratio* postulat ut quasi-domesticae potestati subdaris et impendiis vivas eius vel eorum quorum sis familiaris.

2. Positiva definitione Ecclesiae, nulli monasteriorum familiares sunt *exempti*, nisi diu noctuque intra claustra versari consueverint.

3. Hodie familiares regularium proprie tales sunt quidam oblati et alumni scholarum apostolicarum.

4. *Per se*, nec aegroti hospites nec alumni convictores ad familiares ascribendi sunt, sed ex loco ubi degunt a regularibus muniri possunt quibusdam sacramentis quae dicuntur parochialia.

---

[1] C. *Romanos Pontifices*. Cfr. *De Religiosis*, t. 2. n. **277**, p. 720.

[2] In Asten. iurium parochialium, 27 nov. 1717, est in *Thesauro Resolut.* t. 1, p. 12, 13 et in Wratislavien. citata in nota superiore. In causa Asten. agebatur de comite qui, mortua uxore, se contulerat ad conventum Eremitarum S. Augustini, ibique ad mortem usque vixerat, solutis alimentis monasterio. Cfr. etiam decl. S. C. Ep. et Reg. in una Cremen. 17 feb. 1649, et S. C. C. 17 sept. 1660 apud Mocchegiani, *Iurisprud. eccl.* t. 1, n. 1051, 8 et 7.

5. Iurisprudentia tamen S. Sedis beneficio illo excludit hospites saeculares. Sed severitas ista compensatur facilitate qua in familiarium numerum asciscit famulos *mercennarios* qui regularium tecto utuntur. Quod videtur, fortiori ratione, traducendum ad alumnos *convictores*.

SUPPLEMENTUM TERTIUM DECIMUM

RITUS SACRI RELIGIOSORUM AB EDITA AUTHENTICORUM DECRETORUM COLLECTIONE (1900)

Benignae operae R. P. H. DEGRELLE, *S. I. acceptam referre debemus summam quandam qua uno veluti conspectu potissima exhibentur quae in sacris Religiosorum ritibus sunt observanda vel corrigenda, ex quo, anno 1900, foras dedit S. Rituum Congregatio novissimam Collectionem Decretorum authenticorum.*

Cui Summae proponendae viam paramus plura exscribendo decreta quae vel a nobis sunt praetermissa vel primo nostrorum Periodicorum tomo sunt antiquiora.

1. *Privilegia quae per S. R. C. a S. Pontifice concedi sunt solita ad celebrandas triduanas vel octiduanas sollemnitates recens Beatificatorum vel Canonizatorum* (intra annum a Beatif. vel Canon.).

I. In sollemniis, sive triduanis pro recenter Beatificatis, sive octiduanis pro recenter Canonizatis, quae celebrari permittuntur, Missae omnes, sive sollemnes, sive privatae, inter Votivas recensendae sunt. Ob peculiarem vero celebritatem Sanctitas Sua indulget, ut omnes ac singulae dicantur cum *Gloria* et *Credo* ; semper autem habebunt Evangelium S. Ioannis in fine, iuxta Rubricas. Missa tamen sollemnis dicatur cum unica Oratione · reliquae vero privatae cum omnibus commemorationibus occurrentibus, sed Collectis exclusis.

II. Missam sollemnem impediunt tantum Duplicia primae classis, eiusdemque classis Dominicae, nec non feriae, vigiliae et octavae privilegiatae, quae praefata duplicia excludunt. Missas vero privatas impediunt etiam Duplicia secundae classis, et eiusdem classis Dominicae. In his autem casibus impedimenti, Missae dicendae sunt de occurrente festo, vel Dominica, aliisve diebus ut supra privilegiatis, prouti ritus diei postulat. In Duplicibus tamen primae classis addatur Orationi diei unica commemoratio de Beato vel Sancto sub unica conclusione : in duplicibus autem secundae classis, Orationi de die, sub sua distincta conclusione, addantur in privatis Missis,

praeter Orationem de Beato vel Sancto, omnes quas ritus exigit commemorationes occurrentes, Collectis, ut supra, exclusis. Similiter in reliquis privilegiatis diebus Missae sint iuxta ritum diei, commemoratione de Beato vel Sancto semper suo loco addita. Quod ad Praefationem spectat serventur Rubricae.

III. In Ecclesiis, ubi adest onus celebrandi Missam Conventualem vel Parochialem cum applicatione pro populo, eiusmodi Missa de occurrente Officio numquam omittenda erit.

IV. Si Pontificalia Missarum ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, Episcopo paramenta sumente, sed Hora Nona : quae tamen Hora minor de Beato vel Sancto semper erit, substitui nihilo minus eidem Horae de die pro satisfactione non poterit.

V. Quamvis Missae omnes, vel privatae tantum, impediri possint, semper nihilo minus secundas Vesperas de Beato vel Sancto sollemniores facere licebit absque ulla commemoratione : quae tamen cum votivi rationem induant, pro satisfactione inservire non poterunt.

VI. Aliae functionas ecclesiasticae, praeter recensitas, de Ordinarii consensu, semper habere locum poterunt, uti Homilia inter Missarum sollemnia, vel vespere Oratio panegyrica, analogae ad Beatum vel Sanctum fundendae preces, Litaniae lauretanae, et maxime sollemnis cum Venerabili Benedictio. Postremo vero Tridui vel Octidui die Hymnus *Te Deum* cum *Tantum ergo* et Orationibus S^mo Sacramento ac pro gratiarum actione sub unica conclusione sollemniter decantandus, numquam omittetur.

VII. Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Beatos vel Sanctos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus qui vere paenitentes, confessi ac sacra synaxi refecti, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana sollemnia peragentur, visitaverint, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis, benigne concedit : iis vero qui corde saltem contrito, durante tempore enuntiato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in iis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio exsistentibus, indulget.

2. **Ordinis Minorum S. Francisci.** — 9 april. 1900. — *De festis dioecesanis quae Regulares recolere debent, de coniunctione Missae conventualis cum Officio.*

Rev. Fr. Marianus Mendez, Sacerdos Ordinis Minorum S. Francisci, qui Kalendarium seu Directorium pro Divino Officio persolvendo in Provincia S. Gregorii Magni in Hispania munus conficiendi habet, ad pedes S. V. humiliter provolutus, quae sequuntur dubia solvenda reverenter exponit :

Pius Papa IX fel. rec., decreto *Ab expositis*, die 29 aprilis 1859 edito, omnibus religiosis Minoriticae familiae praecepit omnino conformari Kalendario generali perpetuo typis mandato anno 1857, omissis aliis Dioecesis Officiis, praeter illa patroni principalis loci, Titularis ac Dedicationis Ecclesiae Cathedralis celebranda ritu a rubricis decretisque pro Regularibus praescripto, nec non alia

particularia officia a S. Sede praeceptive concessa ecclesiasticis utriusque Cleri. Item, iuxta auctores de liturgia tractantes et Decretum S. R. Congregationis die 28 aprili 1866, *Patavina*, 4, Regulares recitare tenentur de omnibus dioecesanis festis, quae annexam habent obligationem audiendi Sacrum et abstinendi ab operibus servilibus.

Porro Fratres Minores Provinciae S. Gregorii Magni in Hispania iam dudum officium recitant Patroni principalis loci, cuius dies non est festivus pro populo, ritu duplici primae classis absque octava : verum, ex sententia eorundem scriptorum et ex decretis S. R. Congregationis, uti in *Calagurritana* n. 1095 die 28 septembris, officium Patroni Dioecesis recitari non licet illis in locis Patronum canonice electum habentibus ; quaeritur :

I. An praedicti Fratres minores teneantur officium recitare Patroni Dioeceseos, cuius dies est de praecepto festivus in tota Dioecesi, ritu pro Regularibus praescripto duplici primae classis sine octava ; vel id praetermittere debeant eo quod non sit expressum in citato decreto *Ab expositis*, et quia, sicut dictum est, iam recitant officium Patroni principalis loci ?

Insuper Religiosi suprascriptae Provinciae consuetudinem habent, ab immemorabili tempore, non recitandi officium Titularis Ecclesiae Cathedralis : quaeritur :

II. An eiusmodi consuetudinem continuare valeant : vel potius debeant Officium Titularis Ecclesiae Cathedralis recitare, ritu pro Regularibus praescripto, nempe duplici primae classis sine octava ?

Item : Rubricae Missalis et auctores de liturgia pertractantes pro hora in qua Missa conventualis celebrari debeat praefinienda, non aperte exprimunt, an praedicta Missa sequi debeat immediate post Horam canonicam assignatam ab ipsis rubricis, vel si separari liceat enuntiatam Missam ab Hora canonica, ita ut inter Missam et Horam breve vel longum aliquod temporis spatium intercedere possit ; hinc quaeritur :

III. Utrum Missa conventualis debeat celebrari immediate post canonicam Horam a rubrica et decretis designatam ; vel eas separare liceat, ita ut inter illas breve vel longum aliquod temporis spatium intercedere possit ? Et quatenus affirmative ad primam partem, quaeritur :

IV. Utrum idem sit tenendum de Missa sollemni vel cantata quae officio diei non est conformis, cum in rubricis et decretis praescribitur ut post aliquam Horam canonicam celebretur ?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad III. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad IV. *Negative* et celebretur post Nonam.

Atque ita rescripsit, die 9 aprilis 1900.

Cai. Card. Aloisi-Masella *Pro-Datarius.*

S. R. C. Pro-Praef.

D. Panici, S. R. C. Secr.

3. **Pragen.** — 2 maii 1900. — *De nominandis in oratione « A Cunctis ».*

. . . . . .

II. Cum in Bohemia Patroni Regni aeque principales sint Ss. Cyrillus, Methodius, Vitus, Wenceslaus, Adalbertus, Ioannes Nep., Procopius atque Ludmilla, quo ordine nominantur in oratione off. vot. SS. Patronorum Bohem. ?

III. Utrum praedicti Sancti Patroni in ecclesiis quae Sanctum Patronum vel Titularem habent, in oratione : *A cunctis*, exprimi omnes valeant aut debeant ? Et quatenus affirmative ad alterutram partem dubii, petiit :

IV. Utrum recta sit intercalatio in Oratione *A cunctis* :.... beatis Cyrillo, Methodio, Vito, Wenceslao, Adalberto, Ioanne, Procopio, Ludmilla, atque beato N. et omnibus sanctis.... ?

. . . . . .

Ad II. Servetur Ordo Litaniarum.

Ad III. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Ad IV. Provisum in resp. ad secundum, et nomen Sancti Patroni vel Titularis Ecclesiae ponatur post nomina Ss. Apostolorum Petri en Pauli.

Atque ita rescripsit, die 2 maii 1900.

Cai. Card. Aloisi-Masella *Pro-Datarius.*
S. C. R. Pro-Praef.
Diomedes Panici, Secretarius.

4. **Tirasonen.** — 2 maii 1900. — *Nominandi in oratione « A Cunctis » ; sequentia in anniversariis late sumptis.*

. . . . . .

V. Poteritne continuari praxis immemorabilis Cathedralis Ecclesiae Tirasonensis cuius titularis est B. V. Maria, nominandi ad litteram N. Orationis *A cunctis*, S. Attilanum patronum civitatis et Ss. Prudentium et Gaudiosum patronos aeque principales Dioecesis ?

VI. An sufficiat ut in quibusdam Missis de *Requiem* anniversariis *late sumptis*, quae in hac Cathedrali cum Diacono et Subdiacono cantantur, Sequentia *Dies irae* legatur tantum a Celebrante, aut debeat cantari a Choro ?

. . . . . .

Ad V. *Affirmative* ex gratia in casu.

Ad VI. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

. . . . . .

Cai. Card. Aloisi-Masella *Pro-Datarius.*
S. R. C. Pro-Praefectus.
D. Panici, Secret.

5. **S. Iacobi de Venezuela.** — 16 iunii 1900. — *De Expositione SS. Sacramenti, et oratione vel missa defunctorum.*

Hodiernus Archiepiscopus S. Iacobi de Venezuela sequentia dubia S. R. Congregationi exposuit, nimirum :

I. An in cotidiana expositione SS. Sacramenti post orationem *Deus, qui nobis* addi possit oratio pro defuncto vel defunctis in quorum levamen sacrum peractum sit vel preces recitatae ?

II. An in eodem sacello expositionis cotidianae SS. Eucharistiae, quod duobus constat cappellis ex adverso positis cum transitu per medium, possint celebrari Missae de *Requiem* in altari ubi non exstat expositio ?

Et Sacra Rituum Congregatio die 13 iunii 1900 rescripsit : *Negative* ad utrumque.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 16 iunii 1900.

Cai. Card. Aloise-Masella *Pro-Datarius.*
S. R. C. Pro-Praef.
Diomedes Panici, Secret.

6. **Lauden.** seu **Clericorum Regul. S. Pauli Barnabitarum.** — 17 iul. 1900. — *Commemoratio Apostolorum ; Expositio reliquiarum, exposito SS^mo ; Oratio A Cunctis ; Commemoratio Officii currentis in Missa Privilegiata.*

R. P. Aloisius Maria Sacconaghi et Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, de consensu sui R^mi Procuratoris Generalis, sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione humillime exposuit, nimirum :

I. An in locis, ubi in festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ex Apostolico Indulto, fit commemoratio omnium Apostolorum in primis et secundis Vesperis ac in Laudibus, et etiam in Missa, huiusmodi Commemoratio facienda sit in praedictis secundis Vesperis, quando die sequenti celebratur festum Commemorationis S. Pauli Apostoli, ut in Ecclesia propria, sub ritu duplici primae classis ?

II. An perdurante expositione Sanctissimi Sacramenti in altari maiori, possint in aliis altaribus exponi Reliquiae Sanctorum ac praesertim Sancti, cuius festum occurrit ?

III. An in Oratione *A cunctis* nomen S. Antonii Zaccaria Fundatoris Congregationis et in Ecclesia Barnabitarum praemitti debeat alteri S. Francisci Assisiensis, ipsiusmet Ecclesiae Titularis, aut viceversa ?

IV. Quando in aliqua Ecclesia agitur de Sancto die non propria nec assignata, et de eo, ob speciale privilegium a S. Sede obtentum, canitur et legitur Missa, ut in die festo, fierine debet Commemoratio Officii currentis ?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisita Commissionis Liturgicae sententia, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative*, omissis tamen benedictione et osculo reliquiae, quam diu SS^mum Sacramentum manet expositum.

Ad III. *Negative* ad primam partem. *Affirmative* ad secundam.

Ad IV. Servetur Decretum *Castri Maris* N. 3833 ad II, d. d. 20 iulii 1894, scilicet commemoratio Officii currentis omittatur in Missa sollemni, fiat in lectis.

Atque ita rescripsit. Die 17 iulii 1900.

Cai. Card. Aloisi-Masella, *Pro-Datarius.*
S. R. C. Pro-Praef.
D. Panici, Secret.

7. **Senogallien.** — 4 mart. 1901. — *De Missis conventualibus.*

R. D. Primus Battistini, Mansionarius et Caerimoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Senogallien., de consensu R^mi sui Ordinarii, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit, nimirum :

I. Ad quos spectet Missam Conventualem sive de feria sive de festo diebus ferialibus in Cathedrali Ecclesia celebrare ?

II. Utrum dies 19 et 25 martii computandi sint inter feriales, ita ut Missa Conventualis de feria ad Mansionarios spectet, cum in illis Festa S. Ioseph et Annuntiationis Deiparae occurrant ?

III. Num Mansionariis legitime impeditis in casu liceat pro Missa Conventuali sibi substituere Sacerdotem, qui non sit de gremio Ecclesiae Cathedralis ?

IV. Utrum tolerari possit consuetudo recitandi Sextam et Nonam Horam ante Missam Conventualem ?

V. Possuntne psalmi ita alternatim dici, ut versus alter concinatur a choro, alter vero recitetur sub organo, clara ac distincta voce, ab uno ex Mansionariis ?

VI. Utrum, absente vel deficiente sacri concentus schola, quae ex Ecclesiae huius consuetudine relativas Missae partes cantabiles et Vesperarum psalmos, uti quandoque et Matutini, exsequi solet, canonici et Mansionarii teneantur a se ipsis supplere saltem in Cantu Gregoriano ?

VII. Utrum Chorales ad asteriscum psalmorum pausam facere teneantur ?

VIII. Utrum organa pulsari queant feria V in Cena Domini per totum hymnum Angelicum et Sabbato Sancto ab eiusdem hymni initio et deinceps ?

Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, praehabita informatione et sententia R^mi D^ui Ordinarii Senogallien. audito etiam R^mo Capitulo illius Ecclesiae Cathedralis aliisque interesse habentibus, atque exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque accurate perpensis, ita respondendum censuit :

Ad I. Ad Mansionarios per turnum iuxta Decretum 2548. *Senogallien.* diei 18 februarii 1794.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Negative et ad mentem.

Ad IV. Regulariter Negative et serventur Rubricae.

Ad V. Affirmative : dummodo et organa non sileant, et insufficiens habeatur choralium numerus.

Ad VI. Affirmative.

Ad VII. Affirmative et servetur Decretum 3122 *S. Iacobi de Chile* diei 9 iulii 1864.

Ad VIII. Affirmative iuxta Decretum 3515 *Viglevanen.* diei 11 iunii 1880 ad IV, et Rubricas.

Atque ita rescripsit. Die 4 martii 1901.

D. Card. Ferrata, *Praef.*

D. Panici Archiep. Laodicen. Secr.

8. **Romana.** — 17 mart. 1902. *Missa votiva SS. Cordis Iesu.*

Hodiernus Moderator Piae Unionis Primariae SS. Cordis Iesu, ad S. Mariae de Pace in Alma Urbe constitutae, Sacrorum Rituum

Congregationi sequentia dubia, sibi proposita, pro opportuna resolutione, humiliter exposuit, videlicet :

1. Utrum Indultum de Missa Votiva Sacratissimi Cordis Iesu in prima feria VI cuiusque mensis iuxta decretum *Urbis et Orbis* N. 3712, diei 28 iunii 1889, valeat etiam pro Ecclesiis, ubi unus tantum sacerdos adest, qui Missam Conventualem officio convenientem celebrare debet ?

2. Utrum praefata Missa votiva celebrari possit diebus festivis de praecepto in Ecclesiis, ubi unus tantum sacerdos adest, qui applicare tenetur pro populo ?

3. Utrum eadem Missa dici possit in Festo Purificationis B. M. V. cum hoc Festum incidit in supradictam Feriam VI ?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque maturo examine perpensis, respondendum censuit.

Ad I. et II. *Negative.*

Ad III. Item Negative, attento mysterio, ob quod Festum Purificationis B. M. V. aequiperatur Festo Domini. Atque ita rescripsit, die 17 martii 1902.

D. Card. Ferrata *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

9. **Augustana.** — 11 april. 1902. — *Psalmus « De Profundis », in exsequiis.*

. . . . . .

I. In exsequiis, antequam cadaver efferatur, debetne cani vel tantum recitari Psalmus *De Profundis ?*

. . . . . .

Ad I. *Negative* ad Primam partem, *affirmative* ad secundam.

D. Card. Ferrata, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

10. **Labacen.** — 28 April. 1902. — *Varia de Missis pro defunctis.*

III. In anniversariis stricte sumptis laicorum, quae fundata sunt extra diem vere anniversariam ab obitu vel depositione, potestne sumi Oratio *Deus indulgentiarum Domine ?*

IV. Anniversaria late sumpta, quae ex Decreto generali n. 3753 diei 2 dec. 1891 pro fidelium pietate infra octavam Omnium Fidelium Defunctorum locum habent, suntne adeo praecise astricta ad dictam octavam, ut aliis temporibus e. g. infra octavam Dedicationis ecclesiae vel Titularis eiusdem vel in uno ex Quattuor Temporibus non permittantur ?

. . . . . .

VI. Ex Decreto n. 3944 diei 12 Ian. 1877 ad 3, et 3 apr. 1900 ad 3 et 4 in una *Vicen.* Missae privatae die vel pro die obitus seu depositionis in ecclesiis et oratoriis publicis fieri permittuntur, si in iisdem etiam fiat funus cum Missa exsequiali cum cantu, servatis servandis. Quaeritur : An funus cum Missa exsequiali in cantu fieri debeat etiam in oratoriis *semipublicis*, ut fieri inibi possint praefatae Missae lectae de Requie ?

VIII. Iuxta praefatum Decretum diei 3 apr. ad 3 et 4 in una *Vicen.* in oratoriis privatis Missae, quae ibidem legi permittuntur, possunt esse de Requie *praesente cadavere in domo.* Quaeritur : Utrum haec praesentia intellegenda sit de praesentia non solum physica sed etiam morali in *domo*, quatenus ex gravi causa ex. gr. ob contagiosum morbum cadaver vetatur haberi in *domo ?*

IX. Ex Decreto generali n. 3755 diei 2 dec. 1891 Missam exsequialem sollemnem impediunt Festa duplicia I. classis sollemnoria, sive universalis Ecclesiae sive Ecclesiarum particularium, *ex praecepto Rubricarum recolenda.* Quaeritur : Utrum haec ultima verba intellegenda sint tantum de Festis fori recolendis cum feriatione ex parte fidelium vel etiam de Festis chori sine feriatione, qualia sunt e. g. anniversarium Dedicationis propriae ecclesiae, Festum patroni regionis, dioecesis aut loci, quae non ubique recoluntur a populo ?

. . . . . .

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Affirmative.*

. . . . . .

Ad VII. *Negative*, in casu.

Ad VIII. *Affirmative*, iuxta Decretum 3903 diei 8 iunii 1896.

Ad IX. *Negative*, ad primam partem ; *Affirmative,* ad secundam, quod ad festa localia sollemniora.

D. Card. Ferrata, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

11. 7 mart. 1903. — *Benedictio domorum in Sabbato Sancto.*

Ab hodierno Parocho loci N., dioeceseos N., nuper sequentia postulata huic S. Congregationi subiecta sunt, nempe :

1° An ob extensionem paroeciae benedictio domorum in Sabbato Sancto fieri valeat horis vespertinis Feriae VI in Parasceve ?

2° Et quatenus negative, an in casu obtineri possit indultum ?

3° An benedictio domorum in Sabbato Sancto sit de iuribus parochialibus ?

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit :

Negative ad I et ad II iuxta Decretum 3645 « *Isclana* » 20 novembris 1885, ad II ; et in casu benedictio domorum poterit fieri durante hebdomada octavae Paschatis.

Ad III. *affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 7 martii 1903.

S. Card. Cretoni, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

12. 14 mart. 1903. — *De Titulari cappellae principalis Seminariorum.*

Proposito dubio : *Utrum Cappella principalis Seminariorum sollemniter benedicta cum speciali titulo, gaudeat privilegiis quae competunt Sanctis vel Mysteriis titularibus cuiusvis Ecclesiae, sive Oratorii publici sollemniter benedicti, nempe, ut in Oratione* A cunctis, *et in Suffragiis Sanctorum* ad Laudes et ad Vesperas *Titularis nominetur ?*

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit : *Affirmative* iuxta Decreta n. **4025**. diei 5 iunii 1899, ad V, et n. **4043,** diei 27 iunii 1899, ad I et ad VIII.

Atque ita rescripsit, die 14 martii 1903.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

13. **Pisana.** — 20 mart. 1903. — *Usus instrumentorum, dum cantantur Lamentationes.*

Cum ex Caerimoniali Episcoporum et ex pluribus Sacrorum Rituum Congregationis Decretis, non obstante consuetudine permitti nequeat ut Feriis IV, V et VI Maioris Hebdomadae cantentur simul cum sono organi et aliorum instrumentorum Lamentationes, Responsoria et Psalmus *Miserere* ac reliquae liturgicae partes, Rmus Dnus Guidus Salvioni Canonicus decanus et vicarius de choro Ecclesiae Primatialis Pisanae, haec probe noscens, ab eadem Sacra Congregatione sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitavit, nimirum :

I. An in Ecclesia Primatiali Pisanae, Feriis supradictis, attenta antiqua consuetudine tolerari possit ut cantus Lamentationum, Responsoriorum et Psalmi *Miserere* fiat simul cum instrumento *Harmonium* et aliis instrumentis sine strepitu, *a corda*, *violini*, *viole*, *contrabassi* nuncupatis ?

II. Et quatenus negative ad I, an saltem tolerari possit in casu sonus tantum instrumenti *Harmonium* ?

Et sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Rmo Dno Archiepiscopo Pisano, et exquisita sententia Commissionis Liturgicae respondendum censuit : *Negative ad utrumque*, iuxta Caerimoniale Episcoporum Lib. I, Cap. XXVII, et Decreta *2959*, *Taurinen.* 11 sept. 1847 ad I, *3804*, *Soana*, 16 iunii 1893 ad II, et *4044 Bonaëren.* 7 iulii 1899, ad I.

Atque ita rescripsit et servare mandavit.

Die 20 martii 1903.

D. Card. Ferrata, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

14. **S. Marci et Bisianen.** — 2 sept. 1903. *Translatio festi de praecepto, incidentis feria VI in Parasceve vel Sabbato Sancto.*

R. D. Franciscus Maria Greco, S. Theol. Doctor, Archipresbyter Curatus Acrii, Redactor Kalendarii pro Dioecesibus aeque-principaliter unitis S. Marci et Bisinianen., sequentis dubii opportunam solutionem a Sacrorum Rituum Congregatione humillime efflagitavit ; nimirum :

S. Franciscus de Paula est Patronus Præcipuus Civitatis et Dioeceseos Bisinianen., cuius festum, sub ritu duplici I Classis cum Octava et praecepto audiendi Sacrum et a servilibus vacandi, agitur die 2 mensis aprilis ; sed anno proxime venturo 1904 occurrit in Sabbato Maioris Hebdomadae. Quaeritur :

An festum supradictum et Festum quodlibet sub utroque praecepto etiam particulare aut Patroni praecipui regionis, dioe-

cesis, civitatis vel oppiduli occurens in feria IV Parasceves vel Sabbato Sancto transferri debeant quod Officium et utrumque praeceptum ad primum diem sequentem liberam iuxta Rubricas et Decreta?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: « *Affirmative* quoad Officium, *negative* quoad utrumque praeceptum iuxta Decreta n. 2164 *Monopolitana* 20 martii 1706 et n. 2305 *Barcinonen.*, 10 decembris 1733 ».

Atque ita rescripsit. Die 2 septembris 1903.

M. Card. Mocenni.

D. Panici, Archiep. Laodicen., S. R. C. Secret.

15. **Meten.** — 27 nov. 1903. — *De ordinando Calendario.*

Hodiernus redactor Kalendarii Dioeceseos Metensis, de consensu sui R^mi^ Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione solutionem insequentium dubiorum humillime imploravit; nimirum:

I. Plures Ecclesiae Dioeceseos Meten. habent Titulares seu Patronos aeque principales SS. Iacobum Apostolum et Christophorum martyrem, die 25 iulii in Kalendario descriptos. Quaeritur quomodo ordinandum sit Officium cum Missa in casu?

II. Ex Decreto S. R. C. diei 7 septembris 1903 concessum est Ecclesiis et Oratoriis Congregationis Missionis et Puellarum Caritatis festum Patrocinii S. Vincentii a Paulo die 20 Decembris sub ritu duplici maiori recolendum. Cum autem in Oratoriis puellarum Caritatis, pro Missis omnibus (exceptis Missis festorum quae in Oratoriis ex privilegio concessae sunt) Sacerdotes celebrantes sequantur Kalendarium Dioecesanum, non autem Kalendarium Congregationis Missionis, hinc quaeritur, quotiens praedictum festum occurrit in Dominicam IV Adventus, ut eveniet hoc anno 1903, debetne, in Oratoriis puellarum Caritatis transferri in primam diem liberam iuxta Kalendarium Congregationis Missionis, an potius in primam diem liberam iuxta Kalendarium Dioecesanum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, re accurate perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. *Duo festa agenda sunt separatim, et S. Christophorus transferatur iuxta Rubricas et Decretum n. 3714 Ruremonden. 12 iulii 1899.*

Ad II. *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Atque ita rescripsit. Die 27 novembris 1903.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep., Laodicen., Secret.

16. **Compostellana.** — 8 ian. 1904. — *Vis decreti in Pisana, 20 mart. 1902.*

Cum ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis in una *Pisana* diei 20 martii anni super elapsi 1903, tolerari non possit ut cantus Lamentationum, Responsoriorium et Psalmi *Miserere* in Feriis IV, V, VI. Maioris Hebdamadae fiat simul cum instrumento

« Harmonium » et aliis instrumentis sine strepitu, « a corda, violini, viole, controbassi » nuncupatis, neque cum solo instrumento « Harmonium » Emus et Rmus Dnus Cardinalis Joseph Maria Martin de Herrera y de Iglesia, Archiepiscopus Compostellanus ab eadem Sacra Congregatione sequentis dubii opportunam declarationem reverenter expostulavit, nimirum :

« An praedictum Decretum habendum sit tamquam Decretum generale, seu Urbis et Orbis, ita ut ubique obliget, non obstante quacumque consuetudine in contrarium etiam immemoriali? »

Et Sacra Rituum Congregratio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit :

Affirmative, cum Decretum Rubricas respiciat universam Ecclesiam spectantes, et in casu provisum etiam Motu proprio SSmi D. Pii Papae X, super Musica Sacra d. d. 22 novembris 1903 et subsequenti Decreto S. R. C. Urbis et Orbis, hac die 8 ianuarii 1904.

S. Card. Cretoni, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

17. **Plocen.** — 29 ian. 1904. — *Lingua Vernacula inter Missam cantatam.*

Cum quaedam Ephemerides Polonicae, quae Varsaviae eduntur, nuper asseruerint, aliquem Ordinarium huius Provinciae Varsavien. obtinuisse a S. Sede permissionem pro populo, canendi iuxta antiquum morem, tempore Missae sollemnis, sine Ministris sacris celebratae, varias cantilenas pias in lingua vernacula, omissis iis, quae a rubricis cani præscribuntur, hodiernus Rmus Dnus Episcopus Plocensis, a Sacrorum Rituum Congregatione opportunam sequentium dubiorum solutionem reverenter expetivit :

I. Sitne reapse data talis permissio cuidam Antistitum huius Varsaviensis Provinciae?

II. In casu affirmativo ad Ium, sitne hoc merum tantummodo privilegium pro una Dioecesi, vel extendi possit ad omnes Dioeceses huius Provinciae?

III. In casu affirmativo ad IIum, sintne Decreta Sacrae Rituum Congregationis n° 3365 *Clodien.* 7 aug. 1875, ad VII., n° 3496 *Praefecturae Apostolicae de Madagascar*, 21 iunii 1879 ad I., n° 3880 *Bisarchien.* 31 ian. 1896, et n° 3994 *Plocen.* 25 iunii 1898 ad I. abrogata?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative et ad tempus:* quoad supradictas cantilenas die 22 aprilis 1899 ; sed haec permissio iam fuit revocata *Motu proprio* SSmi D. N. Pii Papae X *super musica sacra*, 22 novembris 1903 et *Decreto* S. R. C. *Urbis et Orbis*, 8 ianuarii 1904.

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Negative* et serventur Decreta praedictis *Motu Proprio* et Decreto *Urbis et Orbis* confirmata.

Atque ita rescripsit. Die 19 ianuarii 1904.

S. Card. Cretoni, *Praef.*
D. Panici, Archiep., Laodicen., Secret.

18. **Utinen.** — 5 mart. 1904. — *Lingua vulgaris in sacris functionibus.*

Rmus Dominus Petrus Zamburlini, Archiepiscopus Utinensis, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur, pro opportuna declaratione, reverenter exposuit; nimirum :

In extrema parte orientali Archidioeceseos Utinensis sunt paroeciae quae in toto vel in parte constant ex incolis sermonem linguae slavicae affinem habentibus. In duabus ex his viget immemorialis consuetudo feria VI in Parasceve Passionem Domini lingua slavica vulgari cantandi dum celebrans eandem latine recitat. Insuper in iisdem aliisque paroeciis supradictis a viginti circiter annis atque opera sacerdotum agitationi panslavisticae adhaerentium, paulatim inducta est lingua slavica vulgaris in quasdam liturgicas functiones. Hinc idem Rmus Archiepiscopus, ut huiusmodi functiones recte peraguntur, expostulavit :

I. Num cantari liceat Passio Domini Feria VI in Parasceve lingua vernacula in duabus praefatis paroeciis, attenta consuetudine immemorabili?

II. An cantari possint in lingua vulgari hymnus *Tantum ergo*, *Genitori* et Litaniae Lauretanae, exposito SSmo Sacramento?

III. Ad adhiberi possit idioma vernaculum in administratione communionis extra Missam?

IV. Et in administratione baptismi?

V. Et tandem in precibus a Summis Pontificibus Missa finita praescriptis?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia alterius ex suis Consultoribus et Commissionis liturgicae, omnibusque sedulo perpensis rescribendum censuit :

Ad I. *Negative* et ad mentem. Mens est : Responsio negativa respicit tam Missam lectam quam cantatam, et Rmus Archiepiscopus Utinensis curet pro sua prudentia removere abusum ubi invaluit et impedire quominus alibi introducatur...

Ad II. *Negative* et serventur Decr. N. 3496 *Praefecturae Apostolicae de Madagascar* 21 iunii 1879 ad I; N. 3530 *Neapolitana* 23 martii 1881; et N. 3537 *Leavenworthien.* 27 februarii 1882 ad III.

Ad III. *Negative* iuxta Decretum N. 2725 *Ordinis Minorum Capuccinorum Provinciae Helveticae* 23 maii 1835, ad V.

Ad IV. *Affirmative* quoad quaestiones et responsa patrini vel matrinae, si eadem a parocho prius sermone latino recitentur.

Ad V. *Affirmative*, dummodo versio sit fidelis et ab Ordinario approbata.

Atque ita rescripsit. Die 5 martii 1904.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

19. **Ceneten.** — 5 mart. 1904. — *Exsequiae ; Missa cantata sine ministris ; communionis dispensatio a sacerdote celebraturo.*

R. D. Victorinus Costa cui concredita est Paroecia loci « Vidor » nuncupati, intra fines Dioeceseos Ceneten., de consensu sui Rmi

Episcopi, sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime exposuit; nimirum :

I. In dicta Paroecia omnibus feriis sextis per annum non impeditis de more celebratur Missa cum cantu pro defunctis et postea celebrans, deposita casula et manipulo, sine pluviali et absque incensatione, peragit exsequias super stratum : quaeritur : Rectene id fit? et quatenus negative, debet celebrans induere pluviale et incensare?

II. In Missis cum cantu absque ministris, deficiente lectore qui epistolam canat, potest vel debet celebrans eam canere?

III. Sacerdos celebraturus potest paratus cum casula distribuere communionem fidelibus ante Missam, et postea ad aliud altare pergere ad Missam celebrandam? et quatenus negative, potest indutus alba et stola Eucharistiam distribuere et inde, assumpta casula, pergere ad celebrandum in alio altari?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, rescribendum censuit :

Ad I. *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam, iuxta Rubricas Missalis de Ritu absolutionis et *Decretum* N. 3108. *Sancti Marci*, 7 septembris 1861 ad IV.

Ad II. Servetur Rubrica Missalis (Ritus servandus, tit. VI, N. 8) et *Decretum* N. 3350, *Lisbonen.* 23 Aprilis 1875.

Ad III. Servetur *Decretum* N. 2740, *Tridentina*, 12 martii 1836, ad XI.

Atque ita rescripsit. Die 5 Martii 1904.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

Diomedes Panici, Archiep. Laod., Secret.

20. **Congr. Cler. Reg. Infirmis Ministrantium.** — 10 iun. 1904. — *Officium votivum cum missa de Immac. primo cuiusvis mensis sabbato.*

R^mus Pater Procurator Generalis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium, vota Coetus Generalis nuper in Urbe coacti, humillime depromens, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X enixis precibus rogavit, ut privilegium suaemet universae Congregationi anno 1765 concessum, persolvendi nempe Officium votivum cum Missa de Immaculata B. M. V. Conceptione, quolibet per annum sabbato, in quo festum ritus duplicis vel semiduplicis non occurrat, aut feria seu vigilia vel octava privilegiata, transferre atque amplificare dignaretur insequenti modo, nimirum: in cunctis domibus eorundem Clericorum Regularium primo cuiusque mensis sabbato, qui festo duplici primae aut secundae classis, vel aliqua ex enuntiatis feriis, vigiliis atque octavis non impediatur, Officium votivum cum Missa de Immaculata Deiparae Virginis Conceptione in posterum recitari valeat. Sanctitas porro Sua, referente E^mo et R^mo Domino Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto, petitum privilegium ita benigne indulgere dignata est, ut memoratis Clericis Regularibus Officium votivum cum Missa Immaculatae B. M. V. Conceptionis liceat persolvere primo cuiusvis mensis sabbato non impedito a festo duplici primae aut secundae classis, vel a festis, vigiliis atque Octavis B. M. V. integrum Officium habentibus, necnon a ceteris feriis, vigiliis

Octavisque privilegiatis : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 iunii 1904.

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

21. **Congr. Missionis.** — 2 dec. 1904. — *Translatio festorum.*

Revmus P. Augustinus Veneziani, Procurator Generalis Congregationis Missionis, exponens Festum Manifestationis Immaculatae Virginis Mariae a Sacro Numismate, die 27 Novembris a Sacerdotibus ipsiusmet Congregationis ac Puellis a caritate recolendum, saepius impediri occursu Dominicae primae privilegiatae Sacri Adventus : Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X. supplicibus votis rogavit, ut in casu eiusmodi impedimenti, tamquam in sedem propriam enuntiatum Deiparae Festum in diem 28 sequentem transferri valeat. Itemque expetivit ut festum secundarium translationis Reliquiarum S. Vincentii a Paulo dominicae secundae post Pascha affixum, quotiens ea dominica impeditum occurrerit, in feria secunda immediate sequenti liceat reponere. Sacra porro Rituum Congregatio utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 decembris 1904.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

22. **Societatis Paris. Missionum ad Exteros.** — 14 dec. 1904. — *Color missae votivae de Propagatione Fidei.*

Revmus P. Petrus Xaverius Cazenave, Procurator Generalis Societatis Parisiensis Missionum ad exteros, SS. Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit; nimirum :

Die 5 martii 1787 approbata fuit Missa votiva de Fidei Propagatione pro omnibus et singulis Missionariis ubique gentium exsistentibus, et die 21 aug. 1841 concessa fuit etiam Dioecesibus, in quibus adest Societas Propagationis Fidei in Gallia instituta. Nunc autem ambigitur et quaeritur : Quinam sit color paramentorum in praedicta Missa votiva adhibendus ?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitiis die 29 novembris hoc vertente anno ad Vaticanum habitis, re sedulo perpensa una cum voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit : « *Adhibendum esse colorem violaceum* ». Atque hanc Sacri Concilii resolutionem SSmus Dnus Noster Pius PP. X ratam habuit et probavit, die 14 decembris 1904.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

23. **Ord. S. Benedicti Congr. Austriacae.** — 26 ian. 1905. — *Titularis ecclesiae abbatialis an celebrandus in parochiis incorporatis.*

R. P. D. Willibaldus Hauthaler, Abbas monasterii ad S. Petrum

Salisburgensis, Congregationis Austriacae de S. Ioseph, Ordinis S. Benedicti, ut omnia in Officio Divino rite peraguntur, S. Rituum Congregationi sequentia dubia solvenda humillime proposuit; nimirum :

I. An festum Titularis Ecclesiae abbatialis in ecclesiis monasterio incorporatis, praeter Titularem Ecclesiae parochialis, celebrandum sit ritu duplici I^ae classis cum Octava, eo quod ibi monachi qua parochi curam animarum exercent?

II. An in Officio, praeter suffragium Titularis Ecclesiae parochialis, in casu dicendum sit etiam illud Titularis Ecclesiae abbatialis?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque sedulo perpensis respondendum censuit : *Negative* ad utrumque dubium.

Atque ita rescripsit. Die 26 ianuarii 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

24. **Compostellana.** — 3 feb. 1905. — *Consuetudo transferendi sollemnitatem externam SS. Corporis Domini.*

E^mus et R^mus D^nus Cardinalis Ioseph Maria Martin de Herrera y de la Iglesia, Archiepiscopus Compostellanus Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur reverenter exposuit; videlicet :

In permultis paroeciis Archidioecesis S. Iacobi de Compostella, ex antiquissima consuetudine, festum SS^mi Corporis Christi non celebratur in proprio festivitatis die, sed in alio quocumque etiam feriato qui solet esse postridie festum Sancti Patroni vel post aliam sollemnitatem loci, quibus diebus plures sacerdotes assistunt et parochiani, ut plurimum pauperes, minores sumptus faciunt. Hinc idem E^mus vir expostulavit : Utrum huiusmodi consuetudo continuari possit.

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, propositae quaestioni respondere rata est : *Negative*, si pro festo, intellegatur Officium cum Missa sub relativo ritu cum Octava : *Affirmative*, si festum dicatur sollemnitas tantum externa cum unica Missa sollemni vel cantata et Processione cum SS^mo Eucharistiae Sacramento : iuxta Indultum s. m. Pii Papae IX Ecclesiis particularibus Archidioeceseos Compostellanae concessum per decretum S. R. C. die 25 iulii 1861.

Atque ita rescripsit, die 3 februarii 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

25. **Decretum.** — 8 feb. 1905. — *Litaniae SS. Nominis Iesu. Additio.*

Litanias in honorem SANCTISSIMI NOMINIS IESU Apostolica Sedes iuxta unicam formam probatas tercentum dierum indulgentia ditavit atque Breviarii Romani editionibus inseri decrevit. Quo vero Christifidelibus huiusmodi Litanias devote recitantibus ineffabilis Eucharistiae mysterii memoria salutariter excitaretur,

quidam Sacri Antistites, praeeunte Emo et Rmo Dno Cardinali Adulpho Perraud, Episcopo Augustodunensi, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X adierunt supplices, ut in iisdem Litaniis obsecrationi *Per ascensionem tuam, libera nos Iesu*, de Apostolica venia, immediate adiciatur altera : *Per Sanctissimae Eucharistiae institutionem tuam, libera nos Iesu*. Sanctitas porro Sua, his votis ac precibus ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatis, pro impenso quo flagrat studio et amore erga Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, libenter annuens praedictam in Litaniis SSmi Nominis Iesu additionem atque obsecrationem, ab iis tamen, qui optarent, dioecesium Ordinariis, fieri posse concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8 februarii 1905.

A. Card. Tripepi, *S. R. C. Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

26. **Placentina in Hispania.** — 12 maii 1905. — *Anticipatio matutini.*

Hodiernus Revmus Episcopus Placentinus in Hispania Sacrorum Rituum Congregationi reverenter exposuit :

Ex controversia, abhinc paucis annis exorta circa horam, qua Matutinum pro insequenti die incipi possit, asserentes quidam talem horam esse secundam pomeridianam, negantes alii, eamque protrahentes ad dimidietatem vesperae, prout in Directoriis dioecesanis praescribitur, quandam anxietatem non parvipendendam oriri inter obstrictos ad Divinum Officium. Quapropter idem Revmus Episcopus sequentia dubia solvenda subiecit :

I. Utrum, in privata recitatione Matutinum, pro insequenti die, incipi possit hora secunda pomeridiana, aut standum sit tabellae Directorii dioecesani omni tempore ?

II. Utrum etiam in publica seu chorali recitatione officium incipi possit hora secunda pomeridiana ?

III. Utrum hora recitandi Matutinum annumerari queat indiscriminatim ex meridiano circulo locali, aut ex meridiano circulo officiali dicto *Greenwich*, qui quidem anticipat horam circuli localis per tertiam horae partem plus minusve ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa respondendum censuit :

Ad I. Consulantur probati auctores.

Ad II. *Negative*, nisi habeatur Indultum.

Ad III. Ad libitum.

Atque ita rescripsit. Die 12 maii 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

27. **Agennen.** — 19 maii 1905. — *Translatio festorum ; Commemorationes. Occurrentia.*

Hodiernus Calendarii Agennensis Redactor, de consensu Revmi sui Ordinarii, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia, pro opportuna solutione proposuit :

I. An in Ecclesia, ubi S. Felix (14 ian.) est Patronus vel Titularis, festum S. Hilarii reponi debeat, tamquam in sedem propriam, in diem 19 ianuarii, quae est dies infra Octavam, cum de S. Canuto nihil sit agendum ? Et quatenus *affirmative*, an Calendarium particulare huic responsioni contrarium sit corrigendum ?

II. An dies 28 ianuarii adeo sit propria festo SSmi Nominis Iesu transferendo, iuxta decretum 6 sept. 1895, ut hoc festum poni nequeat in diem 19 ianuarii, quae est dies infra Octavam v. gr. S. Hilarii Patroni et Titularis, quando nempe Dominica II post Epiphaniam incidit in diem 14 ianuarii, ut anno proximo eveniet ? Et quatenus *Affirmative*, an Calendarium particulare sit corrigendum ut supra ?

III. Utrum festum Purificationis cum Dominica Septuagesimae occurrens, transferri debeat in diem 4 februarii, quando scilicet feria II seu die 3 februarii occurrit festum Patroni vel Titularis seu duplex primae classis, vel ulterius transferendum sit in primam diem non impeditam iuxta Rubricas ?

IV. Quando festum SSmi Cordis Iesu die 29 iunii occurrit, in diem 30 transfertur tamquam in sedem propriam. Quid vero in Ecclesia propria S. Pauli, cuius festum est primae classis et primarium ? Utrum festum SSmi Cordis transferri debeat iuxta Rubricas in proximam diem non impeditam, an potius in Dominicam, ne longius protrahatur, translato inde festo Pretiosissimi Sanguinis in feriam III sequentem ?

V. An, ubi adest obligatio chori, si son cantetur Missa officio conformis, in Missa sollemnitatis in Dominicam translatae fieri debeant commemorationes, et quaenam sunt illae commemorationes ?

VI. An festo Patroni vel Tituli Ecclesiae occurrente cum Dominica in Albis vel Trinitatis, possit cantari Missa Patroni vel Tituli praesertim ubi non adest obligatio chori, cum hae duae Dominicae non annumerentur in Rubrica Missalis de Translatione festorum ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque sedulo perpensis respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad IV. Transferatur in Dominicam sequentem, translato festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. in feriam III sequentem.

Ad V. Servetur Decretum n. 3754 *Declarationis Indulti pro sollemnitate festorum transferenda* 2 dec. 1891 ad II.

Ad. VI. *Negative*, et serventur Rubricae reformatae Missalis Romani tit. VI *De translatione festorum*, et decreta n. 3754 uti supra ad III, et n. 3924 *Strigonien.*, 3 iulii 1896 ad V.

Atque ita rescripsit. Die 19 maii 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

28. **Ord. Praedicatorum.** — 23 aug. 1905. — *Translatio festi SS. Rosarii ob festum S. Remigii, in quibusdam Galliae dioecesibus.*

Cum in Archidioecesi Rhemensi et in quibusdam Dioecesibus

Galliarum festum S. Remigii Episcopi Confessoris quotannis celebretur Dominica prima octobris, et, ideo, sollemnitas Sanctissimi Rosarii amandetur in diem aliquam subsequentem, non semper Dominicam, saepius evenit, ut Fideles qui Confraternitati Sanctissimi Rosarii nomen dederunt, quique manualibus operibus, ut plurimum, addicti sunt, indulgentias illius sollemnitatis lucrari nequeant. Quare reverendissimus Pater Fr. Henricus Desqueyrous, Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum, plurium Confratrum Sanctissimi Rosarii vota depromens, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X enixe rogavit, ut quibus in locis sollemnitatem praedictam impeditam esse contingat Dominica prima Octobris, eadem, Dominica subsequenti, h. e. secunda celebrari possit. Sanctitas porro sua, referente infrascripto Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto Cardinali, ita precibus annuere dignata est, ut in Archidioecesi tantum Rhemensi aliisque Galliarum Dioecesibus, in quibus festum S. Remigii instituitur praedicta Dominica prima octobris, sollemnitas Sanctissimi Rosarii recolatur Dominica secunda eiusdem mensis, cum unica Missa sollemni et altera lecta propriis : dummodo non occurrat duplex primae classis, vel aliquod festum B. V. M.; neque omittatur Missa parochialis Officio diei respondens, ubi eiusdem celebrandae adsit onus : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 augusti 1905.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

29. **Buscoduc.** — 24 nov. 1905. — *Translatio missae exsequialis.*

Cum quaedam difformitas reperiatur in interpretandis Decretis S. R. C., nempe n. 3755, *Missae exsequialis pro die obitus* 2 Decembris 1891 ad III, et *Labacen.* 28 aprilis 1902 ad X, hodiernus Kalendarista dioecesis Buscoducensis in Hollandia, professor in Instituto surdo-mutorum parochiae *Gestel* S. Michaëlis, de consensu R^mi^ sui Episcopi a Sacrorum Rituum Congregatione insequentium dubiorum solutionem humillime expostulavit.

I. Gaius mortuus feria IV in Maiori Hebdomada sepelitur feria VI in Parasceve Domini. Quaenam est prima dies liturgice non impedita, qua eius Missa exsequialis sollemniter peragi potest : utrum feria IV Hebdomadae Paschalis, an vero feria II post Dominicam in Albis, in qua non occurrit duplex I vel II classis aut festum de praecepto?

II. An Missa exsequialis sollemnis vel cum cantu, ob impedimentum liturgicum ultra biduum a sepultura translato, celebrari possit in diebus duplicia II classis excludentibus?

III. An Missa de Requie pro prima vice post obitum vel eius acceptum a locis dissitis nuntium, de qua in Decreto n. 3755 ad III, celebrari possit : 1° infra Octavam Epiphaniae : 2° infra Octavas Nativitatis Domini et SS^mi^ Corporis Christi in locis, ubi haec non est privilegiata ad instar Octavae Epiphaniae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii exquisita etiam sententia Commissionis Liturgicae rescribendum censuit :

Ad I. Prima dies libera est in casu feria II post Dominicam in Albis, iuxta Decretum *Labacen.*, 28 aprilis 1902 ad X.

Ad II. *Negative*,

Ad III. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam, excepta tamen die Octava Corporis Christi, uti ex Decreto supra citato.

Atque ita rescripsit. Die 24 novembris 1905.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

30. **Ordinis Fr. Minorum S. Francisci Capuccin.** — 22 ian. 1906. — *Usus calendarii, missalis et martyrologii in eccl. vel orator. tertiariorum.*

Procurator Generalis Ordinis Minorum Capuccinorum, nomine Ministri Generalis eiusdem Ordinis, ad genua Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter supplicat pro gratia ut ad normas similis privilegii a Summo Pontifice Pio VI (Const. « Religiosos Ordines » diei 6 septembris 1785) Ordini Fratrum Minorum concessi, et declarationum a Sacrorum Rituum Congregatione sub die 8 augusti 1835 (*Decret. authen. S. R. C.* n. 2735 ad VI), et 15 aprilis 1904 editarum, non solum Moniales Capuccinae secundi et tertii Ordinis Regularis, quae iam vigore privilegii Sacrorum Rituum Congregationis diei 24 ianuarii 1688 (*Decret. authen.* n. 1790 ad II), hanc gratiam consecutae sunt, sed etiam omnes utriusque sexus Tertiarii in communitate viventes, et vota simplicia emittentes, qui sint Instituti aliquam coniunctionem in sua origine aut progressu cum Ordine Minorum Capuccinorum habentis, aut qui ad tramitem Decreti Sacrae Congregationis Indulgentiarum diei 28 augusti 1903 et Rescripti Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium diei 18 novembris 1905, eidem aggregati fuerunt, aut in futuro aggregabuntur, licet etiam non divinum Officium cotidie recitent, sed Officium Deiparae parvum aliasque preces dumtaxat persolvant in suis Ecclesiis et Oratoriis, uti valeant Kalendario. Missali ac Martyrologio ad usum Fratrum Minorum Capuccinorum a Summo Pontifice Leone XIII, sub die 4 decembris 1894 approbatis, ita tamen ut si sint Sacerdotes. Ecclesiae sive simplici sive Parochiali canonice mancipati, in festis Patroni Principalis tituli ac Dedicationis Ecclesiae tam propriae quam Cathedralis, necnon quibus diebus Missam applicare debent pro populo, teneantur in Officio et Missa sequi Kalendarium Dioecesis prouti Fratres primi Ordinis, ac deinde, recurrente iuxta Kalendarium primi Ordinis aliquo Officio secundum Ordinem Dioecesanum iam recitato, prouti fit in eodem primo Ordine, impeditorum festorum repositionem seu translationem disponere.

Et Deus etc.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa X tributis, attentis expositis, benigne precibus annuit : exceptis tamen Tertiariis Franciscalibus tam saecularibus quam Regularibus, qui Kalendarium Ordinis Fratrum Minorum seu Conventualium in Horis Canonicis persolvendis Sacroque litando iam assumpserint. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 ianuarii 1906.

ALOYSIUS Card. TRIPEPI, *S. R. C. Prof-Praef.*
Diomedes Panici, Archiep. Laodicen., S. R. C. Secret.

31. **Vilnen.** - 16 feb. 1906. — *Expositio pyxidis.*

. . . . . .

II. In eadem dioecesi (Vilnensi) solent cantari. post missam sollemnem, invocationes *Sanctus Deus*, *Sanctus Fortis*, *Sanctus Immortalis*, etc. coram SS^mo Eucharistiae Sacramento exposito in Pyxide. Quaeritur, utrum expositio haec fieri possit per expositionem Pyxidis in superiori parte Tabernaculi ; eo fine ut Pyxis possit a frequenti populo bene videri, an SS. Sacramentum non possit e tabernaculo tolli.

. . . . . .

Ad II. *Negative* ad primam partem ; *Affirmative* ad secundam.

A. Card. Tripepi, *Pro-Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicens. Secret.

32. **Aversana.** — 8 aug. 1906. — *Locus laicorum in Processionibus.*

Hodiernus R.^mus Pro-Vicarius Generalis Aversanae dioecesis Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum :

I. An in Sanctorum Processionibus liceat laicis sive adultis sive pueris sine sacco, aliquo tamen catholico signo exornatis, et intorticia manu ferentibus, sodales confraternitatum sacco indutos et clerum praecedere, an debeant ipsi, in hisce Processionibus B. M. V. vel Sanctorum statuam sequi ?

II. An quod in casu disponitur de Sanctorum Processionibus debeat intellegi etiam de Processionibus Paenitentialibus, quando nempe clerus cum populo adeunt Dei templum ad implorandam divinam misericordiam ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. Possunt procedere vel ante sodales confraternitatum sacco indutos vel post sacras imagines.

Ad II. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 8 augusti 1906.

D. Panici, *Arch. Laodicen., Secret.*

BIBLIOGRAPHIA [1]

(Sine nomine). *Le secret des Communions ferventes.* Picard-Balon, Éditeur. Namur, 1907.

Divisé en deux parties de 64 et 221 pages.

I. Exposé théorique de ce qu'il faut faire pour communier avec ferveur. II. Application pratique des principaux exposés: Nombreuses préparations et actions de grâces suivant différentes méthodes. Sainte Messe et Chemin de Croix pour préparer à la Sainte Communion.

J. Hilgers. S. I. *Maria, der Weg zu Christus*, Gebet-und Andachtsbuch 1 vol. in-32 X-606 p. (M. 1,60 ; geb. 2 M.) Herder, Freiburg i. B. 1907.

1r Teil. Die Katholische Lehre über die Gottesmutter Maria.

2r Teil. Die Nachfolge Maria. Betrachtungen über das Leben der Gottesmutter.

3r Teil. Gebete und Andachten. Vorzugsweize zur Verehrung Maria.

J. Mahieu, Directeur du Grand Séminaire de Bruges. *Le décret sur la communion quotidienne.* In-32, 94 p. Desclée, De Brouwer, Lille, Paris, Bruges, 1907.

Introduction. Le Décret et son importance.

Première Partie. Exposé des motifs du décret.

Seconde Partie. Commentaire du dispositif.

J. B. Ferreres, S. I. *La comunion frecuente y diaria según las ensenanzas y prescripciones de Pio X.* Comentario canónico-moral sobre el decreto *Sacra Tridentina Synodus.* In-16, 140 p. Barcelona, Gili, 1907.

Prólogo. — El Decreto *Sacra tridentina*. Su importancia extraordinaria. — Parte expositiva : fundamentos dogmáticos ; fundamentos históricos. — Parte dispositiva del decreto. — Texto latino.

Comentario.

Appendice I. Texto de la carta de la S. C. al Obispo di Brescia. Texto del decreto *Cum ad aures.*

Appendice II. Traduccion castellana del decreto *Sacra Tridentina.*

---

[1] Tous les ouvrages cités dans la Bibliographie sont en vente chez M. Beyaert, Libraire, Bruges.

QUAESITA VARIA

DE SODALICIO EUCHARISTICI FOEDERIS EIUSQUE PRIVILEGIIS

1. Sodalicium istud erectum est canonice litteris Em. Cardinalis Urbis Vicarii, 27 iulii 1906, in ecclesia S. Claudii de Urbe. In eadem ecclesia, quae a Congregatione Presbyterorum SS. Sacramenti possidetur, iam ab anno 1885 constituta est *Eucharistica Unio Sacerdotum Adoratorum (Association des Prêtres Adorateurs du Saint Sacrement)*. Huius socii singulis hebdomadis per integram horam SS. Eucharistiam adorant, atque, ex Indultis 8 febr. et 13 mart. 1905, pluribus fruuntur privilegiis, v. gr. anticipandi Matutinum cum laudibus ab h. 1 post meridiem. (Cfr. plura in propriis Unionis periodicis vel apud BERINGER, *Die Ablässe*, ed. 13, 1906, p. 777, n. 66.) Dum fine suo Unio ista inter sacerdotes cultum et apostolatum SS. Eucharistiae mutuamque caritatem promovere vult, recens sodalitas *Sacerdotalis Eucharistici Foederis* eo fine est instituta ut, ad mentem Decreti *Sacra Tridentina* 20 dec. 1905, cotidiana vel frequens SS. Eucharistiae sumptio inter fideles diffundatur.

2. Decreto canonicae erectionis simul in tres annos probatae sunt leges seu sodalicii Constitutiones, quinque articulis descriptae. Primo articulo, promulgari dixeris societatis quae nomen habet *Eucharistici Sacerdotalis Foederis* constitutionem. Secundo, mox memoratus finis proponitur. Tertius est de sociis : cooptabuntur quotquot sacerdotes diffundendo usui communionis cotidianae operam dare voluerint. In quarto, media proponuntur : oratio, adhortatio verbalis et scripta. Denique, ita sonat articulus quintus : « Singulis sociis brevis tradetur Instructio. Ac menstruis *Annalibus Sacerdotum Adoratorum*, qui variis linguis scribuntur, societas ephemeride tamquam propria fruetur. » Ipsa Instructio multa est in adhortandis sacerdotibus ut, neglectis praeiudiciis et auctoritate doctorum qui ante decretum scripserunt, magna vi usum cotidianae communionis promoveant ipsosque pueros ac puellas qui primam communionem sunt facturi ad communionem cotidianam specialiter alliciant.

3. Sodalitas ista in societatem primariam est erecta, addita facultate aggregandi societates similis tituli et finis, et communicandi privilegia.

Breve *Romanorum Pontificum*, quo erectio ista una cum privilegiis conceditur, habes in PERIODICIS, t. 2, n. **152**, p. 155.

4. De concessis privilegiis quaestio potissimum movetur. Quare singula memorabimus, paucisque, quatenus opus videbitur, illustrabimus verbis.

a) Quatenus *simili privilegio* non gaudeant, sacerdotes qui in eucharisticum foedus allecti sunt vel allegentur, indultam habent privilegiati altaris gratiam personalem ter in hebdomada.

Personalis altaris privilegium huc spectat, ut sacerdos possit, ad quodcumque altare sacris operetur, cum missa coniungere indulgentiam plenariam in suffragium animae pro qua sacrificium offerat. Uni tantum animae indulgentia ista in singulis missis prodesse potest ; missaque, ut sit privilegiata, debet dici *de Requiem*, nisi obstent rubricae.

Non paucae sunt Confraternitates quarum sodales semel vel pluries in hebdomada hoc privilegio plus vel minus absolute fruantur. Plus vel minus absolute. Fit enim quandoque ut certis reservetur defunctis : v. gr. fratribus eiusdem Instituti vel sodalicii.

Cum per se plures coniungere facultates [1] possis, addita est clausula : « quatenus *simili* privilegio non gaudeant. » *Simili privilegio*, id est, ni fallimur, privilegio *personali absoluto* (pro omnibus animis) et quo *ter* saltem in hebdomada uti queas. Quare qui alio personali titulo semel vel bis in hebdomada altare obtinuerit privilegiatum, vel qui habeat etiam pluries sed in gratiam tantum confratrum, vel cui copia sit litandi ad aram privilegiatam, praesentis concessionis beneficio minime excidit. Immo, si variis titulis personalibus *semel* (vel bis) in hebdomada privilegium nanciscatur altaris, hos omnes cum praesenti gratia coniungere non prohibetur, ita ut sic cotidiana fruatur occasione indulgentiam istam in levamen defunctorum offerendi.

b) Una hora ante auroram et una post meridiem sacris operari possunt, et similiter a prima ante auroram hora ad occasum solis sacram communionem distribuere.

---

[1] *S. C. Indulg. et SS. Reliq. Decreta authentica*, n. 172.

Quia ordinarium tempus missae dicendae moraliter accipitur, ita ut tertia horae parte ampliari permittatur [1], sacerdotes in Eucharisticum foedus allecti viginti momentis ante vel post concessam ipsis horam, missam inchoare vel finire poterunt.

Eucharistia per se ministranda est eo tempore quo ex lege generali vel privilegio missae dici possunt ; semper tamen (seclusa necessitate vel indulto) excipitur nocturnum tempus. Sed ex speciali causa licet etiam vespere SS. Eucharistiam distribuere. Vis itaque privilegii, quod ceterum tempus stricte nocturnum non comprehendit, haec est ut postmeridiana dispensatio specialem causam non iam postulet.

c) « Iniunctis de more peractis, praecipuorum fidei mysteriorum et Mariae Virginis et ss. Apostolorum festivitatibus per annum singulis, plenariam indulgentiam vel defunctis applicabilem lucrari possunt. »

Ad praecipua fidei mysteria ascribi possunt quotquot festivitates Verbum colunt Incarnatum, vel Spiritum Sanctum, vel SS. Trinitatem.

Ex Decreto autem S. Congr. Indulgent. 18 sept. 1862, festivitates intellegendae sunt *praecipuae* tantum.

Hae porro videntur nobis hodie sumi posse quae in calendario liturgico inscribuntur ut primariae [2]. Earum elenchus inter Breviarii rubricas proponitur ex decretis S. Rituum Congregationis 27 aug. 1893 et 5 febr. 1895. Satis ergo erit ex elencho isto demere festa quibus alii atque Apostoli (exclusis etiam Evangelistis [3]) coluntur sancti ut noveris quibusnam diebus indulgentia ista proponatur lucranda.

d) « Intra celebrationem triduanae supplicationis iuxta pii foederis tabulas habendae, post peractam communionem generalem, christiano astanti populo, plenaria adiecta indulgentia, cum Crucifixo ac sub crucis unico signo, servatis ritu formulaque praescriptis, benedicere licite possint et valeant. »

---

[1] Cfr. S. Alphonsum, *Theol. mor.* l. 6, n. 341.

[2] Ita dicimus, quia ipsum decretum 1862 (*Decreta authentica S. C. Indulg.* n. 392) festa enumerat. Ceterum una tantum festivitas quae in catalogo Breviarii inter primarias ponitur, omittitur in Decreto 1862, id est Visitatio B. M. V. De hac igitur festivitate dubium aliquod moveri poterat, praesertim cum approbatum opus P. Beringer, *Die Ablässe*, (p. 105 ed. 1906) mere adhuc ex decreto 1862 praecipua festa sumeret. Sed stari posse recentioribus decretis 1893 et 1895 constat ex resc. 7 maii 1907.

[3] Cfr. *Rescripta authent. S. C. Indulg.* Summar. n. 77, 4 ; 40, 19 ; 49, II.

De triduana ista supplicatione agit supra laudata Instructio quae, simul cum statutis, sodalibus distribuitur. Si quidem, n. VIII-XII suadetur parochis ut in suis paroeciis usum cotidianae communionis auspicentur celebrata triduana supplicatione in qua piae fiant commentationes de fugiendo peccato, de recto usu confessionis et s. communionis.

Supplicationem sequatur communio generalis, addita adhortatione ad communionem frequentem et cotidianam. In laudibus vespertinis eiusdem diei recitetur et distribuatur oratio pro diffusione communionis cotidianae.

Post peractam istam generalem communionem, possunt Sodales Eucharistici foederis apostolicam Benedictionem, in forma solita astanti populo sollemniter impertiri. Observes indulgentiam istam profuturam omnibus qui consuetas condiciones impleverint eique interfuerint benedictioni. Nulla requiritur participatio supplicationis.

e) « Quotiens *iuxta fines foederis sacerdotalis* pietatis quodvis sive caritatis opus adimpleant » trecentorum dierum indulgentiam consequentur.

Iuxta fines praestitutos opus vel natura sua impletur, puta contionem de frequenti communione, vel offertur intentione, quae potest esse generalis, ut si dicas : offero huius hebdomadae opera pia ad diffundendam communionem cotidianam. Nec requiritur ut operis impleti sit intentio unica vel primaria. Satis est si opus etiam in hunc finem offeratur.

f) Maximi pretii est postremum privilegium, quo in foederis socios ascripti confessarii possunt paenitentes qui quasi cotidie communicent plenariae indulgentiae beneficio, semel in hebdomada lucrandae, ditare. Iuvat itaque privilegii vim et condiciones paucis explicare.

Facultas fit *rite probatis* confessariis, id est qui legitime sint ad audiendas confessiones approbati, sive ab Ordinario loci, cum agitur de paenitentibus saecularibus, sive a proprio Superiore, cum paenitentes sunt regulares vel religiosi plene exempti.

Oportet praeterea ut ascriptio in albo sodalicii confessarios fecerit vere socios associationis, sive primariae sive legitime aggregatae, cui nomen *Sacerdotale eucharisticum foedus*.

Semel in hebdomada lucrandam concedere possunt indulgentiam. Cum dies non sit definita, nec fas sit delegato novas addere clausulas, optio diei est paenitenti permittenda.

Non autem videtur requiri ut ipsa concessio singulis hebdomadis iteretur, sed potest confessarius generali ratione indulgentiam communicare in plures hebdomadas, in annum, in totum denique tempus quo ipse manebit socius Foederis et Confessarius paenitentis quocum indulgentiam communicat.

Paenitentes sunt non ii soli qui re vera apud sacerdotem sacramentalem confessionem instituunt, sed omnes quotquot ab ipso absolvi possint. Quamvis plerumque in ipsa confessione futurum sit ut res transigatur, usus extra confessionem nullo verbo prohibetur.

Oportet ut *cotidie vel quasi cotidie* ad Sacram synaxim accedere consueverint. *Quasi cotidie* communicat qui *quinquies* saltem in hebdomada. Cfr. annotationem ad Decretum 14 febr. 1905 (PERIODICUM, t. 2, n. III, p. 69). Nec rara exceptio vim consuetudinis tollit.

Ex verbis Indulti plenaria indulgentia *nulli alii legi* nisi communionis quasi cotidianae est obnoxia. Atque ex modo laudato decreto 14 febr. 1906, novimus huiusmodi personas onere confessionis levari. Quid autem de reliqua condicione quae ad plenariam indulgentiam consequendam exigi consuevit, id est de oratione fundenda ad mentem Pontificis ? Quia opus cui coniungitur indulgentia, id est, consuetudo cotidianae communionis in se praestantissimum est, et ex hodiernis adiunctis maius etiam momentum accipit ; quia propensissimam ostendit Pontifex voluntatem in eos qui cotidie communicant, arbitramur nihil esse addendum ad condiciones *expressas*, nec stricte requiri istam orationem, quam ceterum sponte et ex grato animo fundent frequentem qui cotidiano accessu ad sacram mensam recreantur.

SUPPLEMENTUM TERTIUM DECIMUM [1]

RITUS SACRI RELIGIOSORUM AB EDITA AUTHENTICORUM DECRETORUM COLLECTIONE (1900)

I. Calendarium

1. a) Communitates Tertiariae quae officium canonicum non recitant, calendarium dioecesanum in suis ecclesiis et oratoriis, ut ante, sequuntur. (Period. III, 142).

b) Ecclesiae et Oratoria Tertiariorum S. Francisci qui communem agunt vitam privilegio fruuntur Calendarii Ordinis Seraphici, quamvis ipsi Tertiarii horas Canonicas non recitent. (Period. I, 43).

c) Singuli Sacerdotes Tertiarii, in privata Breviarii recitatione, adhibere possunt Calendarium Seraphicum, sed, quod ad Missam et Sacras functiones, qualitatem Ecclesiae observare debent. (Ibid.)

d) Qui ascripti sunt cuidam ecclesiae debent tamen, quibusdam diebus, officium dicere secundum Calendarium dioecesanum; atque, in proprio officio ordinando, istius recitationis rationem habere. (Ibid.)

2. Moniales Capuccinae et Tertiarii Ordini Minorum Aggregati uti valent Calendario (Missali et Martyrologio) Capuccinorum certis condicionibus et cum quadam personarum restrictione. (Period. II, 72).

3. In Seminario ubi alumni omnes se conformare tenentur Calendario Congregationis religiosae speciale Calendarium habentis ad quam pertinent Moderatores et Directores, exceptio non admittitur, ne pro iis quidem qui certae vivendi disciplinae minus strictae subiecti sunt et extra Seminarium in ecclesiis diversis Missam celebrant. Admittitur autem pro presbyteris beneficiatis qui beneficii sui ecclesiae Calendarium sequi tenentur. (Period. III, 33).

II. De oratoriorum erectione

Regulares non debent ab episcopo ordinario licentiam petere nova seu secundaria oratoria in aedibus sui monasterii erigendi; debent vero aliae communitates.

---

[1] Cfr. supra, p. 92. Loci ex Periodicis indicantur *tomo* et *pagina*.

Ne ipsi quidem regulares absque indulto possunt oratoria cum altari erigere in domibus extraneis quae a monasterio sive longe sive parum distant et peculium monasterii sunt, in quibus unus vel plures Patres per aliquod tempus sive oeconomiae sive sanitatis colendae causa versantur (III, 30).

III. De Missa regularibus extra monasterium celebranda

Regulares celebrantes in oratorio interno (principali) Sororum alicuius modernae Congregationis et fidelibus minime patente, Missam celebrare debent non quidem iuxta ordinis sui Calendarium sed iuxta ordinem dioeceseos in qua Sorores huiusmodi Calendarium proprium ex privilegio vel usu legitimo non habentes moram trahunt. (PERIOD. III, 106).

IV. De Missa in ecclesiis Regularium vel eorum curae ad tempus concreditis celebranda

1. Omnes Sacerdotes — ipse etiam Episcopus — celebrantes in Ecclesia **Saeculari** Regularibus, saltem ad tempus, concredita, illorum Calendarium sequi debent. (PERIOD. I, 138).

2. Sacerdos Saecularis sequi debet Calendarium Ecclesiae a monasterio possessae in qua celebrat etiam habitualiter ex officio. (Ibid.).

3. Ecclesiae Missionum in Anglia quae conventum Monialium S. Clarae annexum habent, quarum chorus modo consueto, vel per crates, cum ecclesia communicat, non sunt, quod ad Missae celebrationem, habendae tamquam ecclesiae Monialium. (PERIOD. I, 88).

V. De Titularis propriae Ecclesiae festo

1. Titularis sui festum celebrare nequeunt singula eiusdem religiosae domus oratoria semipublica, etiam sollemniter benedicta, sed tantum oratorium principale, deficiente Ecclesia. (PERIOD. III, 27).

Quo verbo « oratorium principale » intellege Cappellam principalem huiusmodi domus sollemniter benedictam, cum speciali titulo. (Ibid., 99).

2. Religiosi degentes in Gallia, separatim quidem sed sub superiore tamen locali, in locis ubi erant conventus,

iam non tenentur officium Titularis Ecclesiae conventualis clausae celebrare. (Ibid., 44).

3. Occurrente festo Patroni vel Tituli Ecclesiae simul cum Dominica in Albis vel Trinitatis cantari nequit Missa Patroni vel Tituli. (Ibid., 108).

VI. De Titulo Ecclesiae Cathedralis

Religiosi habentes ab immemorabili tempore consuetudinem non recitandi officium Titularis Ecclesiae Cathedralis eiusmodi consuetudinem continuare non possunt, sed hoc officium recitare debent et ipsi ritu pro Regularibus praescripto. (Ibid., 94).

VII. De Festo Anniversario Dedicationis Ecclesiae

1. Festum Anniversarium Dedicationis omnium dioecesis ecclesiarum etiam Regularibus celebrandum est sub ritu duplici 1 classis cum Octava in ecclesiis tam consecratis quam non consecratis. (PERIOD. II, 30); nisi indultum obtentum fuerit a S. Sede celebrandi anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum Ordinis sive Societatis die diversa ab illa in qua Clerus saecularis celebrat Dedicationem omnium Ecclesiarum. (PÉRIOD. I, 154).

2. Quando alicubi celebratur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum, huiusmodi festum est Secundarium pro illis Ecclesiis quae consecratae non sunt [1]. (S. R. C. 4 martii 1910).

3. Indultum Card. Caprara obligat etiam in regionibus decursu temporis Galliae subiectis. (PERIOD. I, 154).

4. Regulares in Anglia et alibi commorantes, in recolendo anniversario Ecclesiae Cathedralis, uti limites civitatis intellegere debent etiam suburbia civitatis hodiernae, non vero eos restringere fines ad primitivam Civitatem seu burgum, quandoque sat exiguum, ubi Ecclesia Cathedralis aedificata fuerat. (Ibid., 91).

---

[1] « III. Quando alicubi celebratur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum, huiusmodi festum estne secundarium pro illis Ecclesiis quae consecratae non sint ?.... R. Ad III, Affirmative. »

N. B. Decretum istud, ob duo quae irrepserant menda, bis est in A. S. S. typis scriptum : t. 33, p. 186 ; et t. 34, p. 32. Sed, quod magis mirum est, in repetita editione dies scribitur 24 maii, dum in priore erat 4 martii 1901.

Posterior dies praeferenda videtur, cum die 24 maii nullum aliud datum sit decretum, plura vero die 4 martii.

ANNOTATIO

Ad 1. Regulares praedicto indulto gaudentes celebrare debent — praeter Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum Ordinis, die statuta — Anniversarium dedicationis Cathedralis Ecclesiae, si degunt in Civitate episcopali, sub ritu duplici secundae classis sine octava. (Cfr. S. R. C. 1 apr. 1905 citatum apud PERIOD. I, 154, cum *Decreta auth.* n. 3861 ad I).

Ad 2. Ex hoc responso sequitur in huiusmodi ecclesiis diem octavam esse et ipsam qualitatis secundariae tantum, ideoque, iuxta decr. 3908, in *concursu* cum festo duplici maiori hanc diem octavam secundariam non gaudere in ipsis privilegio octavis festorum Domini tributo, ut nempe illae cedant tantum in concursu Duplicibus 2ae classis, eandemque ius non habere ad Vesperas integras, quae, in casu, tribuendae sunt festo duplici maiori, facta commemoratione tantum diei Octavae Dedicationis; immo eandem solutionem applicandam esse in concursu cum festo duplici minori primario.

Estne autem similis conclusio practica ex hoc responso circa **occurrentiam** diei octavae inferenda?

Ita quidem opinatus est R. P. H. CASIER, ex Congregatione SSmi Redemptoris, qui eruditissimam de haec materia dissertationem scripsit: « *Le décret général du 27 juin 1893 sur les fêtes primaires et secondaires appliqué à leurs octaves* » apud Casterman. Tornaci, 1906. Nec negaverim serias ab ipso afferri rationes in hanc sententiam; sed non ausim textum ni 2i Tit. X ipsis postponere aut eo modo quo ipse intellegere.

Festa loci in quo degunt regulares; De eorum officiis et ritu

1. Obtento proprio Calendario, religiosi non tenentur colere Officia localia quae universo clero saeculari et regulari sunt praeceptive concessa. (PERIOD. I, 12).

2. Traducendum est, in casu, ad Institutum Missionariorum a S. Ioseph in America latina versantium decretum quo S. Thuribius ab universa America Latina certo ritu praecipitur colendus. (Ibid, 13).

3. Regulares in America Latina vitam agentes atque proprio Calendario utentes non tenentur ad festa, officia et Missas, universae Americae Latinae extensa, B. M. V. Guadeloupe et S. Thuribii. (Ibid., 42).

4. Patres seu sodales Societatis Iesu, qui, pertinentes ad Provincias Galliae et in Missionibus vel extra Galliam degentes earundem S. I. provinciarum Calendarium sequuntur, indulto non indigent ut officia Sanctorum Gallicae dicioni concessa etiam extra Galliam celebrent. — Responsum S. R. C. ad R. P. Procuratorem S. I.

H. DEGRELLE, S. I. (*Continuabitur*).

MONUMENTA

204. — SS. D. N. PII PP. X

LITTERAE 23 APR. 1905

De benemeritis Fratribus a Scholis christianis et vitae religiosae pretio

Ordinis conventus occasionem dat litteris hodie valde opportunis.

Cum propediem, ut accepimus, sollemnem Ordinis conventum habituri sitis, hac utimur occasione libenter, tibi tuisque omnibus paternam Nostram significandi voluntatem ; quamquam eam vobis probe perspectam putamus. Namque his miseris Galliae temporibus, cum bellum in Ecclesiam tam atrox geritur, opus esse intellegimus, ut ad aures bonorum pro iustitia et veritate certantium, crebro Summi Ducis sonet vox, quae ipsorum, sive approbando sive admonendo, contentionem exacuat. Quare vos qui, uti peculiarem in modum bene estis de civibus vestris meriti, ita praecipuos quosdam ab inimica vi iam dudum toleratis impetus, magnis erectisque animis iubemus esse, rationemque instituti vestri, quantum per has rerum asperitates licet, retinere. Omnino nolimus, apud vos ceterosque vestri similes, quorum religiosum munus est erudire adulescentulos, ea quam pervulgari audimus, quicquam valeat opinio, institutioni puerili primas vobis dandas esse partes, religiosae professioni secundas : idque aetatis huius ingenio et necessitatibus postulari. Etsi enim his tantis malis, quae premunt, quod potest, medendum est, proptereaque in multis rebus cedendum tempori, non eatenus tamen descendendum, ut de sanctissimorum institutorum dignitate atque adeo de ipso doctrinae sacrae patrimonio quid decedat. Itaque in vestra causa illud maneat, religiosae vitae genus longe communi vitae praestare ; atque, si magno obstricti estis erga proximos officio docendi, multo maiora esse vincula, quibus Deo obligamini. Ceterum liquet, ideo vos usque adhuc magistros educatoresque iuventutis exstitisse eximios (adeo ut vel publice amplissimis laudibus ornaremini), quia tales Ordinis vestri disciplina conformarit ac finxerit. — Quam quidem colite et diligite, ut facitis, summa erga antistites vestros fide studioque, summe inter vos coniuncti ; quod autem reliquum est, conscientiae officii obsequimini, freti Deo. Divinae auspicem opis, itemque peculiaris Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, et sodalibus tuis universis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Errant qui putent Fratres, vel religiosis similes, magis esse operi exteriori quam religiosae professioni astrictos : longe enim religiosa vitae communi praestat.

Servent oboedientiam, caritatem, fidant Deo.

Benedictio apostolica.

Dies (23 april. 1905).

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIII aprilis MDCCCCV, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIUS PP. X.

ANNOTATIONES

1. Nunc primum vulgatae sunt istae litterae, quas, ut veri simile est, Summus Pontifex dedit rogatus ad avertendum errorem qui non paucos Fratres a suo religioso statu avocare poterat.

2. Pretiosum continent istae litterae documentum de aestimatione et praestantia vitae religiosae. Itaque constat etiam vitae mixtae Institutis professionem religiosam esse principale caput, etiam ministeriis propriis anteponendam.

---

205. — SS. D. N. PII. X

LITTERAE 31 MAII 1905

Ad Abbatem Generalem Cisterciensium Reformatorum

Coniunctionem Pontifex laudat Trappistarum.

Inter plura et egregia quae fel. rec. Leo PP. XIII Decessor Noster in bonum rei christianae perfecit, illud profecto est censendum, quod tres Congregationes Cisterciensium Trappistarum in Ordinem Cisterciensium Reformatorum seu Strictioris Observantiae sub unius Superioris Generalis regimine coegit. Nos autem magno animi solacio affecti sumus, cum accepimus illam unitatem aequalitatemque disciplinae iam nunc esse omnino perfectam, eamque fructus, Ecclesiae et christiano populo salutares, efferre. Verum, ut bene coepta promoveantur in melius, opportunum Nobis visum est nonulla praescriptionum inculcare capita his litteris; unde plane intellegere poteritis, quanta benevolentia prosequamur quantoque studio utilitati Ordinis vestri consultum esse velimus.

Quaedam iudicat inculcanda.

Const. Non mediocri *confirmat.*

I. Primum, dilecti filii, quae idem Decessor Noster, praesertim in litteris suis Apostolicis quarum initium est « *Non mediocri* », anno MDCCCXCII die XXX iulii editis, in gratiam vestri Ordinis decrevit et statuit, ea omnia et singula, auctoritate Nostra Apostolica, approbamus et confirmamus.

Ad Propriam Ordinis disciplinam precationis et paenitentiae sectandam hortatur.

II. Deinde vos omnes, Superiores ac subditos, vehementer admonitos volumus ut semper sanctam disciplinam custodientes, ex proprio Ordinis vestri instituto sine intermissione precationi et paenitentiae pro animarum salute incumbatis. Etenim si umquam alias, sane in hac rerum acerbitate, qua Ecclesia Dei premitur, huiusmodi religiosorum hominum officium necessarium est.

Superioribus commendat:

III. Praesertim vero vos, dilecti filii, qui eiusdem Ordinis domorum Moderatores estis, magnopere in Domino hortamur, rogamus, obsecramus, ut nihil faciatis reliqui, quod ad pristinam Ordinis dignitatem revocandam pertineat. Itaque pro munere quod geritis, studete, ut propriae Ordinis leges ubique inviolate serventur; nominatimque haec attendite:

1. Delectum in admittendis novicius:

1. Norunt omnes, nihil ad relaxandam regularem disciplinam plus valere, quam nimiam in recipiendis alumnis facilitatem. Quare Superiores, ad quos id spectabit, sedulo curent, ut in posterum nullus admittatur in Ordinem, quin eius utilitati et decori inservire posse aut velle videatur.

2. Rectam studiorum rationem;

2. Summae etiam curae vobis esto, ut secundum Ordinis vestri leges recta studiorum ratio vigeat, et ne quis ad maiores Ordines promoveatur, quin studio sacrae theologiae diligenter, ut oportet, operam dederit.

3. Observationem legum et Constitutionum de impendiis gravioribus.

3. Regularis observantia non raro ob id collabi solet, quod Ecclesiae leges atque ipsa religiosorum Ordinum statuta super bonorum administratione non, uti par est, sancte custodiuntur. Quapropter, ad maxima deprecanda mala, omnibus et singulis Superioribus edicimus, ut, quotiens agatur de bonis emendis, alienandis, permutandis, de mutuo contrahendo quod decem millia libellarum attingat, de aedificio exstruendo, demoliendo, restaurando, aut de alia impensa facienda, extraordinaria et notabili, quae pertineat scilicet ad summam pecuniae dictam, ne quid tale faciant, nisi et habita Capituli Generalis aut Abbatis Generalis venia, et ea fideliter servando quae Constitutionibus et Decretis Apostolicae Sedis praescripta sunt.

4. Visitationem canonicam.

4. Quoniam praesidium valde efficax ad disciplinam regularem conservandam aut instaurandam inest in Visitatione canonica, quae quotannis in singulis Ordinis domibus est peragenda, ideo Visitatores hortamur in Domino rogamusque, ut gravissimum officium suum diligentissime impleant, et de monasteriorum statu personali, disciplinari, materiali et oeconomico Abbatem Generalem certiorem faciant; Superiores autem domorum monemus, ut Visitatori accuratissimam relationem de statu oeconomico sui quisque monasterii exhibeant.

5. Ne agantur negotia apud S. Sedem nisi per Procuratorem Generalem.

5. Negotia sive totius Ordinis, sive singulorum vel monasteriorum vel monachorum, quae in Romana Curia expedienda sunt, Procuratur Generalis, qui ex principiis iuris communis est gestor negotiorum Ordinis apud Apostolicam Sedem, ipse de mandato Abbatis Generalis solus omnia curet expedienda: deque iis, iniussu suo, cum Cardinalibus aut cum quibusvis Romanae Curiae Officialibus tractare quicquam nemo audeat.

Adhortatio, Benedictio Apostolica.

Has leges potissimum sanctas esse vobis volumus: iis autem vos non solum pro vestro erga Vicarium Iesu Christi obsequio, sed etiam pro studio quo Institutum vestrum colitis, fore ut religiose semper obtemperetis, certo scimus. Auspicem divinorum munerum et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, Venerabilis Frater, et Ordini tuo universo Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Dies (31 maii 1905).

Datum Romae apud S. Petrum, die XXXI maii MDCCCCV, Pontificatus Nostri anno secundo.

PIUS PP. X.

Annotatio

Litteras istas, privatae potius rationis, exscribimus ex Analecta Ecclesiastica. Hoc unum de iisdem observandum videtur: quae in n. III, 3 distinctio occurrit inter impendia quae 10.000 lib. superent et quae infra hanc summam haereant, referri ad Constitutiones proprias, quae speciales tunc exigunt sollemnitates.

206. — S. R. ET U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

RESPONSUM 24-25 IANUARII 1906

De puellis schismaticis quae, in cantu, catholicis se coniungunt

Orator,

Vicarius Apostolicus Sophiae et Philippopolis in Bulgaria, ad pedes S. T. provolutus, humillime exponit quae sequuntur:

De Usu puellarum schism. quae in paroch. eccl. catholicis coniunguntur.

Sophiae, Sorores quaedam religiosae Institutum puellarum *(Pensionnat)* dirigunt, in quo cum catholicis etiam schismaticae admittuntur. Mos invaluit, ut in functionibus ecclesiasticis, ac praesertim in expositione ac benedictione cum Sanctissimo, uti etiam ante et post illam, puellae schismaticae una cum catholicis in ecclesia parochiali canant. Unde petit orator, an hic usus tolerari possit, habitis sub oculis sequentibus animadversionibus:

Quaerit, *Adiunctis specialibus propositis.*

1. Agitur de loco in quo numerus catholicorum, relate ad schismaticos, est valde exiguus.

2. Nullum adest periculum scandali, namque idem mos servatur in fere omnibus Orientis regionibus.

3. Adest, contra, spes conversionis acatholicorum.

4. Durum esset Sororibus, quae Institutum dirigunt, puellis schismaticis sponte ac libenter in Ecclesia cum catholicis cantantibus silentium imponere.

5. Denique eaedem puellae schismaticae, utpote bona fide in schismate viventes, non videntur uti excommunicatae esse habendae.

Dies (24 ian. 1906).

Feria IV, die 24 ianuari 1906.

Responsum.

Emi Patres, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, respondendum mandarunt: Prout exponitur a Vicario Apostolico Sophiae et Philippopolis, tolerari posse.

Confirmatio Pontificis, die 25 ian. 1906.

In sequenti vero feria V eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his SS. D. N. Pio PP. X relatione, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbavit et confirmavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I. Notar

---

207. — S. CONGR. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQU.

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SSmi, 27 FEBRUARII 1907

Indulgentia pro invocatione cum renovatione votorum

Orator

Frater Maria Henricus Desqueyrous, Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit, quod in diversis utriusque sexus Communitatibus, ad saepius renovandam professionis religiosae memoriam, habitualis facta est illa ad sacratissimum Cor Iesu devota invocatio: « *Cor Iesu, caritatis victima, fac me Tibi hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* »

Narrato invocationis usu,

Indulgentiam **petit**

Instanter exinde supplicat humilis orator, ut Sanctitas Vestra huic invocationi aliquam indulgentiam concedere dignetur, totiens lucrandam, quotiens recitabitur cum intentione religiosam professionem renovandi.

Et Deus, etc.

Quam, 27 feb. 1907, omnibus religiosis vota emittentibus concedit Pontifex.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, in audientia habita die 27 februarii ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus religiosarum Familiarum alumnis et alumnabus, vota emittentibus, benigne concessit indulgentiam quinquaginta dierum totiens lucrandam, quotiens ipsi vel ipsae cum intentione denuo religiosa vota nuncupandi, praefatam iaculatoriam precem corde saltem contrito ac devote recitaverint. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (27 feb. 1907).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 27 februarii 1907.

S. Card. Cretoni, *Praefectus.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

---

208. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (2 mart. 1907)

INDULTUM DE TRANSLATIONE FESTORUM

Congregationis Missionis

Ratio

Ne festa sive Officia ritus duplicis primae vei secundae classis, in Calendario perpetuo ad usum Congregationis Missionis, diu nec levi incommodo transferri contingat, quotiens in propria sede impedita occurrant; Rev^mus^ Dom. Fiat, Superior Generalis eiusdem Congregationis, a Sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X facultatem humillime flagitavit, qua eiusmodi Officia in primam diem respective insequentem amandare liceat, Officio duplici minori ad ritum simplicem redacto.

Orator Petitio

Indultum

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem SS^mo^ Domino Nostro tributis, benigne annuit pro gratia, ad instar particularis rubricae reformatae Breviarii Romani, quae habetur in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C., Dominica prima iulii, servatis Rubricis.

Dies (2 mart. 1907).

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 martii 1907.

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

Annotatio

Rubrica, de qua in responso, ita habet: « Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V. vel aliud festum altioris ritus aut aequalis, sed primarium, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die non impedita a Festo duplici 1 vel 2 classis, translato inde, iuxta rubricas, festo duplici maiori vel alicuius Doctoris Ecclesiae; de duplici vero minori vel semiduplici occurrente, fit tantum commemoratio in utrisque vesperis et laudibus cum lect. IX historica. »

209. — S. RITUUM CONGREGATIONIS (13 martii 1907)

RESPONSUM DE PRECIBUS POST MISSAM CONVENTUALEM

Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Hiberniae

Orator

Rev. Frater Petrus Sheehan, Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Hiberniae, de consensu tum Ministri Provincialis tum Procuratoris Generalis, Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna declaratione humillime subiecit, nimirum :

Dubium de « *De profundis* » *post missam conventualem.*

In Hibernia mos est ut in omnibus missis, praeter sollemnes, finito ultimo evangelio, sacerdos cum ministro psalmum *De profundis* recitet, antequam preces iussu Summi Pontificis praescriptas incipiat. Cum autem ex variis Sacrae Rituum Congregationis decretis hae preces post missam conventualem omittendae sint, quaeritur an etiam psalmus *De profundis* post missam conventualem sive cantatam sive lectam omitti debeat ?

Responsum.

Et Sacra eadem Congregratio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, omnibusque perpensis, proposito dubio respondendum censuit :

Omittatur in casu.

Dies (13 mart. 1907).

Atque ita rescripsit die 13 martii 1907.

S. Card. CRETONI, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

---

210. — S. CONGREGATIONIS CONCILII

DECLARATIO 6-25 MART. 1907

De infirmis a ieiunio eucharistico dispensatis

Dubium

Proposito in S. Congregatione dubio : An nomine infirmorum qui a mense decumbunt, et idcirco, iuxta decretum diei 7 decembris 1906 [1], S. Eucharistiam non ieiuni sumere possunt, intellegantur solummodo infirmi qui in lecto decumbunt, an potius comprehendantur quoque qui, quamvis gravi morbo correpti et ex medici iudicio naturale ieiunium servare non valentes, nihilo minus in lecto decumbere non possunt, aut ex eo aliquibus horis diei surgere queunt.

Responsum *Congregationis, 6 mart. 1907.*

Eadem S. Congregatio, die 6 martii 1907, respondendum censuit : Comprehendi, facto verbo cum Sanctissimo ad cautelam.

Confirmatio Pontificis, 25 mart. 1907.

Die vero 25 martii currentis anni, SS. D. N. Pius PP. X, audita relatione infrascripti Secretarii S. C. Concilii, resolutionem eiusdem S. C. ratam habere et confirmare benigne dignatus est et publicari mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

VINCENTIUS Card. Episc. Praen. *Praefectus.*

C. De Lai, Secretarius.

---

[1] In PERIODICIS, n. **161**, II, 178.

ANNOTATIO

Ut observat redactor NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE, 39 (1907), p. 433, declaratione ista, *ex parte* confirmatur benignus modus quo verbum *Decumberent* intelleximus ; ac nihil nos cogit partem quae diserte non est confirmata iam deserere.

Simul etiam confirmatur, ex ipsa casus expositione, sententia qua negavimus aegrotos a mense praesumi posse impeditos quominus naturale ieiunium servent, sed veram demonstrandam esse impotentiam, utique moraliter intellectam. Cfr nostras annotationes, PERIODICA, II, 178, ss.

---

211. — E SECRETARIA STATUS

LITTERAE 30 APRIL. 1907

De erecta schola apostolica in Iapania, laudatur Societas Mariae

Difficillimum et utilissimum opus suscepit Societas Mariae.

Mi [1] è grato portare a cognizione della S. V. Revma l'alto e particolare compiacimento con cui è stato appreso dal Sommo Pontefice la fondazione di una « Scuola Apostolica » presso la città di Urakimi, nell' Impero Giapponese. La Società di Maria, che ha il notevole vanto di avere promosso siffatta istituzione, ha chiaramente dimostrato di essere animata da zelo non soltanto ardente, ma altresì illuminato ; imperocchè, pur conoscendo le difficoltà gravissime che si frappongono ad ogni opera di apostolato cattolico, essa ha nondimeno preferito di scegliere la più ardua ; e ben sapendo quanto sian diversi, gli uni dagli altri, i vantaggi delle varie imprese, essa ha voluto eleggere la più utile.

Deve gratulatur S. Pontifex, speratque ex instituto isto multa bona genti Iapanicae.

Sua Santità pertanto si congratula col prelodato Sodalizio per l'animoso entusiasmo, onde si è consacrato alla vita della Scuola Apostolica ; e non dubita punto che da simile Istituto proverranno alla nazione Giapponese indescrivibili beni, essendo di là che dovranno uscire, per la istruzione e per la conversione del paese, i maestri cristiani, i sacerdoti ed i religiosi. Tale lusinghiera prospettiva ha meritato ed ha ottenuto dal Santo Padre tutto l'appoggio

---

[1] Latine sic litteras reddimus: « R. V. libenter facio certiorem de alta et peculiari satisfactione qua S. Pontifex fundatam novit « *Scholam Apostolicam* » in Iapanensi imperio, prope civitatem Urakami. Societas Mariae, cui notabilis laus competit promoti huiusmodi Instituti, zelum non tantum ingentem sed et sapientem demonstravit. Quamvis enim maximas difficultates quae omnem apostolicum catholicorum opus impediunt, optime perspectas haberet, difficillimum nihilo minus sibi assumpsit ; et probe gnara alias aliis meritis commendari institutiones, utilissimam eligere voluit. Quare Sanctitas Sua dictae Societati gratulatur ingentem affectum quo promovendae Scholae Aposticae se devovit ; nec dubitat quin genti Iapanicae inenarrabilia bona ex huiusmodi Instituto sint manatura : ex eo enim ad erudiendam et convertendam regionem exire debebunt paedagogi christiani, sacerdotes et religiosi. Dulci isti praevisioni Beatissimus Pater praesidium, quo digna erat, dedit supremae

della Suprema autorità : e perciò l'Augusto Pontifice, nel formare caldi voti per la riuscita e per l'incremento dell' Instituto, ha manifestato la fiducia che le anime generose non manchino di sostenere e di favorire coi loro soccorsi l'esistenza e lo sviluppo di così provvida intrapresa, ed a tal uopo, mentre ha benedetto la prelodata Scuola e i benefattori della medesima, si è degnato largire all' Istituto i privilegi dei quali godono le altre Scuole Apostoliche, ed in particolare le indulgenze menzionate nel Breve Apostolico del Suo Venerato Predecessore Pio IX in data del 15 maggio 1877.

Pios excitat fideles ad opus iuvandum.

Mentre, per il bene dell'anzidetta Istituzione, io rendo di ciò intesa la S. V., colgo l'opportunità di raffermarmi con sensi di distinta stima

Della S. V. Revma

Roma, 30 aprile 1907.

Affmo nel Signore

R. Card. MERRY DEL VAL.

Privilegiis et indulgentiis Scholarum Apostol. novam scholam ornat.

Dies (30 april. 1907).

ANNOTATIO

Ut indulgentias memoremus de quibus in fine litterarum fit sermo : Benefactoribus lucranda offertur indulgentia plenaria : 1. Die qua in « aggregatos » cooptantur ; 2. In festis Nativitatis Domini, Pentecostes, Sacratissimi Cordis Iesu, Inventionis Iesu in templo (Dominica infra octavam Epiphaniae) ; 3. In quinque magnis festis B. M. V. (Immaculatae Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis) ; 4. In festo S. Ioseph eiusque Patrocinii ; 5. In festis SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Francisci Xaverii, S. Aloysii ; 6. Prima feria VI cuiusvis mensis ; 7. In articulo mortis.

Sex priores possunt per modum suffragii offerri in levamen animarum purgatorii.

Fruuntur etiam Benefactores speciali Benedictione Summi Pontificis.

212. — EX COMMISSIONE BIBLICA

LITTERAE 30 APRIL. 1907

Vulgatae emendatio Ordini S. Benedicti praeparanda committitur

La Pontificia Commissione [1] per gli Studii biblici, creata, pochi

Memorato

suae auctoritatis. Idcirco Augustus Pontifex, dum ferventi voto successum et incrementum istius Instituti prosequitur, declaravit se confidere fore ut liberales personae opus tam sapienter susceptum subsidio suo sustineant et foveant, ita ut esse et progredi possit. In quem etiam finem, dum laudatae Scholae eiusque benefactoribus benedixit, privilegia quibus aliae fruuntur Scholae Apostolicae, Instituto huic largiri est dignatus, praecipue vero indulgentias contentas brevi apostolico venerabilis Decessoris sui Pii IX, dato die 15 maii 1877.

Dum, propter dicti Instituti utilitatem, haec cum R. V. communico, occasione utor confirmandi meum singularis aestimationis affectum,

Rae Vae.

Romae 30 apr. 1907.

Addictissimus in Dno

R. Card. MERRY DEL VAL. »

[1] Litteras latine sic reddimus. — « Pontificia Commissio quam, paucis

fine Commissionis biblicae,

anni or sono, dal Sommo Pontefice Leone XIII di venerata memoria, ha per iscopo non solo di fornire all'insegnamento cattolico delle norme savie e sicure, che pur facendo ampio tesoro delle vere conquiste della scienza, non si discostino dalle tradizioni inespugnabili della Chiesa ; ma ancora di dare un nuovo impulso agli studi biblici, più importanti forse, che non furono mai, nei tempi nostri così travagliati dal dubbio universale et dall'evoluzionismo razionalistico. Fra i più utili argomenti a proporre alla trattazione dei dotti è certamente uno studio accurato ed esauriente sulle varianti della Volgata latina. Già i Padri del Concilio di Trento, pur riconoscendo la Volgata quale edizione autentica per gli usi publici della Chiesa, non ne dissimularono le imperfezioni, onde espressero il voto che con ogni diligenza venisse sottomessa ad un esame minutissimo e ridotto a forma più definitivamente conforme ai testi originali. Questo cômpito affidarono essi alla sollecitudine della Sede Apostolica ; ed i Romani Pontefici, per quanto le condizioni dei loro tempi consentivano, non tardarono ad estendere alla emendazione della Volgata le loro sapienti cure, quantunque non fosse loro dato di giungere al perfetto coronamento della non facile impresa. Fintanto che giunga l'ora propizia per così importante revisione che ponga in grado di dare una edizione emendatissima della Volgata latina, è indispensabile un laborioso studio preliminare di preparazione, mercè più diligente e compiuta raccolta delle varianti di essa Volgata che si trovano sia nei codici, sia negli scritti dei Padri ; studio al quale varii dotti già si applicarono con intelligenza e zelo, tra i quali a buon diritto occupa un degno posto l'illustre ed infaticabile P. Vercellone Barnabita. Essendo però siffatto lavoro molto complesso, è sembrato opportuno che venisse ufficialmente affidato ad un Ordine

Et demonstrato momento explorandi varias lectiones Vulgatae ad eam recognoscendam (quod opus a Trid. Conc. commendatum, fovent RR. PP.) ;

Laudata operosa plurium Doctorum, praecipue P. Vercellone, sollicitudine :

---

abhinc annis S. Pontifex Leo XIII, ven. mem. provehendis studiis biblicis deputavit, non eo tantum fine instituta est ut scholis catholicis normas demonstret sapientes et tutas, quae, genuino auro per scientiam detecto abunde utentes, ab inexpugnabilibus Ecclesiae traditionibus non tamen recedant, verum istud etiam persequitur, ut novis impulsibus studia promoveat biblica, quae maius fortasse quam umquam habent momentum, in nostra aetate quam ita fatigat dubium universale et evolutionismus rationalistarum. Inter utilissima argumenta quae doctorum lucubrationi proponi possint, accuratum et exhaustivum studium de variis latinae Vulgatae lectionibus est numerandum. Iam ipsi Tridentini Patres, quamvis Vulgatam editionem ut authenticam pro publicis Ecclesiae usibus agnoscerent, eius tamen defectus non dissimularunt. Quare votum expresserunt ut diligentissimo et minutissimo examine in formam redigeretur ipsis fontibus magis absolute consentaneam. Quod opus est ab ipsis Sedis Apostolicae sollicitudini commissum ; et Romani Pontices, quantum temporum adiuncta sinebant, sapientem suam curam emendandae Vulgatae mox dicare coeperunt, quamvis, pro rei difficultate, eam perfecta exsecutione complere non potuerint. Porro, donec hora venerit opportuna recognitioni quae tanti sit momenti ut emendatissimae editioni Vulgatae latinae det locum, omitti nequit laboriosum studium praeambulum praeparationis per diligentiorem et magis completam collectionem variationum Vulgatae quae vel in codicibus vel in Patrum scriptis occurrunt. Ad opus istud sollerti zelo iam plures docti se accinxerunt, inter quos egregium locum occupat illustris et operosus P. Vercellone, ex Barnabitis. Quia tamen opus huiusmodi multa com-

religioso capace di disporre dei mezzi proporzionati alla difficile impresa. E' parso pertanto agli Eminentissimi Signori Cardinali della Pontificia Commissione per gli studi biblici, ottimo divisamento, che la Santità di Nostro Signore Papa Pio X si è degnata di approvare, che l'illustre e benemerito Ordine Benedettino, i cui pazienti e dotti lavori in ogni ramo di ecclesiastica erudizione costituiscono un vero monumento di glorie legittimamente raccolte nel corso di molti secoli, fosse ufficialmente invitato ad incaricarsi di questo importantissimo e ponderoso studio.

Ordini religioso qui pares operi habeat vires, i. e. Benedictino, similibus operibus iam praeclaro, Cardinales Biblicae Commissionis, probante Sua Sanctitate, negotium istud iudicarunt esse offerendum.

Mi rivolgo quindi a Lei, Rmo P. Abate Primate, che con tanto zelo presiede alla confederazione benedettina, di cui cotesto Monastero di S. Anselmo è degno centro, affinchè con quei sentimenti di devozione verso la Santa Sede che Le son proprii, si compiaccia assumere in nome dell'Ordine stesso l'indicato còmpito, e rallegrandomi con Esso Lei per l'alta fiducia riposta nell'inclita famiglia di S. Benedetto, spero che i figli di cotanto Padre corrispondano con alacre gioia e felice successo all'onorevole invito. Lieto di poter così dare anche da parte mia una publica testimonianza dell'amore singolare che io nutro per l'Ordine benedettino in genere, ed in ispeciale per S. Anselmo ed il suo degnissimo capo, con sensi della più distinta stima godo di riaffermarmi

Invitatur Rmus Abbas Primas ad opus nomine Ordinis suscipiendum.

Di Lei

affmo servitore
M. Card. RAMPOLLA.

Roma, 30 aprile 1907.

Dies (30 apr. 1907).

---

plectitur, visum est opportunum, ut ex officio committeretur Ordini religioso qui difficili negotio paria media adhibere queat. Optimum itaque consilium putarunt esse Emi Cardinales Pontificiae Commissionis de studiis biblicis, idque probavit SSus N. D. Pius Pp. X, ut inclitus et bene meritus Ordo Benedictinorum, cuius patientes et doctae lucubrationes in omni ecclesiasticae eruditionis parte verum componunt monumentum multiplicis gloriae per longam saeculorum seriem comparatae, publice ad studium istud utilissimum et gravissimum in se suscipiendum invitaretur.

Te itaque appello, Revme Pater Abbas Primas, qui tanto zelo praees benedictinae confoederationi cuius Monasterium illud S. Anselmi est centrum, ut pro tuo affectu devotionis ad S. Sedem, opus istud nomine ipsius Ordinis assumere faveas. Laetus de alta fiducia quae in inclita familia S. Benedicti est posita, spero fore ut filii tanti Patris cum gaudio et felici successu honorificae invitationi respondeant. Gaudeo etiam quod ipse possum sic publico testimonio specialem dilectionem demonstrare quam servo Ordini benedictino in universum, et praecipue collegio S Anselmi eiusque dignissimo capiti, ac cum singularissima existimatione me esse confirmo,

Rae Vae.

Servum addictissimum
M. Card. RAMPOLLA.

Romae, 30 april. 1907. »

213. — S. C. EPISCOPORUM ET REGULARIUM

EX AUD. SS^mi DECRETA 25 FEB. 22 MART. ET 6 MAII 1907

Approbationes Constitutionum

A. *Ex aud. SS^mi 17 feb. 1907, Decretum 25 feb. 1907* sexennalem refert approbationem, per modum experimenti, Constitutionum Instituti *Pauperum Sororum Ludimagistrarum a Domina Nostra Colocensium* nuncupatum. Domum principem habent Coloczae in Hungaria [1].

B. *Ex aud. SS^mi 17 mart. 1907, Decretum 22 mart. 1907* sexennalem refert approbationem Constitutionem Instituti *Sororum S. Felicis Tertii Ordinis S. Francisci*, quarum domus princeps exstat in dioecesi Cracoviensi Poloniae.

C. *Ex aud. SS^mi 5 maii 1907, Decretum 6 maii 1907.* Definitiva approbatio Constitutionum Instituti *Parvularum Sororum Pauperum.*

Audientia SS^mi.

Approbatio Leonis XIII definitive confirmatur.

SS^mus D^nus Noster Pius PP. X, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Sacrae Congregationi Episcoporum et Regularium Praefecto die 5 maii 1907, approbationem datam a f. m. Leone PP. XIII die 9 iulii 1886 Constitutionibus Parvularum Sororum Pauperum, quibusdam immutatis propter felicem Instituti in toto orbe diffusionem, confirmare dignatus est, ac praesentis decreti tenore definitive confirmat et approbat sicut in hoc volumine lingua gallica exarato iacent, quarum exemplar authenticum in Archivio eiusdem Sacrae Congregationis asservatur ; salva Ordinariorum iurisdictione ad normam Sacrorum Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

Dies (6 maii 1907).

Datum Romae ex Secretaria memoratae Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, die 6 maii 1907.

Dominicus Card. Ferrata *Praef.*
Philippius Giustini, Secretarius.

---

214. — S. CONGR. EP. ET REGUL.

LITTERAE NOMINE S. PONTIFICIS SCRIPTAE, 10 MAII 1907

Generalis studiorum ratio Seminariis Italiae praescripta

Rationis studiorum

La [2] S. Congregatione dei VV. e RR. avendo avuto dal S. Padre l'incarico di riordinare i Seminari d'Italia, oltre ad aver presi a tal

---

[1] Forma huiusmodi Decreti proponitur Periodica, II, n. **140**, p. 141.

[2] Praefationem rationis studiorum sic latine reddimus: « S. Congregatio Ep. et Reg. cum a Summo Pontifice mandatum accepisset reformandi

explicatur opportunitas atque oeconomia.

fine speciali provvedimenti, ha creduto opportuno di proporre un Programma generale di studi per uniformare e migliorare l'insegnamento nei Seminari medesimi.

Nell'elaborare il Programma si è preso a base dell'ordinamento degli studi la divisione dei corsi che è stata ormai introdotta in quasi tutti i Seminari, cioè in Ginnasio, Liceo, Teologia.

Per le materie d'insegnamento nel Ginnasio e nel Liceo e per la loro distribuzione, si è ritenuto doversi seguire, con le necessarie modificazioni, i programmi vigenti in Italia; e ciò, non perchè siano perfetti, ma principalmente per le seguenti ragioni:

1° I programmi in vigore rappresentano innanzi alla società lo sviluppo della cultura che oggi si richiede, onde l'opinione pubblica circonda naturalmente di maggiore stima coloro che vengono istruiti secondo i medesimi; e il rifiutare sarebbe mettere il clero, almeno secondo il giudizio di molti, al disotto dei secolari.

2° È da considerare inoltre che i nostri alunni non possono, in via ordinaria, decidersi seriamente sulla loro vocazione allo stato ecclesiastico, se non quando sono giunti a una età più matura: sembra quindi utile di ordinare gli studi in modo che gli alunni possano trovarsi in grado di fornirsi de' titoli legali, e con ciò esser più liberi nella scelta dello stato. Senza dire poi, che detti titoli, anzichè nuocere, saranno giovevoli anche a quelli che Dio si degnerà di chiamare alla vita sacerdotale.

Una saggia e accorta direzione impedirà facilmente, o attenuerà di molto, gl'inconvenienti che potrebbero nascere del caso di alunni che tentassero di rimanere in Seminario, dopo il Ginnasio, al solo scopo di conseguire la licenza liceale.

Seminaria Italiae, praeter alia specialia in hunc finem praestituta, opportunum duxit generalem proponere studiorum rationem, ut in ipsis Seminariis disciplinae traderentur modo magis uniformi et meliore.

In hac ratione adornanda, omnem studiorum ordinationem ad eam accommodavit scholarum divisionem quae iam in fere omnibus Seminariis usu venit, id est Gymnasium distinxit, Lycaeum et Theologiam.

Quod ad res in Gymnasio et Lycaeo tractandas earumque distributionem, sequendae visae sunt — factis necessariis mutationibus — rationes studiorum in Italia vigentes: non quod perfectae sint sed quia id suadebant hae rationes:

1. In vigentibus rationibus illud conspicit societas stadium cultus qui hodie requiritur, ita ut qui ad eas rationes sit institutus, in publica opinione, maiore existimatione sit naturaliter ornatus; nec reici possint quin clerus infra laicos, multorum certe iudicio, ponatur.

2. Alumni praeterea nostri, quod etiam est considerandum, per se nequeunt seriam de sua vocatione ecclesiastica facere deliberationem, nisi postquam aetate maturuerint: expedire itaque videtur ut studia ita ordinentur ut alumni possint legales gradus consequi et sic magis liberam facere status optionem. Qui tituli, ceterum, iis etiam proderunt, nedum noceant, quos Deus ad vitam sacerdotalem vocaverit. Sapienti et diligenti directione facile impedientur vel saltem multum extenuabuntur incommoda timenda ex alumnis qui, absoluto Gymnasio, ad solum finem assequendi « *licentiam lycaealem* » in Seminario manere conentur.

Denique, materiis quae philosophiam Seminaristarum constituere debent, ordinatio Lycaealis non addit nisi studium litterarum et historiae: utrumque autem est etiam Sanctuarii alumnis maxime necessarium, ut evadant *instructi ad omne opus bonum*.

Finalmente, il programma del Liceo non aggiunge alle materie che debbono far parte della Filosofia nei Seminari, se non la continuazione dello studio delle Lettere e della Storia, studio che è necessarissimo anche agli alunni del Santuario, per riuscire *instructi ad omne opus bonum.*

Si è stimato conveniente di premettere un anno di Propedeutica alla Teologia, sia per completare l'insegnamento della filosofia, sia per esporre alcune materie che non troverebbero facilmente luogo nel corso teologico ; ma da questo anno si potrà ottenere la dispensa dalla S. C. dei VV. e RR. quando venga dimostrato che nel Liceo si è provveduto per una adeguata preparazione alla Theologia.

Per gli studi teologici sono determinate le materie necessarie a renderli completi, e che nondimeno possano comodamente svolgersi in quattro anni.

Rogantur Episcopi ut eandem a proximo anno inducant in Seminaria sua.

Tale è il Programma che, debitamente approvato della suprema autorità del S. Padre, mi pregio di rimettere alla S. V. con la preghiera di far sì che, nel prossimo anno scolastico, il medesimo entri pienamente in vigore per i corsi di studi stabiliti in codesto V. Seminario.

De studiis Seminarii referant ad S. Congr.

La S. V. è pregata ancora di riferire a questa S. C. circa l'ordinamento scolastico di codesto V. Seminario, come pure di trasmettere l'elenco degl'insegnanti e la lista dei libri di testo adottati.

Litterarum conclusio.

Nutro ferma fiducia che, grazie alle cure diligenti della S. V., sarà assicurata l'esatta osservanza del Programma, la quale contribuirà efficacemente a perfezionare la cultura del clero, ponendolo in grado di compiere, con maggior frutto per le anime, la sua alta missione.

Augurandole dal Signore ogni bene, con riverente stima mi pregio di confermarmi

Dies (10 maii 1907).

Roma, 10 maggio 1907.

Come Fratello
D. Card. FERRATA, *Prefetto.*
F. Giustini, Segretario

Ipsi Theologiae annum « Propedeuticae » praemittere visum est ; sive ad perficiendam philosophiam, sive ad quaedam proponenda quae in ipso cursu theologico non facilem locum reperissent. Sed ab anno isto dispensabit S. C. Ep. et Reg. si probetur in ipso Lycaeo Theologiam fuisse plene praeparatam.

Studiis theologicis materiae necessariae ita sunt definitae, ut completa sint et simul commode possint quattuor annis absolvi.

Rationem istam studiorum, suprema S. Pontificis auctoritate legitime approbatam, communico cum Vestra Dominatione, ipsam rogans ut, in studiis Sui Seminarii, plenum eius usum in proximum annum curet.

Rogatur etiam D. V. ut de scholarum ordinatione in suo Seminario ad hanc Sacram Congr. referre velit, eidemque catalogum tradere magistrorum et librorum qui praeleguntur.

Firmiter confido futurum ut sollerti cura D. V. ipsa studiorum ratio accuratam obtineat exsecutionem, quae non parum valebit ad perficiendam cleri institutionem, ita ut nobilem suam missionem maiore animarum fructu implere possit.

Dum optima quaeque a Domino Ipsi exopto, cum veneratione atque aestimatione, libenter confirmo me

Romae 10 maii 1907.

Fratrem
D. Card. FERRATA, *Praefectum*
Ph. Giustini, a Secretis.

PROGRAMMA GENERALE DI STUDI

I. — *Divisione del Corso di Studi*

Divisio scholarum.

Il Corso di Studi in tutti i Seminari d'Italia, si divide in Ginnasio, Liceo e Teologia.

II. — *Ginnasio*

De cursu gymnasiali.

a) Nessuno sarà ascritto alle classi ginnasiali se non presenti il certificato che ne dimostri l'idoneità per aver compiuto regolarmente le classi precedenti, o non ne superi il relativo esame.

b) Il Ginnasio avrà un corso di cinque anni, diviso in cinque classi, nelle quali s'insegneranno le materie dei programmi vigenti, seguendone anche la distribuzione delle ore, in modo però che, da una parte, si dia una certa preferenza alla lingua latina in tutte le classi, e dall'altra, si mettano gli alunni in grado di prendere la licenza ginnasiale.

c) Si assegnerà almeno un' ora per settimana in ogni classe per l'istruzione catechistica.

III. — *Liceo*

De cursu liceali.

a) Nessuno sia ammesso al Liceo che non abbia regolarmente compiuto le classi ginnasiali, superandone gli esami.

b) Il Liceo sarà diviso in tre classi corrispondenti a tre anni di studio, le quali per le materie e per le ore d'insegnamento si adatteranno ai programmi vigenti; in modo che gli alunni possano prendere la licenza liceale, e d'altra parte si dia ampia sviluppo alla sana filosofia.

c) Si dovrà assegnare almeno un'ora per settimana all'insegnamento della religione.

IV. — *Anno preparatorio alla Teologia*

De annua schola ad Theologiam praeparandam.

a) In questo corso, oltre a rendere più profonda la conoscenza della filosofia, si studieranno speciali materie, le quali potranno essere quelle indicate nell'esempio d'orario che si trova in calce di questo programma (quadro *A*).

b) Nei Seminari dove sarà stabilito questo speciale anno di Propedeutica, lo studio della filosofia nei tre anni di Liceo dovrà comprendere: psicologia, logica e metafisica generale, etica.

c) Dove si ottenesse dispensa da quest'anno, nei trei anni di Liceo, per i chierici aspiranti al sacerdozio, oltre le materie stabilite nei programmi, si dovranno assegnare almeno due ore di più per settimana, fosse anche nel giovedì, per compire lo studio della filosofia, specialmente di quelle parti che sono necessarie per una adeguata preparazione agli studi teologici.

V. — *Teologia*

De Theologia.

a) La Teologia avrà un corso di quattro anni, diviso in quattro classi, con un orario regolare di quattro ore d'insegnamento al giorno.

b) Esso comprenderà le materie seguenti: Luoghi teologici — Introduzione generale e speciale alla S. Scrittura — Esegesi biblica

— Teologia dogmatica e sacramentaria — Teologia morale e pastorale — Istituzioni di diritto Canonico — Storia ecclesiastica — Lingua ebraica — Lingua greca — Archeologia ed Arte Sacra — S. Eloquenza e Patristica — S. Liturgia.

VI. — *Disposizioni generali*

Sanctiones generales.

a) Perchè tale programma sia convenientemente eseguito, ogni Seminario abbia un Prefetto degli Studi, eletto dal Vescovo.

b) Al Prefetto spetterà, sempre sotto la dipendenza del Vescovo, la preparazione degli schemi per i professori, la compilazione del Calendario e degli Orari scolastici.

c) Egli, — sentito anche il parere de' Professori, che dovrà chiamare a consiglio ogni mese e con più frequenza se lo giudicherà necessario, — adatterà al bisogno e anche modificherà i programmi vigenti, distribuirà le ore d'insegnamento de' programmi medesimi in modo che, salva la sostanza e la preparazione adeguata agli esami di licenza, si possa dare maggior tempo a materie di più grande importanza, rispetto al fine de' Seminari, come si è già osservato per il Latino nel Ginnasio e per la Filosofia nel Liceo.

d) L'anno scolastico durerà non meno di nove mesi.

e) Il Prefetto degli Studi, con il Consiglio de' Professori, disporrà che alla fine dell'anno si facciano regolari e severi esami di tutte le materie, per la promozione alle classi superiori, fissando il voto necessario per ottenere la idoneità.

f) Sarà stabilita una sessione per gli esami di riparazione.

g) Le singole materie negli studi liceali e teologici saranno affidate a distinti Professori, i quali potranno, in via eccezionale, essere incaricati dell'insegnamento di qualche materia affine. Si dovrà sempre però evitare ad ogni costo l'inconveniente che una stessa persona abbia troppo ore di insegnamento, con danno evidente degli alunni.

h) Nello svolgimento della propria materia, ciascun Professore adotterà un testo, che spiegherà in modo da poter esaurire dentro l'anno, proporzionatamente e per intero, il programma.

i) Per il Ginnasio ed il Liceo, dovendo seguirsi i programmi vigenti, i libri di testo saranno scelti a norma dei programmi medesimi, avuto naturalmente riguardo all'indole e allo scopo dei Seminari.

k) Per la Filosofia e la Teologia, il testo sarà proposto dal Consiglio dei Professori e sottomesso all'approvazione del Vescovo.

Nota. — Nei Seminari centrali e interdiocesani, i diritti dell'Ordinario spettano al Collegio dei Vescovi cointeressati.

Approbatio Pontificia. Dies (5 maii 1907).

Vidimus et approbavimus, Venerabilibus fratribus Episcopis fidelem observantiam enixe commendantes

Die 5 maii, festo S. Pii V, anno 1907.

PIUS PP. X.

Quadro A

Esempio d'Orario per la classe preparatoria alla Teologia.

1ª Ora — Tutti i giorni — *De vera Religione.*

2ª Ora { Lunedì, Mercoledì, Venerdì — *Propedeutica alla Storia Eccl.*
Martedì, Sabato — *Greco Biblico.*

3ª Ora { Lunedì, Mercoledì, Venerdì — *Teodicea.*
Martedì, Sabato — *Diritto Naturale.*
4ª Ora { Lunedì, Mercoledì, Venerdì - *Cosmologia.*
Martedì, Sabato — *Storia della Filosofia.*

QUADRO B

Esempio d'Orario per la Teologia

Lunedì

1ª Ora — *Luoghi Teologici* — 1° anno.
» — *Teologia Morale* — 2°, 3° e 4° anno.
2ª Ora — *Dogmatica* — 2°, 3° e 4° anno.
» — *Morale, De actibus Hum., Conscientia, Legibus* — 1° anno.
3ª Ora — *Lingua Ebraica o Greca, Introd. Gen. alla S. Scrittura* — 1° e 2° anno.
» — *Istituzioni Canoniche* — 3° e 4° anno.
4ª Ora — *Storia Ecclesiastica* — Tutti gli anni.

Martedì

1ª Ora — *Lingua Ebraica* o *Greca, Introd. alla S. Scr.* — 1° e 2° anno.
» — *Istituzioni Canoniche* — 3° e 4° anno.
2ª Ora — *Esegesi Biblica* — Tutti gli anni.
3ª Ora — *Archeologia ed Arte Sacra* — Tutti gli anni.
4ª Ora — *Storia Ecclesiastica* — Tutti gli anni.

Mercoledì

1ª, 2ª, 3ª Ora — Come il lunedì.
4ª Ora — *Esegesi Biblica* — Tutti gli anni.

Venerdì

1ª, 2ª, 3ª, 4ª Ora — Come il lunedì.

Sabato

1ª, 2ª Ora — Come il lunedì.
3ª Ora — *Eloquenza Sacra, Patristica* — Tutti gli anni.
4ª Ora — *Sacra Liturgia* — Tutti gli anni.

N. B. — Pel 1° e 2° anno è segnata la lingua Ebraica o Greca, perchè il Professore, alternativamente, in un anno insegnerà l'Ebraico e l'Introduzione al Vecchio Testamento, nell'altro insegnerà il Greco e l'Introduzione al Nuovo Testamento.

QUADRO C

Teologia

Con l'orario precedente si avranno per ogni settimana :

Pel 1° anno

4 Ore di *Lingua Ebraica* o *Greca* e *Introd. alla S. Scrittura.*
2 Ore di *Esegesi Biblica.*
4 Ore di *Luoghi Teologici.*

4 Ore dei *Trattati Fondamentali della Teologia Morale.*
3 Ore di *Storia ecclesiastica.*
1 Ora di *Archeologia* e *Arte Sacra.*
1 Ora di *Eloquenza Sacra* e *Patristica.*
1 Ora di *Sacra Liturgia.*

Totale 20 Ore.

Pel 2° anno

4 Ore di *Lingua Ebraica* o *Greca* e *Introd. alla S. Scrittura.*
4 Ore di *Morale.*
2 Ore di *Esegesi Biblica.*
4 Ore di *Dogmatica.*
3 Ore di *Storia ecclesiastica.*
1 Ora di *Archeologia* e *Arte Sacra.*
1 Ora di *Eloquenza Sacra* e *Patristica.*
1 Ora di *Sacra Liturgia.*

Totale 20 Ore.

Pel 3° e 4° anno

4 Ore di *Morale* e *Pastorale.*
4 Ore di *Dogmatica.*
4 Ore di *Istituzioni Canoniche.*
3 Ore di *Storia ecclesiastica.*
2 Ore di *Esegesi Biblica.*
1 Ora di *Archeologia* e *Arte Sacra.*
1 Ora di *Eloquenza Sacra* e *Patristica.*
1 Ora di *Sacra Liturgia.*

Totale 20 Ore.

ANNOTATIO

Generalis ista studiorum ratio Regulares quidem directe non afficit. Cum tamen ipsis utilissimo in ordinandis studiis esse possit documento, operae pretium est visum eandem PERIODICIS nostris inserere.

215 — S. CONGR. CONCILII

DECRETUM 22 MAII 1907

De missarum stipendiis

Memorato decreto Ut debita, *eiusque fine,*

Recenti Decreto « *Ut debita* » diei XI mensis maii MCMIV, hæc S. Congregatio, varias complexa leges ante iam latas de Missarum oneribus religiose adimplendis, adiectis opportunis declarationibus interpositaque severa sanctione, providere studuit ut res omnium sanctissima summo apud omnes in honore esset, periculumque amoveretur, ne quis ullo modo piis fidelium voluntatibus quicquam detraheret. Hae tamen cum essent Sedis Apostolicae curae et Episcoporum sollicitudines, non defuerunt abusus ac legis viola-

Abusus narrantur.

tiones, super quae Sacra eadem Congregatio excitandam denuo censuit Antistitum vigilantiam.

Retinentium stipendii partem ;

Constat enimvero, haud paucos, non obstantibus notissimis canonicis praescriptionibus, minime dubitasse de Missarum accepta stipe suo marte demere aliquid, retentaque sibi parte pecuniae, ipsas Missas aliis celebrandas committere, ea forte opinione ductos, id sibi licere vel ob assensum sacerdotis, animo plus minus aequo recipientis, vel ob finem alicuius pii operis iuvandi, exercendaeve caritatis.

Colligentium magnam missarum vim ;

Fuerunt etiam qui contra totiens inculcatas leges, præsertim contra num. 3um eiusdem Decreti, hoc genus industriae sibi asciverunt, ut Missarum numerum, quem possent maximum, undique consquisitum colligerent. Quo haud semel factum est, ut ingens earum copia manibus privatorum hominum fuerit coacervata ; ideoque manserit obnoxia periculo, quod quidem, remota etiam humana malitia, semper imminet rebus privatae fidei commissis.

Et imprudenter onera transferentium.

Denique sunt reperti qui, a lege discedentes expressa num. 5o Decreti, Missas celebrandas commiserint, non modo copiosius quam liceret largiri privatis, sed etiam inconsideratius ; cum ignotis sibi presbyteris easdem crediderint, nominis titulive alicuius specie decepti, vel aliorum commendationibus permoti, qui, nec eos plane nossent, nec assumpti oneris gravitatem satis perspectam haberent.

Zelus Ordinariorum in urgenda lege « Ut debita » excitatur.

Talibus ut occurratur disciplinæ perturbationibus utque damna gravissima, quae violationem Decreti « *Ut debita* » consequi solent, pro viribus propulsentur, hæc S. Congregatio, iussa faciens SSmi D. N. Pii Papae X, Episcopos omnes aliosque Ordinarios admonet, ut curam omnem et vigilantiam adhibeant in re tanti momenti, edoceantque clerum et administratores piorum legatorum, quanta ex inobservantia et contemptu legis pericula proveniant ; quo onere ipsorum conscientia gravetur ; quam temere arbitrium suum legibus anteponant, quas diuturna rerum experientia ad rei augustissimae tutelam collocavit ; qua denique sese culpa obstringant ; quibus poenis obnoxii fiant.

Nova sub gravi praecepto statuuntur servanda :

At malo radicitus exstirpando Emi Patres necessarium insuper censuerunt huc usque præscriptis nova quaedam addere. Itaque re discussa primum in Congregatione diei 23 mensis marii 1907, ac denuo in sequenti die 27 aprilis, sub gravi conscientiae vinculo ab omnibus servanda haec statuerunt :

1. Extra dioecesim, missae sunt committendae intermedio vel saltem annuente Ordinario Sacerdotum quibus committuntur.

I. Ut in posterum quicumque Missas celebrandas committere velit sacerdotibus, sive saecularibus, sive regularibus, extra dioecesim commorantibus, hoc facere debeat per eorum Ordinarium, aut ipso saltem audito atque annuente.

2. Catalogus sacerdotum et onerum est conficiendus.

II. Ut unusquisque Ordinarius, ubi primum licuerit, suorum sacerdotum catalogum conficiat, describatque Missarum numerum, quibus quisque satisfacere tenetur, quo tutius deinceps in assignandis Missis procedat.

3. Ad ecclesias Orientis

III. Denique si qui vel Episcopi vel sacerdotes velint in posterum Missas, quarum exuberet copia, ad Antistites aut presbyteros ecclesiarum quae in Oriente sitae sunt, mittere, semper et in singulis casibus id præstare debebunt per S. Congregationem Propagandae Fidei.

His autem omnibus ab infrascripto Secretario relatis eidem SSmo D. N. in audientia diei 28 mensis aprilis, Sanctitas Sua

Missae exuberantes sunt per mediam Congregationem Prop. Fidei transferendae.

Approbatio SSmi Derogatio contrariorum.

Dies (22 maii 1907).

deliberationes Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit, easque vulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obtantibus.

Datum Romae, die 22 mensis maii 1907.

VINCENTIUS Card. Ep. Praenestinus, *Praefectus.*
C. De Lai, Secretarius.

ANNOTATIONES

Paucis declarationibus perficere iuvabit expositionem hodierni iuris de oneribus missarum quam in PERIODICIS dedimus t. 1, n. **19**, p. 44-50 ; n. **20**, p. 51-52 ; n. **48**, p. 128-137 ; n. **73**, p. 178 ; Supplem, IX, p. 102-116 ; t. 2, Quaesita varia, VI, p. 100. Itaque :

1. Ex ipsis causis vel Decreti occasione, quae novae legi praescribuntur, utilissimum habemus subsidium interpretationis.

2. Recitatae in Praefatione culpae translationem onerum iam susceptorum vel supponunt (sic in 1° et 3° abusu) vel inferunt (ut in 2° de collectione magnae missarum copiae). Ergo *nulla sanctio* novi decreti eum afficit quem vocavimus *auctorem stipendii* [1], nec proinde translationem ipsam in quam auctor stipendii diserte consenserit. Is suo periculo et iure de re sua disponit. Sic etiam BESSON, NOUV. REV. THÉOL., 39 (1907), 436 ; BOUDINHON, CANON. CONTEMP., 38 (1907), 490.

3. Prima sanctio (I) obligat quotquot missarum exsecutionem curare debent, ut, si extra dioecesim velint missas committere, id ne faciant nisi per Ordinarium sacerdotum quibus missas tradere voluerint, vel saltem eo audito atque annuente.

Missarum exsecutionem curare debent : sacerdos qui missas acceptavit ; heres vel exsecutor testamenti in quo missae praecipiuntur dicendae ; Ordinarius qui missas exuberantes receperit.

Ordinarius est, pro saecularibus, Episcopus, vicarius apostolicus, vicarius generalis, Abbas Nullius, Praefectus apostolicus ; pro regularibus vel religiosis exemptis, Praelatus, saltem Provincialis, et ut veri simile est, etiam localis, pro religiosis non exemptis, in casu [2], Superior certe Generalis [3], et, ni fallimur etiam quilibet Superior verus [4].

Ordinarius intellegitur, non loci ubi missae datae sunt vel eius qui missas committere voluerit, sed sacerdotum *quibus* missas tradere velint alii, ad missam obligati, et aliam dioecesim incolentes.

Quid autem, si missae tradantur alicui domicilium habenti in dioecesi committentis, commoranti autem in alia dioecesi ex quasi domicilio ? Ut aliis utamur verbis, sacerdotes v. c. qui studiorum causa mittuntur ad Universitates, num facultate indigent Ordinarii loci ubi student ut missas accipiant a sacerdotibus dioecesis ad quam pertinent ?

Id putamus negari posse. Sumus enim in odiosis. Valde dura et satis mira foret severitas contraria. Dicemus itaque *commorationem* intellegi de commoratione perfecta, ita ut is tantum extra dioecesim

---

[1] V. gr. t. 1, p. 47-48.

[2] *In casu.* Quamvis *per se* non sint Ordinarii, cum iurisdictione ordinaria careant, in hac re tamen vox latius sumi potest. Cfr. t. 1, p. 135.

[3] Ex rescripto 27 feb. 1905, ad 3. PERIOD. t. 1, p. 133.

[4] BOUDINHON. l. c. 491. Cfr. PERIOD. t. 1, 135,6.

censeatur commorari qui in dioecesi nec domicilium nec quasi-domicilium habeat [1].

Nisi per Ordinarium mittantur stipendia, is saltem debet *audiri et annuere*. Verba ista posita sunt ut excludant licentiam *praesumptam*. Sed nullus modus licentiae dandae praefinitur. Scripta esse potest vel ore concessa, directe declarata vel per fidam personam communicata. Nec prohibetur Ordinarius suo sacerdoti licentiam concedere generalem acceptandi missas a sacerdotibus vel personis alienae dioecesis.

2. Ordinarii catalogum suorum sacerdotum conficere debent, in quo describant numerum missarum quibus quisque satisfacere tenetur.

Dicesne omnes missas in catalogum istum esse referendas? Postulaveris tunc rem quae saepe fieri non poterit. Quare agi putamus de iis solis missis quas medio Ordinario vel ipso annuente sacerdotes receperint dicendas ; nisi fortasse addendae sint, ut vult P. Besson [2], missae fundatae.

3. Severior autem statuitur sanctio, « si qui Episcopi vel sacerdotes velint in posterum missas, quarum exuberet copia, ad Antistites aut presbyteros ecclesiarum quae in Oriente sitae sunt, mittere. »

Id facere iam ipsis non licet nisi per S. Congr. Propagandae Fidei. De sanctione ista haec sunt observanda.

Ecclesia saepe ac proprie designat minorem fidelium societatem sub uno Pastore Ordinario constitutam, id est dioecesim : ita ecclesiam Parisiensem, Mediolanensem, Hispalensem dicimus.

« *Ecclesiae in Oriente sitae* » erunt tunc patriarchatus vel episcopatus Orientales cum presbyteris et fidelibus qui ad ipsos pertinent. Nam Vicarii Apostolici (et Praefecti Apostolici) nomine Sanctae Sedis suum regunt Vicariatum. Ac proinde coetus cui praesunt pars est *ecclesiae romanae* [3].

Significatio ista stricta quam, in hac materia odiosa, iam suadent ipsae voces, demonstratur etiam dispositionis ratione. Ad sacerdotes Orientales, non autem ad latinos qui in Orientalibus partibus sacra ministeria exercent imprudenter mittebantur « exuberantia » stipendia Missarum.

Oriens porro non omnem complectitur Asiam, sed regiones quae imo Mediterraneo mari circumstant, non excepta Aegypto : Graeciam, Macedoniam, Asiam-Minorem, Syriam, Aegyptum, minime autem Sinenses et Iapanenses oras, cum Extremi-Orientis nomine appellentur.

Denique sanctio non valet nisi cum *ab Episcopis vel Sacerdotibus* mittantur *Missae exuberantes*. Scilicet, fiebat ut aliarum regionum sacerdotes obligationes haberent nimis multas, quas eo libentius aliis committere cupiebant quod modicum stipendium iis esset coniunctum. Huiusmodi onera ad pauperes Orientis ecclesias

---

1 Consentire videtur Boudinhon, l. c. 491 cum scribat : « Les messes peuvent être librement remises à des prêtres demeurant dans le diocèse : je dirais même, sans hésiter, *à des prêtres du diocèse*, quoique résidant provisoirement ailleurs.

2 Nouv. Rev. Théol., 39 (1907), 439*.

3 Severiorem interpretationem redactorum Acta S. Sedis, qui ad omnes sacerdotes in Oriente commorantes regulam istam traducunt, improbat etiam P. Besson, Nouv. Rev. Théol. 39 (1907) 438 ; dum eandem sequitur Boudinhon, Can. contempor. 30 (1907) 489.

non ita raro mittebantur, nec sine periculo defraudationis ex ignota personarum qualitate. Huic periculo mederi voluit S. Congregatio. Praecepit itaque ut missae *quarum exuberet copia* ad ecclesias istas non mitterentur nisi per S. Congr. Propagandae Fidei.

Nihil ergo obstat quin sacerdos vel Ordinarius, ductus caritate, amicitia, paucas missas quibus ipse per se vel per subditos satisfacere possit, ad bene sibi notos Antistites vel Sacerdotes Orientales mittat, dummodo cautiones adhibeat decreto *Ut debita* praeceptas.

Ob duas itaque causas poterunt, ut ante, Superiores religiosi suis Orientis missionariis missas providere : a) missionarii isti ad ecclesiam Orientis non pertinent ; et b) missas recipiunt non « exuberantes ».

Nec laici de hoc tertio praecepto solliciti esse debent, cum de Episcopis et Sacerdotibus tantum fiat sermo.

---

216. — S. RIT. CONGREGATIONIS (10 et 31 maii 1907)

RESPONSA DE CALENDARIO LOCI

Dubia

De calendario.

A. **Dubiorum.** *Responsa 10 maii 1907.*

A Sacrorum Rituum Congregatione nuper expostulatum est : I. An Sorores tertiariae Ordinum Regularium Ordinariis locorum subiectae, quae in Communitate vivunt, vota simplicia nuncupant et tantummodo Officium parvum B. M. V. recitant, teneantur in propria Ecclesia, seu Oratorio sequi Calendarium respectivi Ordinis, relicto Calendario dioecesano, quo, annuente ac praecipiente loci Ordinario, a diuturno tempore usque in praesens utuntur ?

De privilegiis.

Et quatenus Negative, II. An eaedem Sorores praedictum Calendarium dioecesanum adhibentes participent omnes indulgentias quae a Romanis Pontificibus directe concessae sunt tantum respectivis Ordinibus eorumque Ecclesiis ?

Responsa.

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito Commissionis liturgicae suffragio, attentisque decretis Sacrarum Congregationum Rituum et Indulgentiarum, ita respondendum censuit :

Ad I.

Ad I. Negative.

Ad II.

Ad II. Affirmative. Serventur autem decreta praesertim S. R. C., n° 3862 Urbis et Orbis 9 Decembris 1895, et S. C. Indul. et Sacr. Reliq. « De Indulgentiis Tertiariorum » 28 augusti 1903 [1].

Dies (10 maii 1907).

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 10 maii 1907.

Orator,

B. **De Aguascalientes**. *Responsum 31 maii 1907*

Revmus Dom. Iosephus Maria Portugal, Episcopus dioeceseos de Aguascalientes in Mexico, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur pro opportuna declaratione reverenter exposuit ; nimirum :

Proposita ecclesiarum conditione,

In loco *De Asientos* nuncupato, dioeceseos de Aguascalientes exstat ecclesia parochialis et regularis ad Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci pertinens quae calendario ipsius Ordinis utitur, atque intra fines paroeciae habentur aliae ecclesiae Episcopi

---

[1] Cfr. Periodica, I, n. **13**, p. 38.

iurisdictioni subiectae. Hinc quaeritur an in his ecclesiis adhiberi debeat idem calendarium Ordinis Fratrum Minorum quo utitur supra dicta ecclesia parochialis, vel potius calendarium dioeceseos ?

Quaerit *de calendario.*

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem susbscripti Secretarii, exquisito Commissionis Liturgicae suffragio, praepositae questioni ita respondendum censuit :

Responsum

« Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, nisi aliqua ex dictis ecclesiis stabiliter administretur ab ipsis Fratribus Minoribus.

Atque ita rescripsit. Die 31 maii, 1907.

Dies (31 maii 1907).

S. Card. Cretoni, *Praef.*

D. Panici, Archiep. Laodicen Secretarius.

Annotatio

1. Veri simile est dubia de quibus 10 maii, sub A, exorta esse per occasionem Decreti 28 aug. 1903, quo communicatio indulgentiarum Primi Ordinis Tertiariis in communitate viventibus est concessa. Hinc pronum fuit dubitare an communio ista non inferret etiam communicationem Calendarii ; immo an indulgentia quae festo Sanctorum Ordinis propriorum est coniuncta, lucranda offeratur in ecclesia ubi de Sancto non agatur.

Utrumque dubium solvit S. Rituum Congregatio.

2. Observabis responsa circumscribi iis Institutis quae Horas canonicas in choro non recitant ; et allegatum esse diuturnum usum calendarii dioecesani. Sin minus, cum iam Sacerdotes Saeculares Tertiarii uti possint Breviario franciscano (S. Rit. Cong. 15 apr. 1904 Periodica, t. 1, n. **18**, p. 42. 43) putaverimus praeferendum esse calendarium primi Ordinis.

3. Praeterea, speciali Indulto (cfr. decr. S. Rit. Cong. 15 apr. 1904 et 22 ian. 1906, Periodica, t. 1, n. **18**, p. 42. 43 ; t. 3 (Suppl.) p. 110, n. 30) possunt Congregati Tertiarii Fratrum Minorum, etiam Capuccinorum, uti in suis ecclesiis Calendario Ordinis, quamvis non recitent nisi parvum B. M. V. officium.

---

217. — S. R. ET U. INQUISITIONIS (S. OFFICII)

DECRETUM 3-4 IUL. 1907

Propositiones proscriptae

Feria IV, die 3 iulii 1907

Aetas nostra in errores prociiva. Dogmaticae quorundam catholicorum temeritates deplorantur.

Lamentabili sane exitu aetas nostra freni impatiens in rerum summis rationibus indagandis ita nova non raro sequitur ut, dimissa humani generis quasi hereditate, in errores incidat gravissimos. Qui errores longe erunt perniciosiores, si de disciplinis agitur sacris, si de Sacra Scriptura interpretanda, si de fidei praecipuis mysteriis. Dolendum autem vehementer inveniri etiam inter catholicos non ita paucos scriptores qui, praetergressi fines a patribus ac ab ipsa Sancta Ecclesia statutos, altioris intellegentiae specie et historicae considerationis nomine, eum dogmatum progressum quaerunt qui, re ipsa, eorum corruptela est.

Praecipuos errores notatos voluit S. Pontifex.

Ne vero huius generis errores, qui cotidie inter fideles sparguntur, in eorum animis radices figant ac fidei sinceritatem corrumpant, placuit SS^mo D. N. Pio divina providentia Pp. X ut per hoc Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis Officium ii qui inter eos praecipui essent, notarentur et reprobarentur.

Hinc reprobantur sequentes:

Quare, instituto diligentissimo examine, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, E^mi ac R^mi D^ni Cardinales, in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, propositiones quae sequuntur reprobandas esse iudicarunt, prouti hoc generali Decreto reprobantur ac proscribuntur:

De magisterio Ecclesiae.

1. Ecclesiastica lex quae praescribit subicere praeviae censurae libros Divinas respicientes Scripturas, ad cultores critices aut exegeseos scientificae librorum Veteris et Novi Testamenti non extenditur.

2. Ecclesiae interpretatio Sacrorum Librorum non est quidem spernenda, subiacet tamen accuratiori exegetarum iudicio et correctioni.

3. Ex iudiciis et censuris ecclesiasticis contra liberam et cultiorem exegesim latis colligi potest fidem ab Ecclesia propositam contradicere historiae, et dogmata catholica cum verioribus christianae religionis originibus componi reipsa non posse.

4. Magisterium Ecclesiae ne per dogmaticas quidem definitiones genuinum Sacrarum Scripturarum sensum determinare potest.

5. Cum in deposito fidei veritates tantum revelatae contineantur, nullo sub respectu ad Ecclesiam pertinet iudicium ferre de assertionibus disciplinarum humanarum.

6. In definiendis veritatibus ita collaborant discens et docens Ecclesia, ut docenti Ecclesiae nihil supersit nisi communes discentis opinationes sancire.

7. Ecclesia, cum proscribit errores, nequit a fidelibus exigere ullum internum assensum, quo iudicia a se edita complectantur.

8. Ab omni culpa immunes existimandi sunt qui reprobationes a Sacra Congregatione Indicis aliisve Sacris Romanis Congregationibus latas nihili pendunt.

De origine, inspiratione, veritate et studio S. Scripturae.

9. Nimiam simplicitatem aut ignorantiam prae se ferunt qui Deum credunt vere esse Scripturae Sacrae auctorem.

10. Inspiratio librorum Veteris Testamenti in eo constitit quod scriptores istraelitae religiosas doctrinas sub peculiari quodam aspectu, gentibus parum noto aut ignoto, tradiderunt.

11. Inspiratio divina non ita ad totam Scripturam Sacram extenditur, ut omnes et singulas eius partes ab omni errore praemuniat.

12. Exegeta, si velit utiliter studiis biblicis incumbere, in primis quamlibet praeconceptam opinionem de supernaturali origine Scripturae Sacrae seponere debet, eamque non aliter interpretari quam cetera documenta mere humana.

13. Parabolas evangelicas ipsimet Evangelistae ac christiani secundae et tertiae generationis artificiose digesserunt, atque ita rationem dederunt exigui fructus praedicationis Christi apud iudaeos.

14. In pluribus narrationibus non tam quae vera sunt Evangelistae rettulerunt, quam quae lectoribus, etsi falsa, censuerunt magis proficua.

15. Evangelia usque ad definitum constitutumque canonem continuis additionibus et correctionibus aucta fuerunt; in ipsis proinde doctrinae Christi non remansit nisi tenue et incertum vestigium.

16. Narrationes Ioannis non sunt proprie historia, sed mystica Evangelii contemplatio : sermones, in eius evangelio contenti, sunt meditationes theologicae circa mysterium salutis historica veritate destitutae.

17. Quartum Evangelium miracula exaggeravit non tantum ut extraordinaria magis apparerent, sed etiam ut aptiora fierent ad significandum opus et gloriam Verbi Incarnati.

18. Ioannes sibi vindicat quidem rationem testis de Christo ; re tamen vera non est nisi eximius testis vitae christianae, seu vitae Christi in Ecclesia, exeunte primo saeculo.

19. Heterodoxi exegetae fidelius expresserunt sensum verum Scripturarum quam exegetae catholici.

De Revelatione et Dogmatibus.

20. Revelatio nihil aliud esse potuit quam acquisita ab homine suae ad Deum relationis conscientia.

21. Revelatio, obiectum fidei catholicae constituens, non fuit cum Apostolis completa.

22. Dogmata quae Ecclesia perhibet tamquam revelata, non sunt veritates e caelo delapsae, sed sunt interpretatio quaedam factorum religiosorum quam humana mens laborioso conatu sibi comparavit.

23. Exsistere potest et reipsa exsistit oppositio inter facta quae in Sacra Scriptura narrantur eisque innixa Ecclesiae dogmata ; ita ut criticus tamquam falsa reicere possit facta quae Ecclesia tamquam certissima credit.

24. Reprobandus non est exegeta qui praemissas astruit, ex quibus sequitur dogmata historice falsa aut dubia esse, dummodo dogmata ipsa directe non neget.

25. Assensus fidei ultimo innititur in congerie probabilitatum.

26. Dogmata fidei retinenda sunt tantummodo iuxta sensum practicum, idest tanquam norma praeceptiva agendi, non vero tanquam norma credendi.

De Christo.

27. Divinitas Iesu Christi ex Evangeliis non probatur ; sed est dogma quod conscientia christiana e notione Messiae deduxit.

28. Iesus, cum ministerium suum exercebat, non in eum finem loquebatur ut doceret se esse Messiam, neque eius miracula eo spectabant ut id demonstraret.

29. Concedere licet Christum quem exhibet historia, multo inferiorem esse Christo qui est obiectum fidei.

30. In omnibus textibus evangelicis nomen *Filius Dei* aequivalet tantum nomini *Messias*, minime vero significat Christum esse verum et naturalem Dei Filium.

31. Doctrina de Christo quam tradunt Paulus, Ioannes et Concilia Nicaenum, Ephesinum, Chalcedonense, non est ea quam Iesus docuit, sed quam de Iesu concepit conscientia christiana.

32. Conciliari nequit sensus naturalis textuum evangelicorum cum eo quod nostri theologi docent de conscientia et scientia infallibili Iesu Christi.

33. Evidens est cuique qui praeconceptis non ducitur opinionibus, Iesum aut errorem de proximo messianico adventu fuisse professum, aut maiorem partem ipsius doctrinae in Evangeliis Synopticis contentae authenticitate carere.

34. Criticus nequit asserere Christo scientiam nullo circumscriptam limite, nisi facta hypothesi quae historice haud concipi potest quaeque sensui morali repugnat, nempe Christum uti hominem habuisse scientiam Dei et nihilominus noluisse notitiam tot rerum communicare cum discipulis ac posteritate.

35. Christus non semper habuit conscientiam suae dignitatis messianicae.

36. Resurrectio Salvatoris non est proprie factum ordinis historici, sed factum ordinis mere supernaturalis, nec demonstratum nec demonstrabile, quod conscienta christiana sensim ex aliis derivavit.

37. Fides in resurrectionem Christi ab initio fuit non tam de facto ipso resurrectionis, quam de vita Christi immortali apud Deum.

38. Doctrina de morte piaculari Christi non est evangelica sed tantum paulina.

De Sacramentis.

39. Opiniones de origine sacramentorum, quibus Patres Tridentini imbuti erant quaeque in eorum canones dogmaticos procul dubio influxum habuerunt, longe distant ab iis quae nunc penes historicos rei christianae indagatores merito obtinent.

40. Sacramenta ortum habuerunt ex eo quod Apostoli eorumque successores ideam aliquam et intentionem Christi, suadentibus et moventibus circumstantiis et eventibus, interpretati sunt.

41. Sacramenta eo tantum spectant ut in mentem hominis revocent praesentiam Creatoris semper beneficam.

42. Communitas christiana necessitatem baptismi iuduxit, adoptans illum tamquam ritum necessarium, eique professionis christianae obligationes annectens.

43. Usus conferendi baptismum infantibus evolutio fuit disciplinaris, quae una ex causis exstitit ut sacramentum resolveretur in duo, in baptismum scilicet et paenitentiam.

44. Nihil probat ritum sacramenti confirmationis usurpatum fuisse ab Apostolis : formalis autem distinctio duorum sacramentorum, baptismi scilicet et confirmationis, haud spectat ad historiam christianismi primitivi.

45. Non omnia quae narrat Paulus de institutione Eucharistiae (I. Cor. xi, 23-25), historice sunt sumenda.

64. Non affuit in primitiva Ecclesia conceptus de christiano peccatore auctoritate Ecclesiae reconciliato, sed Ecclesia nonnisi admodum lente huiusmodi conceptui assuevit. Immo etiam postquam paenitentia tamquam Ecclesiae institutio agnita fuit, non appellabatur sacramenti nomine, eo quod haberetur uti sacramentum probrosum.

47. Verba Domini : *Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remiseritis peccata, remittuntur iis, et quorum retinueritis, retenta sunt* (Io. xx, 22 et 23) minime referuntur ad sacramentum paenitentiae, quicquid Patribus Tridentinis asserere placuit.

48. Iacobus in sua epistola (vv. 14 et 15) non intendit promulgare aliquod sacramentum Christi, sed commendare pium aliquem morem, et si in hoc more forte cernit medium aliquod gratiae, id non accipit eo rigore, quo acceperunt theologi qui notionem et numerum sacramentorum statuerunt.

49. Cena christiana paulatim indolem actionis liturgicae assumente, hi, qui Cenae praeesse consueverant, characterem sacerdotalem acquisiverunt.

50. Seniores qui in christianorum coetibus invigilandi munere fungebantur, instituti sunt ab Apostolis presbyteri aut episcopi ad providendum necessariae crescentium communitatum ordinationi, non proprie ad perpetuandam missionem et potestatem Apostolicam.

51. Matrimonium non potuit evadere sacramentum novae legis nisi serius in Ecclesia ; siquidem ut matrimonium pro sacramento haberetur necesse erat ut praecederet plena doctrinae de gratia et sacramentis theologica explicatio.

De Ecclesia et doctrina catholica.

52. Alienum fuit a mente Christi Ecclesiam constituere veluti societatem super terram per longam saeculorum seriem duraturam ; quin immo in mente Christi regnum caeli una cum fine mundi iamiam adventurum erat.

53. Constitutio organica Ecclesiae non est immutabilis ; sed societas christiana perpetuae evolutioni aeque ac societas humana est obnoxia.

54. Dogmata, sacramenta, hierarchia, tum quod ad notionem tum quod ad realitatem attinet, non sunt nisi intellegentiae christianae interpretationes evolutionesque quae exiguum germen in Evangelio latens externis incrementis auxerunt perfeceruntque.

55. Simon Petrus ne suspicatus quidem umquam est sibi a Christo demandatum esse primatum in Ecclesia.

56. Ecclesia Romana non ex divinae providentiae ordinatione, sed ex mere politicis condicionibus caput omnium Ecclesiarum effecta est.

57. Ecclesia sese praebet scientiarum naturalium et theologicarum progressibus infensam.

58. Veritas non est immutabilis plus quam ipse homo, quippe quae cum ipso, in ipso et per ipsum evolvitur.

De evolutione doctrinae christianae.

59. Christus determinatum doctrinae corpus omnibus temporibus cunctisque hominibus applicabile non docuit, sed potius inchoavit motum quendam religiosum diversis temporibus ac locis adaptatum vel adaptandum.

60. Doctrina christiana in suis exordiis fuit iudaica, sed facta est per successivas evolutiones primum paulina, tum ioannica, demum hellenica et universalis.

61. Dici potest absque paradoxo nullum Scripturae caput, a primo Genesis ad postremum Apocalypsis, continere doctrinam prorsus identicam illi quam super eadem re tradit Ecclesia, et idcirco nullum Scripturae caput habere eundem sensum pro critico ac pro theologo.

62. Praecipui articuli Symboli Apostolici non eandem pro christianis primorum temporum significationem habebant quam habent pro christianis nostri temporis.

63. Ecclesia sese praebet imparem ethicae evangelicae efficaciter tuendae, quia obstinate adhaeret immutabilibus doctrinis quae cum hodiernis progressibus componi nequeunt.

64. Progressus scientiarum postulat ut reformentur conceptus doctrinae christianae de Deo, de Creatione, de Revelatione, de Persona Verbi Incarnati, de Redemptione.

65. Catholicismus hodiernus cum vera scientia componi nequit nisi transformetur in quendam christianismum non dogmaticum, id est in protestantismum latum et liberalem.

Sequenti vero feria V, die 4 eiusdem mensis et anni, facta de his omnibus SS^mo^ D. N. Pio Pp. X accurata relatione, Sanctitas Sua Decretum E^morum^ Patrum approbavit et confirmavit, ac omnes et singulas supra recensitas propositiones ceu reprobatas ac proscriptas ab omnibus haberi mandavit.

PETRUS PALOMBELLI
S. R. U. I. Notarius.

ANNOTATIO

Peculiare istius decreti momentum causa est cur illud, ad usum nostrorum Lectorum, typis exscribendum putaverimus. Quia tamen alienum a nostro proprio argumentum versat, commentariis abstinendum esse ducimus.

Unum tantum attingemus, quod canonistis sat elegantem offert quaestionem.

Confirmatio Pontificia, qua decretum istud concluditur, estne communis illa quam, ante suam promulgationem, recipiunt omnia decreta doctrinalia S. Officii, an specialis, quae, ex Congregationis decreto, legem proprie Pontificiam faciat ?

Ac ratio dubitandi esse poterit singularis forma istius approbationis. Communis enim approbatio, his verbis contineri consuevit : « Facta de suprascriptis accurata relatione SS°..... Sanctitas sua resolutionem Eminentissimorum Patrum approbavit et confirmavit. » Cfr. v. g. resp. 13-15 ian. 1897, de authentia versiculi « Tres sunt, etc. » Ex I Ioannis. Hic autem legimus : « Facta... accurata relatione, SS. Decretum Em. Patrum approbavit et confirmavit, *ac omnes et singulas supra recensitas propositiones ceu reprobatas ac proscriptas ab omnibus haberi mandavit.* »

Confirmatio tamen pro communi habenda esse videtur. Etenim : a) Specialis clausula post ipsam confirmationem accedit, estque haec data in forma solita, communi. b) Nulla verba vel speciale istud examen significant quod solet S. Pontifex confirmationi in forma specifica praemittere et exprimere his vel similibus, « Ex certa scientia », vel intentionem Pontificis statuendi « de apostolicae auctoritatis plenitudine ». Contra, verbis omnino consuetis indicatur accurata quae facta est relatio. Denique, donec confirmatio probetur esse *specifica*, iudicanda est *communis*. Cfr. PIRHING, *Ius can.* l, 2, t. 30, n. 5.

Simul tamen occurrit genus quoddam clausulae quod pluribus recentioribus SS. Congregationum decretis est coniunctum. Ita Dec. **Cum peculiari**, Ep. et Reg. 7 iun. 1899 : « S. S. sententiam S. C. probare dignata est, eamque uti legem ab omnibus ad quos spectat servari iussit » ; Dec. **Ut debita**, Congr. Concilii, 11 maii 1904: « quod (decretum) S. S. ab omnibus inviolabiliter servari iubet»; Dec. **Sacra Tridentina**, 20 dec. 1905 : « S. S. decretum ratum habuit, confirmavit atque edi iussit, Mandavit insuper ut mittatur... ad omnes... Ordinarios... ut illud... communicent et de exsecutione... S. Sedem edoceant ; et decl. 6-25 martii 1907 « SS... confirmare dignatus est et publicari mandavit. » (Cfr. PERIODICA, I, 78. 47 ; II, 69 ; III, 127.)

Re vera itaque duo hic habemus :

a) Actum S. Officii, in *forma communi* confirmatum. Nusquam dicitur S. Pontifex *ipse etiam* proscribere.

b) Actum S. Pontificis proprium, verum mandatum quo iubemur recensitas propositiones pro reprobatis habere.

Haec est lex stricte pontificia, vere obligans conscientiam ; illud est Decretum S. Officii, de quo valent haec scripta a R. P. WERNZ *Ius Decretalium* II, n. 659 : « Decreta quae de doctrina catholica fidei vel morum a S. C. Inq. publicantur, etiamsi a R. Pontifice in forma *communi* fuerint confirmata, magnam sane habent auctoritatem, sed ex sese irreformabilia non sunt » nec proin infallibilia. — Etiam tale decretum citra *speciale* iussum S. Pontificis, vim habet legis universalis, cui est parendum.

SUPPLEMENTA

QUAESITA VARIA

DE INDULGENTIIS DICTIS A PORTIUNCULA

Communi iam Portiunculae nomine designantur locales indulgentiae plenariae quae certis diebus totiens offeruntur lucrandae, quotiens ad consuetas condiciones confessionis et communionis visitationem addideris certae ecclesiae, ibique ad S. Pontificis mentem oraveris. Nomen ductum est ex celebri sanctuario Assisiensi, dicto a Portiuncula, quod primum, diuque solum huiusmodi habuit privilegium.

De quo indulgentiarum genere, per recentium concessionum occasionem, varia sunt quaesita, quibus hic paucis satisfacere intendimus. Itaque:

1. **Quot sunt numero concessae?**

Has quidem recitare possumus.

a) Omnium prima est quae a 1ª augusti, post meridiem a primis vesperis officii sequentis, ad occasum solis 2ae augusti (Sed cfr. nunc indult. 26 ian. 1911) offertur in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis Fratrum Minorum, Fratrum Minorum Conventualium, Fratrum Minorum Cappuccinorum, Tertii Ordinis regularis S. Francisci, Monialium S. Clarae et Tertii Ordinis, omnium Congregationum Tertiariorum et Tertiariarum quae vota simplicia emittunt [1] et in plurimis aliis ecclesiis vel oratoriis ex peculiari indulto.

b) Altera a Gregorio XIII ecclesiis Ordinis Minimorum in festo S. Francisci de Paula (2 april.) concessa est. Cfr. resp. S. C. Indulg. 15 mart. 1884. (A. S. S. t. 16, p. 433.)

c) Successit ea quam rescr. S. C. Indulg. 27 ian. 1888 concessit in sollemnitate Dolorosae Matris, tertia Dominica septembris, visitantibus ecclesiam Ordinis Servorum B. M. V. etiam Monialium, vel Tertii Ordinis, vel ubi confraternitas VII Dolorum canonice sit erecta. Ante

[1] Immo ecclesiarum vel oratoriorum publicorum quorum curam habent. Cfr. resp. 8 aug. 1907. Periodicum, II, 151. Tertiarii saeculares eadem indulgentia fruuntur in ecclesiis et publicis oratoriis ubi congregatio Tertii Ordinis legitime erecta est.

generale indultum 26 ian. 1911, indulgentia ipso tantum sollemnitatis die, sed a media nocte ad mediam noctem, proponi videbatur.

d) A primis vesperis festi B. Virginis Mariae de Monte Carmelo, 16 iulii, ad occasum solis in ipso die festivo (Breve *Quo magis*, 16 maii 1892), offertur in omnibus ecclesiis Carmelitani Ordinis, et Congregationum Tertiariorum vel Tertiariarum quae vitam communem cum votis simplicibus coniungunt [1].

e) In festo SS. Rosarii, pridie a primis vesperis, usque ad occasum solis ipsius festi, in omnibus ecclesiis ubi confraternitas SS. Rosarii canonice fuerit erecta. Requiritur autem ut visitetur altare SS. Rosarii vel saltem statua B. Virginis, Reginae SS. Rosarii. (S. C. Indulg. 5 apr. 1869, 7 iul. 1885.)

f) In festo SS. Trinitatis, a primis vesperis usque ad occasum sollemnitatis, in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis Religiosorum atque Monialium Ordinis Excalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis captivorum, Tertii Ordinis tam regularis quam saecularis, atque etiam confraternitatum. Ex rescripto 10 aug. 1904.

g) In festo SS. Corporis Christi, in ecclesiis Congr. SS. Sacramenti. Breve 30 iul. 1906.

h) Die 30 iunii, in omnibus ecclesiis in quibus mensis SS. Cordis sollemniter celebratur. Ex indulto 8 aug. 1906.

i) Die 1 novembris, a primis vesperis usque ad occasum solis diei sequentis, in omnibus ecclesiis alicuius familiae Benedictinae, sive Monachorum sive Monialium. Ex rescriptis 27 febr. et 11 sept. 1907.

Praeterea, quotquot numisma iubilare gerunt S. Patris Benedicti [2], si valetudine, clausura aut distantia impediantur quominus ecclesiam vel oratorium Ordinis S. Benedicti visitent, possunt in qualibet ecclesia vel oratorio publico indulgentia 2 novembris frui.

Iam simili modo Tertiarii saeculares, ex variis Indultis [3], et Tertiarii religiosi ex rescripto 8 aug. 1906 [4], qui degunt in loco ubi deest ecclesia Ordinis, indulgentias lucrari possunt propriam parochialem visitando ecclesiam.

---

[1] Cfr. decr. 28 aug. 1903, Periodicum, I, 38. — [2] De hoc numismate cfr. Periodicum, II, 154. Numisma istud in variis monasteriis Ordinis S. Benedicti distribuitur. — [3] Sic Tertiarii Servorum B. M. V. ex rescr. 17 ian. 1888; S. Francisci, ex decr. 31 ian. 1893; SS. Trinitatis, ex decr. 25 sept. 1904; S. Dominici, ex Decr. 13 iun. 1906. — [4] Cfr. Periodicum, II, 151.

Fideles vero qui scapulari caeruleo Immaculatae Conceptionis sunt legitime induti, possunt, quotiescumque sex Pater, Ave et Gloria recitaverint, indulgentias lucrari ecclesiae Portiunculae. *Nec ulla alia condicio* requiritur. Itaque, a primis vesperis sollemnitatis 2 augusti usque ad occasum solis, poterunt in omni loco, repetendo sex Pater Ave et Gloria, indulgentiis frui pro quibus ceteri debent, facta confessione et communione, visitare privilegiata oratoria. Cfr. decretum S. Congr. Indulgentiarum, datum 31 martii et approbatum 14 aprilis 1856.

2. **De Confessione**, **Communione** et **Visitationibus** :

a) *Quaeritur qua die utiliter peragi possint.*

R. Ex indulto 14 iul. 1894, iam 30 iulii peragi potest *Confessio* ad lucrandam indulgentiam Portiunculae franciscanae. Et ex rescr. 20 iul. 1896, quotiens Portiuncula in Dominicam sequentem transferatur, confessio etiam feria V praecedente 30 iulii peragi potest.

Ex rescripto S. C. Indulg. 17 aug. 1899, confessio pro « Portiuncula » Rosarii institui potest feria VI immediate praecedente festum SS. Rosarii.

Quia, diebus quibus annectitur Portiuncula benedictina, ingens habetur populi concursus et saepe rariores praesto sunt Confessarii, ob quas causas concessum est indultum 14 iul. 1894, et Ordo Benedictinus communicat in privilegiis cum Mendicantibus, existimamus memoratum indultum ad Portiunculam benedictinam traduci posse, ita ut Confessio a 30 octobris utiliter peragi queat [1].

Perinde de aliis Portiunculis non dixerimus, cum desint ipsae indulti rationes.

Sed nunc omnes Portiunculae uti poterunt beneficio generali Decreti 11 mart. 1908, quo *Confessio* institui permittitur tribus diebus ante diem pro quo — qualibet ex causa — indulgentia est concessa.

Hinc, qui die 27 iunii confessus fuerit, frui potest indulgentia *totiens quotiens* quae die 30 iunii offertur lucranda.

Ex decreto autem 6 oct. 1870, *Communio* semper in pervigilio diei pro quo indulgentia concessa est, institui potest.

Verum, cum pleraeque « Portiunculae » initium habeant

---

1 Idem, sed alia ductus ratione, tuetur Redactor Nouvelle Revue Théologique.

a *primis vesperis*, quaerendum superest utrum dictum pervigilium sumi possit die ante istas vesperas, an sit ipse dies quo primae vesperae celebrantur? Ac posteriore sensu respondendum est. Primae enim vesperae re vera diem praecedunt cui indulgentia est annexa.

Denique, ex indulto 26 ian. 1911, ecclesia vel oratorium *semper* iam pridie, ab hora 12 usque ad mediam noctem ipsius diei quae indulgentiis munitur, utiliter visitari potest. Quare non iam attendendum est utrum necne Portiuncula sit a primis vesperis concessa.

Summa itaque haec erit :

Portiuncula	Confessio	Communio et vis. SSi
Franciscana (2 aug.)	a 30 iul.	a 1 aug.
Minimorum (2 april.)	a 30 martii	a 1 aprilis
Servorum B. M. V. (Dom. 3 sept.)	a feria V pr.	a sabbato pr.
Carmelitana (16 iul.)	a 13 iul.	a 15 iul.
SS. Rosarii (Dom. 1 octob.)	a feria V pr.	a sabbato praec.
Trinitaria (Dom. post Pentec.)	a feria V pr.	a sabbato praec.
Congr. SS. Sacramenti (In festo corporis X^ti)	a feria II pr.	a feria IV pr.
SS. Cordis (30 iunii)	a 27 iun.	a 29 iun.
Benedictina (2 nov.)	a 30 oct.	a 1 nov.

Notum est eos qui quasi cotidie communicant, confessionis condicione dispensari. Cfr. Indultum 14 febr. 1906 (Periodicum II, p. 69).

b) *Qui tantum ipsa sollemnitatis die ad sacram mensam accesserit*, potestne iam pridie vespere utiles indulgentiis lucrandis instituere visitationes Sanctissimi ?

Dubium moveri potest ex sollemnibus Indultorum verbis : « Si confessi ac S. Synaxi refecti ecclesiam visitaveverint » vel « preces ad mentem Sanctissimi fuderint ».

Censemus nihilo minus responsum affirmativum omni dubitatione vacare. Receptum enim est ordinem quo plura requisita opera perficiantur, in arbitrio poni fidelium qui indulgentiam lucrari voluerint. Immo, ad praedictas huiusmodi formulas respiciens, declaravit S. Congregatio Indulgentiarum : « Quod autem ad ecclesiae visitationem

spectat, eam impleri posse sive ante sive post aliorum operum implementum [1]. »

Nec requiritur ut ecclesiam visitans iam tunc fuerit in statu gratiae, dummodo in postrema condicione implenda iustitiam supernaturalem recuperaverit.

Hoc itaque discrimine qui confessionem et communionem visitationibus praeposuerint, ab iis distinguentur qui ante communionem iam pluries ecclesiam visitaverint, quod priores singulas visitationes tamquam postremum opus perficientes, post singulas indulgentiam consequentur, dum posteriores, per visitationes ante communionem factas, veluti totidem ponunt indulgentiarum titulos, qui communione sunt perficiendi.

N. B. Quamvis certa ecclesia sit visitanda, s. communio ubivis locorum utiliter recipi potest.

3. **Qua hora initium et finem** habent **Indulgentiae** quae a primis vesperis usque ad occasum solis sunt concessae ?

Per se, pro initio, mos observandus est quo primae vesperae in choro inchoari consueverint vel potuerint. In nostris itaque regionibus, hora circiter secunda pomeridiana indulgentiae istae incipient [2]. Durant autem « usque ad integrum diei vespertinum crepusculum [3] ». Quam diu ergo vel dimidia luce utimur, tempus utile non desiit. Sed planior nunc indicatio facta est decreto 26 ian. 1911 : a meridie, ad mediam noctem.

4. **De indulgentia SS. Cordis vel Servorum B. M. V.**, quaeritur utrum a primis vesperis offeratur an sit die naturali 30 iunii vel in festo VII Dol. lucranda ?

Quia in aliis indultis de Portiuncula computatio ecclesiastica a primis vesperis ad solis occasum expresse indicatur, hic autem tacetur, videtur regula generali utendum, secundum quam a *media nocte ad mediam noctem* est temporis aestimatio facienda. Cfr. dec. 12 ian. 1878 (*Decr. auth.* n. 434 ad 1) ; et die 16 iul. 1887 declaratum est rursus stricte standum esse terminis concessionis [4]. Rem iam momento carere modo monuimus.

---

1 *Decr. auth.* n. 214. Decl. 31 mart. 1759, probata a S. Pontifice die 19 maii.

2 Martinucci, *Manuale ecclesiasticorum*, citatus a Beringer. *Die Ablässe*, ed. 13, p. 94. Is monet horam computari posse vel veram vel mediam vel civilem.

3 Benedictus XIV, Bulla Peregrinantes, § 6, 5 maii 1749.

4 Videsis Beringer, *Die Ablässe*, ed. 13, p. 93 ; et 327.

5. **De Benedictina Indulgentia.**

a) *Quaenam familiae religiosae* frui poterunt ampla extensione a SS. D. N. Pio Pp. X mense septembri concessa.

Quotquot, ni fallimur, regulam habent S. Benedicti, quamvis, ex propriis Constitutionibus, inter se distinguantur nomine, habitu et observantiae rigore.

S. Benedictum porro tamquam patriarcham sic habent: monachi *Camaldulenses* (eremitae vel coenobitae); *Olivetani*, *Silvestrini*, *Vallombrosani*, *Cistercienses*, et *Cistercienses Reformati*, vulgo *Trappenses*.

Privilegio directe muniuntur monachi et moniales votorum sollemnium; sed idem participabunt omnes Congregationes votorum simplicium, si modo instar Tertii Ordinis, alicui Monachorum Instituto legitime fuerint aggregati [1].

b) *Num omnes istae familiae uti poterunt nuperrimo beneficio* quo, instante Rev^mo Abbate Primate Benedictinorum nigrorum, S. Pontifex permisit ut degentes in communitate possint pro ecclesia oratorium semipublicum visitare?

Quatenus communicent in privilegiis et indulgentiis, id omnino affirmandum ducimus. Par enim omnino est omnium causa; par voluntas S. Pontificis, qui principalis indulgentiae omnes fecit participes. Valent itaque hic, si umquam, verba Leonis X, communicationem concedentis: « Nos ad singulos Ordines praedictos, singulasque ipsorum Ordinum domos, ubi religiose vivitur, indifferenter absque acceptione personarum devotionis affectum aequa lance gerentes [2] »

c) Cum *gestantes iubilare S. Benedicti numisma*, possint, si distantia impediti, quamlibet ecclesiam utiliter visitare, quaeritur utrum distantia sit ex residentia habituali vel saltem ex mora « transitoria » itineris aestimanda, an sufficiat impedimentum *actuale*, quod creet v. gr. ultronea ambulatio?

Res ista non omnino liquet, cum nota sit S. Pontificis liberalitas in spiritualibus gratiis largiendis et verba rescripti 27 feb. 1907 sint indefinite posita.

Si tamen consideraverimus privilegium istud simile esse privilegio quod obtinuerunt varii Tertiarii saecula-

---

[1] Ex decreto generali 28 aug. 1903. Cfr. Periodicum, I, **13**, p. 38.
[2] C. *Dudum*, 10 dec. 1519. Cfr. *De Religiosis*, etc. II n. **165**, p. 509.

res in quibus concessionibus privilegiati semper supponuntur *degentes* vel *exsistentes* in loco nimis distante ab ecclesia quae per se foret visitanda, arbitramur verba Indulti 27 feb. 1907 esse eodem modo intellegenda. Sed ex resp. Indulg. 13 sept. 1905 (PERIOD. II, 54) de parochiae propriae visitatione, mora « transitoria » sufficere videtur.

4. **Quaenam distantia venit nomine miliarii ?**

Miliare idem est quod 1000 passus. Ex rescripto S. Congregationis Indulgentiarum, 14 sept. 1904, respondet 1489 metris [1].

SUPPLEMENTUM TERTIUM DECIMUM [2]

RITUS SACRI RELIGIOSORUM AB EDITA AUTHENTICORUM DECRETORUM COLLECTIONE (1900)

ANNOTATIONES

Opinamur ex responsis 1 et 3 (fr. p. 121) deduci posse :

A. Religiosi qui *proprio* utuntur Kalendario :

1. Generatim non tenentur obligatione accipiendi et sua faciendi festa, officia et missas loci in quo degunt nec classem festorum a se iam admissorum immutandi, etiam quando indultum continet clausulam praeceptivam pro utroque clero.

Quod assertum impugnari nequit sive :

a) Eo quod contradicat responso secundo mox citato, seu 8 maii 1903, de instituto missionariorum a S. Ioseph. Hoc enim particulare haberi potest, immo et habendum esse videtur. Quod probatur tum verbis « in casu » qua formula S. C. declarare intendit, ut notum est, solum dubium propositum, ita ut ceteris casibus non omnino similibus declarationem suam applicare nolit ; tum eo quod responsum tertium mox citatum (seu responsum 26 mart. 1904) sufficienter declarat regulares in genere in America Latina vitam et ipsos agentes atque proprio Kalendario utentes, ad S. Thuribii festum (de quo in responso 8 maii 1903) nequaquam teneri. Erat autem ratio aliqualis conformitatis et aliae forsitan rationes cur Missionarii a S. Ioseph festum iam a se admissum, minore quidem sub ritu, altiore iam colere deberent.

b) Neque magis impugnari potest ex responso n° 1708, 2° (quod citatum vide PERIOD. I. 13.) Praeterquam enim quod secundum MONIT. ECCLES. 1903, p. 343, responsum istud ut particulare haberi

[1] Privata nostra aestimatione bis in PERIODICO III, 10 et 81, posuimus 1469 m. 480 mill. Erravit MANY, cum in opere *De oratoriis*, miliare intellexit maritimum seu 1852 metrorum.

[2] Cfr. supra, p. 92 et 118. Loci ex PERIODICIS indicantur *tomo* et *pagina*.

posset, praeterea, inquam, ita intellegi potest ut restringatur ad officia quae iam a religiosis in suum Kalendarium admissa fuissent. Quo in casu eundem sensum habet ac responsum in *Patavina* et alia plura, sicque conciliantur iura.

c) Neque tandem ex eo quod mirum sit *non teneri* aliquem ad acceptandum aliquid sibi simul ac aliis concessum *cum clausula praeceptiva*. Dato enim rem miram esse, res nihilo minus in ipso responso clarius affirmatur quam ut negari possit. Sed neque ita mira res est, ut videre est apud Revue Théol. franç. 1904, p. 567. Cum enim præceptum non liget nisi eos et quatenus eos superior ligare intendit, fieri potest ut praeceptum ad plures personarum classes spectans, aliis praeceptum strictum sit, aliis licentia tantum vel consilium, prout nempe aliae propter rationes speciales et privilegia a stricte dicta obligatione in casu eximuntur, aliae non.

2. Licet tamen ipsis — seu iis qui Kalendario proprio gaudent — huiusmodi festa et officia acceptare. Quod quidem deducere non possumus cum Revue Théolog. franç. p. 70 et 567 ex responso 1708, 2°, cum hoc responsum non intellegamus de *introducendis* in religiosorum Kalendarium festis noviter *concessis*, et verba « possint ac debeant » coniunctim sumenda esse opinemur, sed ex ipsa hypothesi. Nonne enim agitur de officiis ac festis utrique clero concessis, immo et cum clausula praeceptiva ?

B. Religiosi qui *Dioecesano* Kalendario utuntur :

Videntur nova festa aut officia concessa Dioecesi aut Provinciae aut regno recipere non *debere* nisi clausula addatur praeceptiva pro utroque clero. Ita saltem Revue Théolog. franç. 1904, p. 567 responsum 6 dec. 1902, quod ad eos spectat, intellegi posse opinatur; videturque frustra huic sententiae obici a Cl. auctore Period. « non capi cur regulares qui simpliciter utantur dioecesano Kalendario novis officiis eximerentur et sic iam Kalendarium proprium habere inciperent ».

Negandum est enim, clarissimi auctoris pace dixerim, huiusmodi obiectionis suppositum. Omnes enim religiosi, ipsi etiam qui Kalendario dioecesano uti debent, Kalendarium aliquatenus proprium ex ipsis clarissimis S. R. C. decretis habent aut habere possunt. Sic, ex decreto 3887, ad primum, non tenentur ad octavas privilegiatas Clero saeculari tantum concessas. Ex decreto autem 2964 ad primum, Religiosi utriusque sexus Kalendarium proprium non habentes uti debent Kalendario dioecesano, *additis* officiis peculiariter concessis Regularibus in illa dioecesi commorantibus.

N. B. 1. Sunt qui putarint responso 6 dec. 1902 non attingi celebrationem festi, sed officium et missam tantum quibus festum est regularibus celebrandum. Nitebantur nempe verbis responsi « *ad officia et missas*, » « ad *officia* loci », et omissione verbi « festi ». Infirmum, ut videtur, hodie saltem argumentum. Vocabulum enim « festi », iam reperitur in quaesito responsi 26 mart. 1904 quod servanda praescribit tum decretum n° 3727 ubi de solis festis agitur, tum responsum 6 dec. 1902, I, 12 et decretum n° 3147, ubi in adversariorum hypothesi, de solis officiis ageretur. Porro si ex decreto n° 3727 — quod servandum indicitur, — pateret *festa* praedicta nequaquam esse regularibus celebranda, inutiliter prorsus remitteretur ad decreta quibus supposito festo de officio dicendo quaereretur. Evanescente enim principali et substantia, evanescit necessario et accessorium.

2. Intulerit quis forsan ex iis quae occasione horum decretorum, I, 14 PERIOD. leguntur, Cl. *Victorium Van Appeltern* et generatim scriptores opinari officia et Missas patroni loci, Titularis et Dedicationis Eccl. Cathedr. in proprio dioecesis sumi posse. Haec utique sententia ab EPHEM. LITURG. de patronis et Titularibus principalibus propugnatur, vol. XIV, p. 476, item vol. XVII, p. 254 263, 424, 427, et 543, potestque niti responso 16 febr. 1906 ad primum et secundum ; adversarios autem habet aut saltem habuit ante resp. 16 febr. 1906, plurimos quos inter A. a Carpo et Cl. V. Van Appeltern (cfr. *Manuale liturgicum*, t. 2, q. 30). Hi tamen et ipsi admittunt licere regularibus in quorum Kalendario non reperiatur S. Patronus lectiones secundi Nocturni historicas pro loci clero approbatas assumere, dummodo in concessione regulares non sint expresse exclusi.

3. Quaeri posset num officia olim utrique clero concessa et a quibusdam tantum regularibus acceptata, iam introducti possint in eorum Kalendarium a quibus non fuerant acceptata. Hanc porro quaestionem quidam negative solvendam putaverint forsan ob alteram partem decreti n° 3147, de quo supra. Sed cum ex hoc decreto sequatur tantum eos non teneri, cum autem aliunde videatur posse aliquis iure denique tandem uti quo antea usus non fuerat, saltem si ex ignorantia, salvo meliore iudicio, opinatus sim eam affirmative solvi posse.

IX. Patronus loci, Regni, Provinciae, dioecesis

I. Regulares et generatim Religiosi, utentes Kalendario approbato, tenentur festum Patroni praecipui dioecesis celebrare, etiam in casu quo habetur Patronus distinctus proprius loci, si hoc Patroni praecipui dioecesis festum *celebretur* vel *celebratum fuerit* cum feriatione ; sin minus non tenentur nisi deficiente Patrono proprio loci. Cfr. PERIOD. t. 2, p. 40 ; t. 3, p. 78 et 94 et Decretum Ord. Fratr. Min. provinciae Apuliae, 16 febr. 1906 ad IV. (ACTA S. SEDIS, vol. 39, p. 56).

II. Iidem tenentur celebrare festum sancti olim Patroni totius regni (16 febr. 1906 ad I), utique feriati.

III. Item festum patroni praecipui regni aut dicionis etiam in casu quo habetur Patronus distinctus proprius Provinciae civilis, si liquido constet de concessione apostolica. Cfr. S. R. C. 16 febr. 1906 ad III et 16 febr. 1907 ad II. Period. t. III p. 78.

IV. Religiosi in celebrando Patrono principali Regni, Provinciae civilis, loci seu dioecesis, attendere debent si Patronus feriationem habeat, vel saltem habuerit, quae tamen de Apostolico indulto est sublata. (16 Febr. 1906, ad IV).

V. Festum Patroni sub nomine **Principalis** in Kalendario cleri saecularis designatum et sub ritu duplici pri-

mae classis cum octava, censeri debet ornatum feriatione eo quod idem festum quotannis tamquam mobile in die dominica recolitur. (16 febr. 1906 ad V).

VI. Regulares degentes in Regno Neapolitano tenentur ad recitandum officium S. Francisci de Paula ut Compatroni totius Regni Neapolitani eo ritu qui pro utroque clero a Gregorio XVI praescriptus est die 10 maii 1839 (ad VI).

Annotationes

Ad I. 1. Ex sedulo inspectis, tum decretis 16 febr. 1906 et 1907, tum iis ad quae ipsa remittunt, statuendum videtur Regulares qui Loci patronum, rite et legitime constitutum, celebrent, teneri nihilo minus ad celebrandum festum Patroni hodierni vel antiqui, sive dioecesis sive regni sive provinciae :

a) Si hoc festum celebretur vel celebratum fuerit cum feriatione, sive ipsa Patroni die natali vel quasi natali, sive in die dominica quotannis tamquam mobile celebretur. (S. R. C. 16 febr. 1906.)

b) Si liquido constet ab Apostolica sede concessum fuisse ut a clero cum regulari tum saeculari in dictis locis celebretur. (Period. t. 3, p. 78.)

Quae condiciones coniunctim sumendae videntur. Non enim sufficit prior, attentis decretis 1708 ad IV et 3925 Dub. III, 3 ; nec altera, attento praesertim S. R. C. 16 febr. 1906 ad IV.

2. Sunt qui recens opinati fuerint celebrandum esse regularibus patroni dioecesis festum etiam quod neque ferietur neque feriatum fuerit. Sic Cl. P. Piacenza apud Ephem. Liturg. 1906 p. 388 et sqq. Huic autem opinioni recte adversatur alius quidam redactor ipsarum Ephem. Liturg. p. 488 innixus responso mox citato 16 febr. 1906 ad IV et V. Quod nuperrimum responsum consonat et declarationi nº 3925 ad Dub. III, quoad 4.

3. Feriatio per se constat obligatione tum abstinendi ab operibus servilibus tum audiendi Missam. Unde *feriatur* festum quo occurrente eo ipso viget duplex istud praeceptum. Immo, ex decreto 16 febr. 1906, feriatione ornatum censetur illud quod quotannis tamquam mobile in die dominica celebratur. A decreto porro Cardinalis Caprara 9 aprilis 1802, iam non dantur in nostra patria patronorum festa quae alterutro hoc modo ferientur. Ea autem feratione ornata censenda esse eo quod eorum **sollemnitas,** si infra hebdomadam occurrant, transferenda sit in dominicam proxime sequentem, nullibi statutum invenio, nec per se patet. Quare opinandum videtur ea patronorum festa quae ita nunc celebrentur **neque olim stricte feriata fuerint** non inter ea esse quae a regularibus celebrari debeant.

Cum tamen in decreto 3754 de patronis **feriatis** agatur cumque ex hoc decreto certum sit aliorum patronorum sollemnitatem nequaquam transferri posse, praesumptio, eademque validissima, stat pro iis patronis quorum hodie sollemnitas a clero saeculari in Dominicam transfertur.

H. Degrelle, S. I. *(Continuabitur).*

MONUMENTA

218. — S. CONG. INDULGENT. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi^ 27 FEBR. 1907

Indulgentia pro renovantibus promissiones baptismi, in fine missionum et exerc. spir.

Orator, memorato usu renovandi promissiones baptismi in fine missionum, etc.

Fr. Ab. Desqueyrous, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit quod, in diversis locis, Ordinis sui et etiam aliorum Ordinum et Congregationum missionarii solent in fine missionum et exercitiorum spiritualium, ad sollemnem functionem fideles convocare, in qua sacrae promissiones in susceptione baptismatis emissae publice renovantur. Ut ergo christifideles his servandis promissis efficacius excitentur, praedictus orator Sanctitatem Vestram enixe implorat, ut quotiescumque huiusmodi renovatio publica et sollemnis in ecclesia peragitur, fideles huic caerimoniae devote astantes, qui vota baptismi per hanc formulam : *Abrenuntio Satanae, et omnibus pompis eius, et omnibus operibus eius, et promitto me Christo fideliter adhaesurum*, aut per alia verba, secundum usum regionis, renovarint, plenariam indulgentiam defunctis quoque applicabilem, lucrari valeant, dummodo confessi ad Sacram Synaxim accesserint, et ad mentem Sanctitatis Vestrae pie oraverint.

Indulgentiam **implorat** *plenariam pro fidelibus*

Et Deus...

In aud. 27 feb. 1907. **Conceditur.**

SS^mus^ in audientia habita die 27 februarii 1907, ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (27 febr. 1907).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 27 februarii 1907.

S. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodic., Secret.

ANNOTATIO

Idem orator, eadem die indulgentiam obtinuit pro religiosis vota sua cum invocatione quadam renovantibus. Cfr. PERIODICUM III, p. 125, n. **207**. Monet autem CANONISTE CONTEMPORAIN, aliam plenariam indulgentiam, die 1 iun. 1906 concessam esse in festo SS. Trinitatis, iis qui, confesssi, sacra dape refecti atque ad mentem S. Pontificis orantes, baptismi promissiones renovarent.

219. — SS. D. N. PII Pp. X

DECLARATIO 7 MAII 1907

De privilegiis Eucharistici Sacerdotalis Foederis

Beatissimo Padre [1],

Il Superiore della Lega Sacerdotale Eucaristica, prostrato ai piedi della S. V., umilmente supplica per la soluzione dei seguenti dubbii sorti sulla interpretazione del Breve *Romanorum Pontificum*, del 30 luglio 1906, riguardante la detta Lega :

I. Nel citato Breve si concede ai confessori ascritti alla prefata Lega la facoltà « communicandi semel in hebdomada plenariam indulgentiam paenitentibus qui cotidie vel quasi cotidie ad Sacram Synaxim accedere consueverunt. » Ora si chiede se la detta indulgenza plenaria debba communicarsi una volta per ogni settimana, ovvero possa ciò farsi una volta per più settimane.

II. Nel medesimo Breve si concede agli ascritti la indulgenza plenaria « praecipuorum fidei mysteriorum et Mariae Virginis et SS. Apostolorum festivitatibus per annum singulis. » Si domanda se le dette feste debbano computarsi giusta il Decreto della S. C. dei Riti del 22 agosto 1893, n. 3810, ovvero secondo il Decreto della S. C. delle Indulgenze del 18 sett. 1862, n. 392.

III. Se le indulgenze così plenarie come parziali che si concedono nel prefato Breve siano anche applicabili alle anime del Purgatorio.

Che ecc...

EX AUDIENTIA SS^mi^ DIE 6 MAII 1907

SS^mus^, auditis expositis, ad proposita dubia rescribi iussit prout sequitur :

Ad I. Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam.

---

[1] Quod ita latine vertimus :

Beatissime Pater,

Superior *Eucharistici Sacerdotalis Foederis*, ad pedes S. V. provolutus, humiles porrigit preces pro solvendis dubiis sequentibus quae orta sunt de interpretatione Brevis *Romanorum Pontificum*, die 30 iulii 1906, quod in dicto Foedere versatur :

I. In laudato Brevi, confessariis in supradictum Foedus cooptatis facultas fit « communicandi semel in hebdomada plenariam indulgentiam paenitentibus qui cotidie vel quasi cotidie ad sacram synaxim accedere consueverunt » Quaeritur iam utrum memorata indulgentia plenaria sit singulis hebdomadis singulatim communicanda an possit semel in plures hebdomades communicari.

II. In eodem Brevi, cooptatis conceditur indulgentia plenaria « praecipuorum fidei mysteriorum et Mariae Virginis et SS. Apostolorum festivitatibus per annum singulis ». Quaeritur utrum festa ista aestimanda sint ex decreto S. Rituum Congr. 22 augusti 1893, n. 3810, an ex decreto S. C. Indulgentiarum, 18 sept. 1862, n. 392.

III. Utrum indulgentiae tam plenariae quam partiales quae in praelaudato Brevi conceduntur sint etiam animis Purgatorii applicabiles.

Et Deus, etc.

Ad. II. In casu exposito, iuxta Decretum S. Rituum Congregationis d. d. 22 augusti 1893.

Ad III. Affirmative.

In quorum fidem, etc...

CASIMIRUS Card. GENNARI.

ANNOTATIONES

1. Ex decreto S. C. Rituum 22 aug. 1893, festa primaria *praecipuorum fidei mysteriorum* sunt : (Duplicia 1ae classis) Nativitas Domini, Epiphania, Pascha, Ascensio Domini, Pentecostes, Festum Corporis Christi; (Duplicia 2ae classis) Circumcisio Domini, Festum SS. Trinitatis ; (Duplex maius) Transfiguratio Domini.

Festa primaria B. Mariae Virginis sunt : (Duplicia 1ae classis) Immaculata Conceptio, Annuntiatio, Assumptio ; (Duplicia 2ae classis) Purificatio, Visitatio, Nativitas ; (Duplex maius) Dedicatio S. Mariae ad Nives.

Festa primaria Apostolorum sunt eorum Natalicia.

N. B. Minus accurate de his festis diximus supra, ubi de privilegiis egimus Eucharistici Foederis, id. est, p. (115) 299, nota 2.

2. Observabis responsum ad II dicere : « In casu exposito ». Non valet ergo stricte ut norma perpetua. Confirmat tamen opinionem nostram p. (115) 299 nota 2, secundum quam veri simile est ut in istiusmodi concessionibus velit S. Pontifex festa recensere ad normam postremorum decretorum S. Rituum Congregationis.

3. Ex MONITORE [1] accepimus declarationem istam esse S. C. Indulgentiarum exhibitam, ut legi satisfieret 28 ian. 1756, confirmatae 14 april. 1856 [2], qua, sub poena nullitatis, generalium indulgentiarum concessionum exemplar est in Secretariam S. C. Indulgentiarum deferendum, Sed ex congressu cum Emo Card. Praefecto est responsum, die 19 iun. 1907 : « Non indigere exhibitione : cfr. Decretum huius S. Congregationis, d. d. 28 ian. 1756.»

Et re quidem vera, non agitur hic de nova concessione, sed de declaratione authenticae gratiae ; nec de indulgentia *generali*, cum sit privilegium proprium Confessariorum qui in *Eucharisticum Sacerdotale Foedus* fuerint cooptati. MONITORE adit, quamvis istud in decretis non dicatur, obligationem esse oraculis vivae vocis conclusam. Praesens autem gratia est per Breve concessa.

---

220. — SS. D. N. PII Pp. X

DECLARATIO 8 MAII 1907

De sacrae dapis in privatis Oratoriis distributione

Audientiae dies (8 maii 1907).

Declaratur Indultum

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X in audientia habita die 8 maii 1907, ab Emo et Rmo Dno Cardinale Seraphino Cretoni, S. R. C. Praefecto, statuere et declarare dignatus est, ut in Indulto Oratorii privati intellegatur inclusa facultas sacram Communionem distribuendi iis omnibus Christifidelibus qui sacrificio Missae

---

[1] T. 19 (1907) p. 296.

[2] Decr. auth. S. Congr. Indulg. n. 205 et 371. Cfr. BERINGER, *De Ablässe*, ed. 13, p. 125.

Oratorii valere ad sacram communionem dispensandam.

assistunt : salvis iuribus parochialibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis eadem die 8 maii 1907.

D. Panici, Arch. Laodicen., Secret.

Dies (8 maii 1907).

ANNOTATIO

1. Praesentis declarationis opportunitas ac vis apparebunt consideranti ex hactenus vigente disciplina S. communionem non potuisse nisi solis indultariis dispensari in oratorio privato, ita ut ad aliam dispensationem alterum requireretur indultum apostolicum [1]. Severitas ista usum restringebat recentis privilegii, quo decumbentes infirmi interdum permittuntur non ieiuni sacram recipere dapem [2] ; nec cum mente Pontificis de fovenda frequenti ac cotidiana communione videbatur congruere.

2. In posterum iam omne huiusmodi obstaculum est sublatum. In quocumque oratorio celebraverit sacerdos, omnes pie petentes, sive in oratorio ipso, sive in domo ubi est oratorium, sacra eucharistia reficere poterit. *Sive in oratorio sive in domo* : sic dicimus, quia qui in oratorio communicare permittitur, potest, si ad oratorium accedere nequiverit, ex oratorio s. communionem, sub eodem tecto, recipere [3].

Praeterea quotquot infirmi ceteris condicionibis decreti **Post editum**, 7 dec. 1906, satisfecerint, privilegio fruentur refectionis hebdomadariae vel semi-hebdomadariae, si modo domus ubi decumbunt oratorio approbato sit instructa.

3. Parochialia autem iura quae reservantur paschalem communionem et s. viaticum respiciunt. Haec non poterunt nisi per parochum vel, ipso annuente, per alium in oratorio vel ex oratorio dispensari.

---

221. — SS. D. N. Pii. Pp. X

INDULTUM 29 MAII 1907

Facultates Crucigerorum conceduntur Sacerdotibus Adoratoribus.

Beatissime Pater,

Orator, ut Associationis protector.

Espiscopus Covingtonensis, ad genua Sanctitatis Verstae provolûtus, exponit quod ipse a tredecim annis est in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis protector Associationis Sacerdotum Adoratorum, quae cum approbatione Sanctae Sedis per totum orbem diffusa est, et quam in praedictos Status Foederatos invexit.

Petit *pro Adoratoribus facultates crucigerorum.*

Et supplex implorat ut Sacerdotes ex quacumque regione qui nomen dederint praedictae Associationi possint benedicendo coronas eis annectere Indulgentias Crucigerorum vulgo dictas.

Et Deus...

---

[1] Cfr. declarationem 10 febr. 1906, in PERIODICIS, II, p. 182.
[2] Cfr. PERIODICA, II, p. 182.
[3] Cfr. VERMEERSCH, *De Religiosis*, I, 508.

Iuxta preces ex animo ; et dilectis filiis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Libenter conceditur.

Die 29 mense maio an. 1907.

Dies (29 maii 1907).

PIUS PP. X.

ANNOTATIONES

1. Liberali manu S. Pontifex plures participes facere pergit facultatis benedicendi coronas ita ut indulgentias annexas habeant quae a Crucigeris dicuntur.

Sic iam vidimus facultatem satis facile fieri a S. Indulgentiarum Congregatione [1], dum S. Congr. Propagandae Fidei eandem omnibus Missionariis Apostolicis (in locis missionum exterarum) concedit. Praeterea S. Pontifex Congregationi Passionistarum generale concessit privilegium, vi cuius Superior generalis cum omnibus Instituti sui sacerdotibus facultatem communicavit. Simile etiam obtinuerunt Patres Congregationis SS, Redemptoris. Privilegium Passionistarum esse inter missiones commune factum Carmelitis constat ex Summario Indulgentiarum, t. 4, n. **231**, p. 69.

Observes coronas istas signo crucis benedici posse, dummodo quinque, decem vel quindecim constent decadibus.

2. Privilegia plura habere Unionem Sacerdotum Adoratorum iam diximus. Sunt autem haec :

Omnes socii possunt ab hora prima post Meridiem « anticipare » matutinum cum laudibus ; — scapulare S. Joseph benedicere atque imponere ; — fideles in tertium Ordinem S. Francisci recipere, ita tamen ut nomen Tertiarii, addita die receptionis et professionis, Superiori proximi conventus franciscani transmittatur. Quotquot praeterea missae pro defunctis sociis offerantur sunt privilegiatae [2].

Quaesitum porro est utrum ad fruendum recens concessa facultate Crucigerorum, sufficeret legitima inter sodales cooptatio, an regularis exsecutio operum praescriptorum, praecipue adorationis hebdomadariae, esset etiam necessaria. Hanc regulariter requiri existimant Moderatores Ephemeridis ANNALES DES PRÊTRES ADORATEURS, p. 315. Non ii sane sumus qui neglegentes socios laudemus vel probemus. Et cum, in ipsa cooptatione, promittenda sit hebdomadaria adoratio Sanctissimi per horam continuam, sincerus animus regulariter adorandi videtur tunc ad valorem requiri. Si quis autem postea piam exercitationem regulariter omittat, num ideo privetur usu privilegii quod *omnibus qui nomen dederint* [3] est concessum ? Eum non privari censemus, praesertim cum perpetuum hoc sit, ad lucrandas sodalicii indulgentias satis per se esse ut opera peragantur quibus sunt coniunctae, etsi regulae prorsus neglectae fuerint [4].

3. Cum facultas coniungendi rosariis indulgentias Crucigerorum sit iam pluribus Institutis in perpetuum concessa. et facile impetretur, nihil re vera obstare videtur quin Ordines, sacris ministeriis addicti, quibus generalis Privilegiorum et Indulgentiarum communicatio est indulta, pretiosam hanc facultatem eodem modo sibi

---

1 PERIODICA, II, **159**, p. 173.

2 Indultum 8 febr. 1905. Propria habent Moderatores privilegia.

3 Nulla condicio alia, v. gr. Ordinarii recognitio seu *visa* requiritur.

4 Decr. auth. S. C. Indulg. 298 ad 2. Cfr. VERMEERSCH, *De Religiosis*, I, n. **553**.

communicatam existiment quo est Institutis variis directe concessa. Minime enim exorbitans putandum est privilegium quod facile tribui videtur ; et ratio obtinendi privilegii in omnibus Ordinibus inest qui sacra exercent ministeria [1].

Monuimus tamen [2] in causa indulgentiarum communicationes privilegiorum iam satis neglegi ut potius directae observentur largitiones.

222. — SS. D. N. Pii PAPAE X

BREVE 8 IUN. 1907

Benedictinos Abbates instituens in Brasilia

Ad quemnam Breve directum.

Venerabili Fratri Gerardo van Caloen O. S. B., Episcopo titulari Phocaeensi, Abbati B. M. V. a Monteserrato Fluminis Ianuarii, Vicario Generali Congregationis Benedictinae in Brasilia.

PIUS PP. X.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Universalis Pontificis sollicitudo.

Ex officio supremi apostolatus, quo nullis quidem meritis Nostris in sublimi Principis Apostolorum cathedra collocati fungimur, in omnes christiani orbis partes vel longo terrarum marisque intervallo dissitas, oculus mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius gerendae facere possunt, interposita Nostra auctoritate decernere satagimus.

Perspecto Brasilianae Congregationis incremento, rogato consilio Congr. negot. eccl. extraord. praepositae, Abbatibus monasteria providere statuit.

Iam vero probe novimus Benedictinam in Brasilia Congregationem novissime instauratam, tuisque, Venerabilis Frater, curis commissam, tua potissimum sedulitate et industria, frequenti monachorum numero et susceptorum operum laude florere; ideoque ut potiora iugiter incrementa, Deo favente, suscipiat, placet Nobis hactenus Abbatis solacio destitutas, ipsius Congregationis Abbatias suo Praesuli providere, ut uberius in illis partibus spirituali fidelium bono consultum sit. Quae cum ita sint, exhibitis Nobis tuo nomine precibus benigne annuentes, omnesque et singulos quibus hae Nostrae Litterae favent a quibusvis Ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, collatis etiam consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in Congregationem allectis ecclesiasticis negotiis extra ordinem pertractandis praepositam, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, haec quae infrascripta sunt Apostolica

---

[1] Cum Carmelitanus Ordo partim sit contemplativus, ideo fortasse gratiae Congregationis Passionistarum, nominatim benedictio de qua agimus, sunt tantum pro praedicationis tempore Religiosis Carmelitis concessae. Cfr. infra, decr. 31 iuli 1907, t. 4, p. 69.

[2] *De Religiosis institutis*, etc., I, **351**, nota 1, et **352**.

Nostra auctoritate decernenda censuimus. Et primo, cum tu, Venerabilis Frater, Apostolicis laboribus fractus, et malefirmae valetudinis incommodis conflictatus, Coadiutoris Abbatis opem Nos supplex flagitaveris, Nos, inspectis singularibus animi ingeniique virtutibus quibus enitet dilectus filius Chrysostomus de Saegher, Ordinis Sancti Benedicti sacerdos, tuae Abbatiae Prior, illius Capituli suffragiis permoti, illum Abbatiae Sancti Martini Tebaensis titularem Abbatem rite per praesentes, Apostolica auctoritate cum omnibus facultatibus necessariis atque opportunis renuntiamus; simulque coadiutorem tuum cum futurae successionis iure eligimus. Volumus vero ut te vivente, et coadiutoria huiusmodi durante, Chrysostomus in Abbatiae tuae Beatae Mariae Virginis a Monteserrato Fluminis Ianuarii administratione eatenus se ingerat, quatenus tu volueris ac mandaveris; omnibus ac singulis ad quos spectat praecipimus, ut eum in Coadiutoris tui officium recipiant, admittant, illique faveant, pareant ac praesto sint; tandem quandocumque per obitum tuum, vel aliam quamlibet causam Abbatia Beatae Mariae Virginis a Monteserrato Fluminis Ianuarii vacet, eundem Chrysostomum, nunc pro tunc, a vinculo Abbatiae Sancti Martini Tebaensis, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine solventes, de pleno iure Abbatem ipsius Abbatiae Beatae Mariae Virginis a Monteserrato Ordinis Sancti Benedicti nullius Dioecesis, Fluminis Ianuarii, et Vicarium Generalem Congregationis Benedictinae in Brasilia renuntiamus. Praeterea cum dilectus filius Dominicus a Transfiguratione Machado, Abbas Sancti Sebastiani de Bahia, et ipse gravis aetatis incommodis defatigatus, coadiutoris Abbatis subsidium rogaverit, Nos dilectum filium Mayolum De Caigny, Ordinis Sancti Benedicti, religionis studio non minus quam doctrinae laude praeclarum Sacerdotem, ad huiusmodi Coadiutoriae officium vocandum censuimus, quippe qui in eadem Abbatia de Bahia, tironum magistri, philosophiae ac theologiae antecessoris, demum Prioris, amplissimo munere scite naviterque functus est. Quare ipsum Mayolum titularem Laubiensis Abbatiae abbatem cum omnibus facultatibus necessariis atque opportunis, Apostolica Nostra auctoritate per praesentes facimus, et ipsum, praesentium similiter tenore, Coadiutorem eligimus cum iure futurae successionis Dominici a Transfiguratione Machado, Abbatis Sancti Sebastiani de Bahia. Itaque volumus, ut vivente eodem Abbate Dominico a Transfiguratione, ipse Mayolus eatenus se ingerat in Abbatiae Sancti Sebastiani de Bahia administratione, quatenus ille Dominicus voluerit ac mandaverit; omnibus et singulis ad quos pertinet praecipimus ut Mayolum eundem in dictum Coadiutoris officium recipiant, admittant, illique faveant, pareant ac praesto sint; tandem quandocumque per obitum dicti Dominici, vel aliam quamlibet causam, abbatia Sancti Sebastiani de Bahia vacet, Mayolum praedictum nunc pro tunc a vinculo Laubiensis Abbatiae de potestatis Apostolicae plenitudine solventes, de pleno iure Abbatem Sancti Sebastini de Bahia Apostolica similiter Nostra auctoritate renuntiamus. Insuper cum Abbatiae Ordinis Sancti Benedicti nuncupatae ab Assumptione Dominae Nostrae in Civitate Sancti Pauli, et a Sancto Benedicto, Olindae, in praesentiarum proprii Abbatis solacio destitutae reperiantur, Nos illas suo Praesule providere summopere optantes, religiosos viros quo tu, Venerabilis Frater, datis Litteris Sanctae huic Sedi proposuisti, omnibus rei momentis attenta ac sedulo studia perpensis, in Abbates huius-

R^mo et Ill^mo van Caloen coadiutorem dat cum futurae successionis iure, R. P. De Saegher, quem Abbatem facit titularem.

R^mo Machado pariter coadiutorem cum iure succedendi assignat.

Abbates S. Pauli et Olindae.

modi eligendos existimavimus. Quae cum ita sint, Abbatiam Nostrae Dominae ab Assumptione Civitatis Sancti Pauli de persona dilecti filii Michaëlis Kruse, Ordinis Sancti Benedicti Sacerdotis, Nobis ob meritorum praestantiam accepta, Apostolica Nostra auctoritate praesentium vi providemus, dictumque Michaëlem in philosophia doctorem, typis editis scriptis et praestantibus animi ingeniique dotibus clarum, in eiusdem Abbatiae Nostrae Dominae ab Assumptione abbatem eligimus et renuntiamus, cum omnibus et singulis facultatibus necessariis atque opportunis tum quoad ordinem, tum quod ad iurisdictionem. Abbatiam similiter Sancti Benedicti Olindae Apostolica Nostra auctoritate praesentium tenore, de persona providemus dilecti filii Petri Roeser, Ordinis Sancti Benedicti Sacerdotis eundemque Petrum pietate simul ac doctrina clarum in Abbatem dictae Abbatiae Sancti Benedicti Olindae renuntiamus, pariter cum omnibus tum quod ad ordinem tum quod ad iurisdictionem necessariis opportunisque facultatibus. Denique tibi, Venerabilis Frater, de plenitudine potestatis Apostolicae per praesentes facultatem impertimur, ex qua, servatis de iure servandis, dilectis filiis supradictis Chrysostomo de Saegher, electo abbati titulari Sancti Martini Tabaensis et Coadiutori tuo per Nos renuntiato ; Maylo De Caigno, electo abbati titulari Laubiensi et Coadiutori abbatis Sancti Sebastiani de Bahia ; Michaeli Kruse, electo abbati Nostrae Dominicae ab Assumptione Sancti Pauli ; tandem Petro Roeser, electo abbati Sancti Benedicti Olindae, in tua Abbatiali Ecclesiae Beatae Mariae Virginis a Monteserrato fluminis Ianuarii sollemnem abbatialem benedictionem conferre licite possis ac valeas. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non dictarum Abbatiarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque licet speciali atque individua mentione et derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Permittit ut Rmus et Illmus van Caloen nominatis Abbatibus benedictionem abbatialem conferat.

Derogatio contrariorum.

Dies (8 iun. 1907).

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die VII iunii MDCCCCVII Pontificatus Nostri Anno Quarto.

R. Card. Merry del Val, *a Secretis Status.*

---

223. — S. C. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQUIARUM

RESPONSA EX AUD. SS^mi 12 IUN. 1907

Usus simultaneus indulg. Rosarii et PP. Crucigerorum

Dubia.

De cumulandis indulgentiis cum corona recitatur.

Huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae sequentia dubia solvenda sunt exhibita :

I. An Christifideles habentes prae manibus aliquam ex Coronis benedictis tum a Patribus Ordinis Praedicatorum, tum a PP. Crucigeris, vel a sacerdotibus ad id facultate pollentibus, dum recitant Rosarium Marianum, cumulare valeant indulgentias quae recitationi SS^mi Rosarii sunt annexae cum illis quae a PP. Crucigeris nomen habent ?

II. An pariter cumulentur indulgentiae quando christifideles manu gestantes Coronam ditatam Indulgentiis PP. Crucigerorum, recitent Orationem Dominicam vel Angelicam Salutationem, annexam alicui orationi vel pio exercitio peculiaribus indulgentiis iam ditato?

Vel singula Pater vel Ave.

Et Sacra Congregatio re mature perpensa, propositis dubiis respondendum mandavit: Negativa ad utrumque; sed supplicandum SS^mo, ut benigne concedere dignetur indulgentias a PP. Crucigeris nuncupatas cumulari cum indulgentiis recitationi SS^mi Rosarii iam tributis, in ipsa tantum Rosarii recitatione.

Responsa.

Negative, sed pro gratia prioris supplicandum.

De quibus facta relatione SS^mo Domino Nostro Pio PP. X in audientia habita die 12 iunii 1907 ab infrascripto Cardinali Praefecto, idem SS^mus dubiorum resolutionem ratam habuit et confirmavit; simulque de speciali gratia petitam indulgentiarum cumulationem in Mariani dumtaxat Rosarii recitatione clementer est elargitus, dummodo Coronae utramque benedictionem acceperint. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Audientia SS^mi confirmantis et gratiam concedentis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die et anno ut supra.

Dies (12 iun. 1907).

S. Card. CRETONI, *Praef.*
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secret.

ANNOTATIO

Responsa S. Congregationis evidenti ratione nitebantur. Iam pridem enim exploratum erat posse idem obiectum pium, puta coronam precariam, pluribus ditari benedictionibus et indulgentiis, dummodo singulis accommodatam haberet formam, plures autem indulgentias simul eodem tempore obtineri non posse. Obstat canon iste generalis: Opera, quae repeti possint ac consueverint esse totiens iteranda quotiens indulgentiam lucrari volueris [1].

Pontificia tamen munificentia regulae isti derogavit dum permisit ut cumulari possent indulgentiae Rosarii cum indulgentiis quae a PP. Crucigeris nomen habent. Aequam tantum subiunxit condicionem, ut eo modo recites coronam quae ambarum indulgentiarum legibus sufficiat. Iam vero, ad lucrandas Rosarii indulgentias non potes nisi per decades dividere coronam (ita ut intra diem absolvatur vel ut rosarium integrum in hebdomada perficiatur) [2]; dum indulgentias PP. Crucigerorum lucratur qui vel semel recitat *Pater* vel *Ave*.

224. — S. RITUUM CONGR. (5 iul. 1907)

RESPONSA DE INCENSATIONE SS^mi

Derthonen.

Hodiernus Calendarista dioecesis Derthonensis, de consensu sui R^mi Episcopi a S. R. C. sequentium dubiorum solutionem humiliter expostulavit, nimirum:

Orator.

Dubia.

[1] Cfr. Decr. auth. S. Cong. Indulg. n. 399 et BERINGER; *Die Ablässe*, 13 ed. p. 357, 5.

[2] Cfr. PERIODICA, n. **165**, t. 3, p. 25.

Quotiens incensandum sit SS. Sacramentum.

I. Quotiens incensandum SS^mum Eucharistiae Sacramentum, si hoc exponatur pro benedictione ?

II. Cum SS^mum Sacramentum a mane usque ad vesperas maneat expositum, celebrans qui cum ministris accedit ad altare expositionis post praescriptam reverentiam et antequam aliquid cantetur debetne facere incensationem ?

Responsa.

Et Sacra Rituum Congregatio ad relationem subscripti Secretarii exquisito voto Commissionis Liturgicae, ita respondendum censuit :

Ad I.

Ad 1^um. Iuxta responsum diei 14 maii 1907, in *Pinerolien.* nempe : Pro expositione in pyxide incensationem non requiri. Quoad expositionem vero in ostensorio duplicem incensationem requiri, unam post expositum SS^mum Sacramentum, antequam incipiantur preces, alteram ad stropham *Genitori*, etsi inter expositionem et *Tantum ergo* nullae interponantur preces ; et haec est praxis Ecclesiarum Urbis.

Ad 2^um. Negative.

Ad II.

Atque ita rescripsit, die 5 iulii 1907.

Dies (5 iul. 1907).

S. Card. Cretoni, *S. R. C. Praefectus.*
D. Panici, Archiep. Laodicen. S. R. C. Secret.

---

225. — SANCTISSIMI D. N. PII Pp. X

MOTUS PROPRIUS 1 AUG. 1907

Piis Domibus privilegium concedens missae et communionis in nocte Natalis Domini

Feria V die 1 augusti 1907

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. X., in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, ad fovendam fidelium pietatem eorumque grati animi sensus excitandos pro ineffabili Divini Verbi Incarnationis mysterio, motu proprio, benigne indulgere dignatus est ut in omnibus et singulis sacrarum virginum monasteriis clausurae legi subiectis aliisque religiosis institutis, piis domibus et clericorum seminariis, publicum aut privatum oratorium habentibus cum facultate Sacras Species habitualiter ibidem asservandi, sacra nocte Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, tres rituales Missae, vel etiam, pro rerum opportunitate, una tantum, servatis servandis, posthac in perpetuum quotannis celebrari Sanctaque Communio omnibus pie petentibus ministrari queat. Devotam vero huius vel harum Missarum auditionem omnibus astantibus ad praecepti satisfactionem valere eadem Sanctitas Sua expresse declarari mandavit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Petrus Palombelli, S. R. U. I. Notarius.

Annotationes

Pretiosissimae istius gratiae vis et effectus plene, ni fallimur, illustrabuntur, si istis quaesitis dilucide fecerimus satis : *Quo interpretationis genere sit utendum ; Quibusnam sit gratia concessa ; Quid praecise concedatur.* Idcirco :

1. **Rectae interpretationis genus.** Proponitur nobis indultum quod S. Pontifex *motu proprio* concessit ; quod, ut ipse declarat, *benigne indulget ;* quo, ut etiam addit, *fovere* intendit *fidelium pietatem* eorumque *gratos animos* pro ineffabili *Incarnationis mysterio* excitare. Haec totidem sunt indicia actus maxime favorabilis, qui ample est interpretandus.

Nec obstat eum speciem habere *privilegii contra ius.* Etiamsi hoc simpliciter esset concedendum, conclusio nondum nutaret. Etenim, ut docent classici auctores, privilegia, etiam contra ius commune, sunt late accipienda, si proprio Principis motu conceduntur ; vel in favorem publicum ; vel favore cultus divini. Cfr. REIFFENSTUEL, In Decr. 1. 1, t. 3, De Rescriptis, n. 130. 140. Atqui tria haec, quae singula sufficere possent, in causa praesenti concurrere, habemus ex ipsis Pontificis verbis.

Sed praeterea, ius commune, quae hic est prohibitio celebrandi ante auroram, non ita absolute effertur. Continetur enim Rubricis Missalis. Parte I, tit. 15, n. 1, dicitur quidem, « Missa privata, saltem post matutinum et laudes, quacumque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest ». Verum hic potius statuuntur quae licent. In rubrica autem vetante, parte III, t. 10, n. 1, sic indicatur *defectus*, ex non observata hora : « Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora usque ad meridiem *communiter.* » Ipsa ergo lex de hora statuitur tantum ut *communis*, et exceptiones supponere videtur. Et re quidem vera, iuri illi est per plura indulta particularia derogatum. Immo, in Gallia, teste BOUDINHON [1], privilegium est generale, vi cuius omnes sacerdotes in nocte natalicia Domini unam vel plures missas celebrare permittuntur et sacram Eucharistiam dispensare [2]. Atque, ex ipso iure communi, rubricae permittunt, in nocte natalicia Domini unam missam sollemnem — seu conventualem (lectam, si consuetudo), — ita ut pretiosa concessio S. Pontificis, extensio privilegii laetissimae istius festivitatis, potius quam quaedam iuris communis laesio esse videatur.

Amplam ergo interpretationem, quam suaserit iam illud notum « Odia restringi et favores convenit ampliari [3] », nos docet formaliter principium ex ipso iure assumptum. Ipsis verbis c. Olim, 16. De Verborum significatione (v, 40) sic brevis syllogismi ponimus initium : « *Cum beneficia principum sint interpretanda largissime*, » omnis angustus verborum intellectus prorsus repudiandus est.

2. **Quibusnam est gratia facta.** Ordine, in motu proprio, numerantur monasteria virginum claustralium, alia religiosa Instituta, piae domus, clericorum seminaria.

Condicio tamen additur : dummodo habitualem habeant facultatem Sanctissimum asservandi in publico vel privato oratorio.

Videtur itaque hoc modo processisse benignus Pontifex, ut ab iis exorsus pro quibus, ut veri simile est, gratia peculiariter erat implorata, ipse dein, paterna benignitate, magis magisque extende-

---

[1] CANONISTE CONTEMPORAIN, t. 30 (1907), p. 611.

[2] GASPARRI refert, die 19 dec. 1872, esse dioecesi Parisiensi concessum ut immemorabilis consuetudo servari posset, et reliquas dioeceses simili frui indulto. (*De Eucharistia*, I, 112 ; II, 1091.)

[3] Reg. 15 De Regulis iuris in 6.

rit suum beneficium ad Instituta religiosa, ad pias domus, ad clericorum seminaria.

De singulis « beneficiariis » pauca.

Instituta religiosa. Cum voces sumendae sint ample, non tantum intellegendi sunt Ordines proprie dicti et Congregationes religiosae stricte tales [1], sed huc traducere possumus recentem descriptionem quae in motu proprio, *Dei providentis*, 16 iulii 1906 [2], legitur: « Illas, hoc loco, ut apparet, utriusque sexus Familias dicimus, proprio et titulo et habitu distinctas easdemque solo simplicium votorum aut nullo id genus vinculo astrictas, quarum sodales, licet in plures distributi domos, iisdem tamen legibus ac sub uno summo praeside omnes vivunt, eo proposito, ut perfectionem virtutis ipsi assequantur, seque proximorum causa in variis religionis aut misericordiae operibus exerceant. »

Piae domus sunt omnes domus piis operibus exercendis addictae. Nec requiritur ut auctoritate ecclesiastica constitutae sint [3]. Veniunt itaque hoc nomine hospitalia, nosocomia, domus ubi habitant piae mulieres, votis astrictae, sed in quibus desideratur distinctus habitus ut dicantur religiosae. Tales sunt etiam scholae apostolicae. Immo, ni fallimur, omnia collegia ubi, ex fine supernaturali, saeculares vel regulares iuventuti excolendae operam dant, piae domus hic vocari possunt. Nonne opus istud inter maxime pia est hodie ponendum ?

Clericorum seminaria quid sint, satis per se patet. Nec refert quibus studiis vacent eorum alumni, sive theologica fuerint, sive litteraria, ita ut in Belgio nomine seminariorum minorum designentur. Quid autem, si, ut in Belgio, adulescentes isti nondum sint tonsurati ? Ob favorabilem interpretationem, existimamus sufficere ut destinatione sint seminaria ista ad clericos futuros instituendos condita. Sin minus, inter pias domus erunt saltem numerandae.

Multae ergo domus isto beneficio uti poterunt. Oportet tamen ut condicioni satisfaciant, id est, ut oratorium habeant, publicum vel privatum, in quo, ex iure vel privilegio, habitualis Sanctissimi asservatio sit permissa.

3. **Concessionis obiectum**. Conceditur porro :

a) *Celebratio trium missarum ritualium*, vel *unius*, pro rerum opportunitate. Missae istae possunt esse sollemnes vel lectae. Dicuntur *rituales*, quatenus ex sacris ritibus, tres illa die permittuntur missae. Hinc, non possit ter eadem missa a tribus sacerdotibus celebrari ; sed oportet ut unus tres missas Missalis dicat, vel prima sit contentus.

Prima, inquam, quia si, v. g. sacerdotum paucitas suaserit ut una missa tantum celebretur, ea sumenda est quae pro media nocte est assignata. Cfr. Resp. S. Rit. Cong. 13 febr. 1892 (n. 3767), ad. 21, confirmans resp. 19 iun. 1875 : « Sacerdos qui unam tantum missam celebrat, legat missam respondentem circiter horae diei :

---

[1] Cfr. Vermeersch, *De Religiosis institutis*, etc. I, 62.

[2] Cfr. Periodicum, II, 127.

[3] Cum Episcopi auctoritas intercesserit, dicuntur potius *religiosae* domus. Cfr. Schmalzgrueber, in l. 3, t. 36, n. 2. 3. Atque ampla est facienda interpretatio Indulti. Sic etiam Besson in Nouv. Rev. Théol. dec. 1907.

nimirum primam missam si in media nocte, secundam si in aurora, tertiam si post auroram celebret ».

b) *S. Communio, omnibus pie petentibus.* Derogatur itaque prohibitioni contrariae, seu potius condicio impletur requisiti indulti apostolici, ut possit sacra dapes porrigi. Cfr. resp. 7 dec. 1641 (n. 781).

c) *Praecepti de audienda missa impletio pro omnibus astantibus.* Per se quidem, in omnibus oratoriis, saltem semi-publicis missa ex praecepto audiri potest [1]. Sed beneficium istud scrupulum tollit quem hora missae, vel ianuae clausae fortasse provocari potuerint ; tollit etiam omnem dubitationem si sacrum celebretur in oratorio secundario (v. g. valetudinario) congregationis non exemptae. Sed praeterea hanc maximam habet utilitatem, ut ex ea colligatur quarta beneficii ratio, id est :

d) *Facultas extraneos invitandi*, quae rectoribus istarum domorum est facta. Iam per se, in indulto latae interpretationis, ut extranei admitti possent, satis fuisset eosdem non excludere. Quare in Indultis cuiusdam Congregationis Romanae quae, ex suo stilo, externos a participatione missae nocturnae, in Nataliciis Domini excludit, expresse additur : « seclusis tamen externis ».

Hic autem liberalis Pontificis mens non uno indicio perspicitur. **a)** Finis quo vult *fidelium* pietatem fovere postulat, ut non solum selectae quaedam personae sed ipsi fideles religiosis adiungi possint ; **b)** Facultas facta dandi sacram communionem, omnibus pie petentibus, insinuat alios interesse ac membra communitatum. **c)** Concessio ut omnes astantes possint missam de praecepto audire, inutilis foret nisi extranei adessent. Optime itaque Boudinhon : « *L'intention du Pape est que les étrangers puissent être admis à ces messes de minuit, car il déclare expressément qu'en y assistant, on satisfait au précepte* [2]. »

4. **Quaesita varia.** Quaeres a) Possuntne Religiosi uti isto beneficio in omni sua ecclesia, etiam quae a monasterio sit separata ? — Id putamus negandum. Communitatibus enim, nulli autem ecclesiarum generi beneficium conceditur. Oratorium est condicio, non autem subiectum gratiae.

b) Possuntne apertis ianuis, in oratorio publico functionem istam peragere ? — Id nulla clausula vetatur ; et in publico oratorio functiones hoc modo celebrari consueverunt. Usum tamen prudentem et circumspectum privilegii suademus, ne abusus piam Pontificis mentem contristentur et cogant gratiam suam artioribus finibus concludere. Praeterea noluit Pontifex vigenti disciplinae de oratoriis publicis vel privatis quidpiam detrahere. Quocirca, sicubi statuta dioecesana vel consuetudo vetuerint ne media nocte pateant ecclesiae, ius istud erit observandum. Missae itaque celebrandae erunt *ianuis clausis*. Sed, ex praesenti motu proprio, extraneae personae ad participandam caerimoniam invitari poterunt.

c) Possuntne religiosi parochi parochialem ecclesiam ad privilegium exercendum adhibere ? — Non possunt ubi parochus cum uno socio degat. Si autem vera communitas utatur ecclesia ut oratorio publico, usus per se licebit. Cavendum tamen ne, contra

---

[1] Cfr. S. R. C. 23 ian. 1899 (Decr. auth. n. 4007).

[2] Canoniste, l. c.

voluntatem episcopi, functio ista speciem parochialis functionis induat. In his enim functionibus etiam Regulares Episcopis obtemperare debent.

d) Quid, si in pia vel religiosa domo duo vel tria fuerint oratoria ubi Sanctissimum legitime asservetur ? Probabile putat P. Ferreres [1] bis tunc vel ter usum privilegii offerri. Nec repugnat Besson [2]. Pace ipsorum dixerim, isti sententiae astipulari minime possumus. Privilegium est non oratoriorum nec personarum singularum. Quid Pontifiex ? « *In singulis monasteriis*, etc. *tres missae* vel *una tantum celebrari queat.* ». Non dixit : in singulis oratoriis, vel a sacerdotibus singulis.

Si tamen communitas virtualitur duplex vel multiplex, cui asservatio Sanctissimi permittitur, uno tecto contineatur, tum duplicem concessum esse privilegii usum concedimus. Casus fuerit v. gr. seminariorum Belgii, ubi distincta communitas sororum variis officiis intendit. Ita etiam fieri potest ut distinctam ab infirmis vel alumnis religiosi vel religiosae communitatem efficiant.

---

226. — S. C. INDULGENT. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi 2 SEPT. 1907

Indulgentia plenaria totiens quotiens pro universo Ordine S. Benedicti

Beatissimo Padre [3],

Memorato rescripto quo Portiuncula Benedictinis conceditur, sed nigri coloris,

La pietà verso i defunti, tanto nobilmente sentita dal popolo cristiano, ha ricevuto un nuovo possente stimulo dalla concessione fatta S. V., il 27 febbraio 1907, all'inclito Ordine Benedettino, di potersi cioè da qualunque fedele, che visiti qualche chiesa o pubblico oratorio dell'Ordine medesimo, il giorno 2 del mese di novembre, acquistare, *totiens quotiens*, l'Indulgenza plenaria, applicabile anche ai defuncti.

Orator, *allatis rationibus,*

Ora, essendo la predetta concessione limitata alle chiese ed agli oratori dei Benedettini di color nero, il Maggiore degli Eremiti Camaldolesi di Monte Corona, figli anch'essi del gran Patriarca dei

---

[1] Razon y Fe VII (1907) ; p. 232.

[2] Nouv. Rev. Théol. déc. 1907.

[3] Supplicem libellum sic latine reddimus :

Beatissime Pater,

Ad pietatem adversus defunctos, cuius tam nobilem sensum habet populus christianus, novum, eumque validum stimulum addidit gratia die 27 februarii 1907 a S. V. inclito Ordini Benedictino concessa, qua nempe omnibus fidelibus ecclesiam vel publicum istius Ordinis oratorium visitantibus, die 2 novembris lucranda offertur *totiens quotiens* indulgentia plenaria, etiam defunctis applicabilis.

Age porro, cum gratia ista ecclesiis et oratoriis Benedictinorum nigri coloris sit reservata, Maior Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae, qui et ipsi filii sunt magni Patriarchae Occidentis, ut, pro defuncto-

Monaci di Occidente, affinchè le anime dei defunti, nel giorno del loro massimo suffragio, vengano più largamente espiate, e per togliere qualunque dubbio nei fedeli, se una data chiesa goda o no del privilegio, umilmente prostrato ai piedi della S. V., La supplica a voler benignamente estendere la suddetta Indulgenza a tutte le chiese ed a tutti gli oratori pubblici dei Monaci e delle Monache dell'Ordine Benedettino, senza distinzione di colore o di famiglia. Che della grazia, ecc.

petit *extensionem gratiae ad omnes familias benedictinas.*

Ex audientia SS^mi, die 2 septembris 1907.

SS^mus D. N. Pius PP. X praedictam plenariam Indulgentiam benigne extendere dignatus est ad omnes ecclesias et ad universa publica Oratoria, tam Monachorum quam Monacharum, Ordinis S. Benedicti, nulla facta distinctione formae et coloris habitus, vel familiae, servatis condicionibus in rescripto S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, d. d. 27 februarii huius decurrentis anni enunciatis. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

In audientia 2 sept. 1907 extensio **conceditur.**

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 2 septembris 1907.

Dies (2 sept. 1907).

Pro E^mo Card. Praefecto,
Fr. H. M. Card. GOTTI.
D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

ANNOTATIO

Pro declaratione huius rescripti cfr. dicta de istis indulgentiis in appositis Quaesitis, hic supra, p. (149) 333 ss.

---

227. — S. C. INDULG. ET SS. RELIQUIARUM

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS^mi 11 SEPT. 1907

Extensio, pro communitatibus, ad oratoria semi-publica Portiunculae benedictinae

Beatissime Pater,

Hildebrandus de Hemptinne, Abbas primas O. S. B., ad pedes S. V. humiliter provolutus, exponit :

Orator,

Per Rescriptum S. Cong. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum, d. d. 27 februarii huius anni, ecclesiis et oratoriis monialium Ordinis S. Benedicti nigri coloris concessa est Indulgentia plenaria totiens

memorata indulg. Portiunculae,

---

rum animis, in die quo maximis suffragiis iuvantur, abundantior expiatio offeratur, omnesque fidelibus eripiatur ratio dubitandi utrum necne haec vel illa ecclesia sit munita privilegio, humiliter ad pedes S. V. provolutus, Ipsam supplex rogat ut praefatam indulgentiam benigne extendat ad omnes ecclesias omniaque oratoria publica Monachorum et Monacharum Ordinis Benedictini, sine ulla distinctione coloris vel familiae. Deus, etc.

Benedictinis concessa,

quotiens lucranda a secundis Vesperis diei primae novembris usque ad occasum solis diei sequentis, in qua commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum pie recolitur.

postulat *ut eam etiam in oratoriis semipubl. lucrari possint degentes in claustris.*

Nunc vero, ad maius pietatis incrementum, et ad augenda pro Defunctis fidelibus suffragia, supplex adit S. V. implorans, ut praedicta Indulgentia acquiri valeat etiam in Oratoriis semipublicis tum monachorum tum sanctimonialium praedicti Ordinis, in favorem tantummodo Communitatis religiosae necnon personarum in ipsa degentium.

Et Deus, etc.

In audientia 11 sept. **conceditur.**

Sanctissimus Dominus Noster Pius Pp. X, in Audientia habita die 11 septemb. 1907 ab infrascripto Secretario Sac. Cong. Indulgentiis Sacrisque Reliq. praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces, ceteris servatis de iure servandis. Praesente in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Dies (11 sept. 1907).

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Cong. die 11 septembris 1907.

Pro E^mo^ D. Card. *Praefecto.*
Fr. H. M. Card. Gotti.
D. Panici Archiep. Laodicen., Secret.

Annotationes

1. Cum oratoria semi-publica, ad lucrandas indulgentias pro quibus ecclesia visitanda est, per se non valeant, perspicitur opportunitas concessae gratiae. Haec autem ampla a S. Pontifice tribuitur. Nulla enim postulatur condicio impedimenti, atque utenda offertur omnibus, utriusque sexus, religiosis, atque etiam aliis personis, quotquot in monasterio seu conventu *degant.*

Degunt porro qui habitualem aliquo titulo habent ibidem commorationem. Sic alumni convictores, famuli qui inter familiares computantur. Num degunt etiam qui ad paucos dies immo ad unum hospitio recipiuntur? Talesque *degere* arbitramur, ob responsa S. C. Indulg. 13 sept. 1905 ad IV et V. (Period. II, n. **99**, p. 54). Secundum haec enim, ad lucrandas indulgentias, ecclesia parochialis potest etiam ex mora transitoria iudicari *propria.*

De Religiosis Institutis, etc. t. 1, ed. 2

Mutandum

P. 338, n. **506**, 2, de communione in oratoriis. Ex declar. SS. D. N. Pii Pp. X, 8 maii 1907, in quocumque oratorio permittatur celebratio missae, fas est s. eucharistiam dispensare. Cfr. Periodicum, supra, n. **220**, p. (161) 345.

SUMMA SUPPLEMENTORUM ET QUAESITORUM VARIORUM

I. Supplementa

Pagina

SUPPLEMENTUM UNDECIMUM. De ecclesiis et oratoriis religiosorum 1

SUPPLEMENTUM UNDECIMUM (continuatur)

Articulus III. De erectione ecclesiae regularis vel religiosae. . 185

§ 1. De erectione Ecclesiae Regularium et Monialium. . . 185

§ 2. De erectione Ecclesiae Institutorum votorum simplicium. 191

Articulus IV. De Consecratione, benedictione et reconciliatione Ecclesiae religiosorum 192

§ 1. De ecclesiis Regularium et Monialium 192

§ 2. De consecratione Ecclesiarum Institutorum votorum simplicium 194

SUPPLEMENTUM DUODECIMUM. De vera familiaritatis ratione et de familiaribus 269

SUPPLEMENTUM TERTIUM DECIMUM. Ritus sacri religiosorum ab editis Decretis authenticis (1900) 276

Decreta praetermissa vel primo Periodicorum tomo antiquiora 276

Summa Rituum, cum annotationibus

I. Calendarium. 302

II. De oratoriorum erectione 302

III. De missa regularibus extra monasterium celebranda. . 303

IV. De missa in ecclesiis Regularium vel eorum curae ad tempus concreditis celebranda. 303

V. De Titularis propriae ecclesiae festo 303

VI. De Titulo ecclesiae cathedralis 304

VII. De festo anniversario dedicationis ecclesiae 304

Annotatio 305

VIII. Festa loci in quo degunt regulares. De eorum officiis et ritu. 305

Annotationes 339

IX. Patronus loci, regni, provinciae, dioecesis 341

Annotationes 342

II. Quaesita varia

I. De interruptione noviciatus ob unius diei absentiam 8

II. De cotidiana communione 77

III. De commutationibus titulorum anonymorum *(titres au porteur)*. 89

IV. De professione valida vel invalida 93

V. De opportunitate recursus ad S. Sedem ad enodanda dubia . 97

VI. De decreto « Ut debita » seu de missarum stipendiis 100

VII. De vi ac significatione recentis Motus proprii de Institutis religiosis dioecesani iuris 101

VIII. De sodalicio Eucharistici Foederis eiusque privilegiis . . . 297

IX. De indulgentiis dictis a Portiuncula.

1. Quot sunt; 2. De Requisita confessione et communione; 3. De initio et fine; 4. De indulgentia SS. Cordis et Servorum B. M. V.; 5. De Benedictina indulgentia 335

INDEX ANALYTICUS MONUMENTORUM

Pagina

SS. D. N. Pii PP. X.

Motu proprio **Religiosorum,** 19 mart. 1903. De religiosis ante collationem Ordinum examinandis. 75
Litterae 23 april. 1905. De benemeritis Fratribus a scholis christianis et vitae religiosae pretio. *(Annotatio)* 306
Rescriptum 30 maii 1905, indulgentias concedens orantibus pro cotidianae communionis propagatione 177
Litterae 31 maii 1905. Ad Abbatem Generalem Cisterciensium Reformatorum. *(Annotatio)* 307
Breve 7 iun. 1905. Indulgentiae pro celebratione 15 fer. 3arum in honorem S. Dominici. 17
Motu proprio **Sacrosancta,** 16 iul 1905, cum normis a C. Vicario 1 aug. praescriptis. De examinandis Ordinandis in Urbe. 30
Breve 15 sept. 1905. Indulgentiis fovens coronam septem gaudiorum B. M. V. *(Annotationes)*. 108
Litterae 20 dec. 1905 ad abbates universi ord. S. Benedicti. De promovendo apostolatu apud Brasiliae gentes 63
Decretum **Sacra Tridentina Synodus,** 20 dec. 1905. De cotidiana SS. Eucharistiae sumptione *(Annotatio)* 66
Indultum 14 mart. 1906. De festo ac missa cum officio myster. Viae Crucis et Gaudiorum B. M. V. 117
Litterae **Quoniam,** 27 mart. 1906. De ratione studiorum Sacrae Scripturae in Seminariis clericorum observanda. 119
Litterae 5 apr. 1906. De pseudomonastica Mariavitarum societate 122
Motu proprio **Sacrae Congregationi,** 26 maii 1906. Duas congregationes exstinguens. 126
Rescriptum 8 iun. 1906. Mutans, ad usum praesertim Monialium, condiciones quarundam indulgentiarum *(Annotationes)* . . . 141
Motu proprio **Dei Providentis,** 16 iul. 1906. De religiosorum sodalitatibus nisi consulta Apostolica Sede non instituendis . 127
Decretum **In approbandis**, 16 iul 1906. De modo quo confici enda est triennalis relatio de instituto votorum simplicium . 128
Decreta 31 iul 1906. De Societate SS. Rosarii *(Annotatio)*. . . . 150
Indultum 8 aug. 1906. Indulgentiis fovens celebrationem mensis SS. Cordis. *(Annotationes)*. 137
Decretum **Quo perennis**, 22 aug. 1906. De quotannis recolenda consecratione generis humani ad SS. Cor Iesu 137
Breve **Romanorum Pontificum,** 10 aug. 1906. Privilegiis fovens consociationem « Sacerdotalis eucharistici foederis » . . 155
Declaratio 7 maii 1907. De privilegiis Eucharistici Sacerdotalis foederis. *(Annotationes)* 344
Declaratio **Sanctissimus,** 8 maii 1907. De Sacrae dapis in privatis oratoriis distributione. *(Annotatio)* 345
Indultum 29 maii 1907. Facultates Crucigerorum conceduntur Sacerdotibus Adoratoribus. *(Annotationes)* 346
Breve **Ex officio,** 8 iun. 1907. Benedictinos Abbates instituens in Brasilia 348

Motus Proprius **Sanctissimus,** 1 aug. 1907, piis domibus privilegium concedens missae et communionis in nocte Natalis Domini. *(Annotationes)*. 352

Parergon.

De facultate annectendi coronis indulgentias dictas a Patribus Crucigeris (Cfr. p. 183). 173

Ex Audientia Sanctissimi

Decretum 10 april. 1906. Constitutiones Sororum Oblatarum SS. Redemptoris approbans 263
Gratia 13 oct. 1906. Quo pacto a sociis rosarium recitari possit. *(Annotatio)* 209
Decretum 18 febr. 1907. Constitutiones Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis approbans. 264

E^mi^ Cardinali Vicarii Urbis.

Litterae 18 maii 1905 ad Superiorissas sororum. De prudenti hospitalitatis ratione 11
Ordinatio 10 aug. 1905. De sacris contionibus in Urbe 37
Statutum 31 oct. 1905. Normam praescribens pro examinibus Contionatorum Urbis. 54
Litterae circulares 16 aug. 1906. Ad superiorissas Institutorum monialium et sororum Urbis. *(Annotatio)*. 156

S. Congregationis Concilii.

Responsum 5 iul. 1681. De examine, ante ordinationes, clericorum Soc. Iesu. 31
Decretum **Vetuit**, 22 dec. 1905. De Seminariorum alumnis . . 64
Iudicia in causis contentiosis. I. Acheruntina et Fratrum Minorum, *Paroecialis*. 20 ian. 1906. II. Theatina. *Iurum Cappellanorum Confraternitatum*, 24 mart. 1906 167
Resolutiones 17 febr. 1906. De alienatione. *(Annotationes*, cfr. *Quaesita varia*, p. 89.) 73
Responsum 15 sept. 1906. De Sacra Communione. *(Annotationes.)* 158
Decretum 16 sept. 1906 ex audientia SS^mi^. Excardinatio et Sacra Ordinatio. *(Annotatio)* 198
Iudicium 16 nov. 1906 in causa contentiosa Acheruntina et Ordinis Minorum S. Francisci summatim relatum. 235
Decretum **Post editum,** 7 dec. 1906, de S. Communione infirmorum qui ieiunare nequeunt. *(Annotationes.)* 178
Declaratio 6-25 mart. 1907. De infirmis a ieiunio eucharistico dispensatis 311
Decretum 22 maii 1907. De Missarum stipendiis. *(Annotatio)* . . 322

S. Congr. Episcoporum et Regularium

Indultum 13 mart. 1905. De divino officio Monialium Conceptionistarum. 49
Rescriptum 5 maii 1905. De funere apud regulares. 53
Responsum 2 iun. 1905. De mutanda dispositione redituum *(Annotationes)* 106
Rescriptum 18 aug. 1905. De Capitulo cogendo vel non post dilatam sollemnem professionem 39

Responsa 1 sept. 1905. De confessariis religiosarum 42
Responsa 15 nov. 1905. De sonitu campanarum apud regulares . 57
Indultum 18 nov. 1905. Aggregatio Congregationum Tertii Ordinis ad primum et secundum Ordinem Capuccinorum 57
Responsa 4 dec. 1905. De professione votorum simplicium apud moniales. *(Annotationes)* 60
Rescriptum 20 ian. 1906. De exstinctione titulorum Abbatiae et unione cum aliis Abbatiis 112
Indultum 29 ian. 1906. Pro Fratribus conversis Ordinis S. Benedicti 113
Decretum ex audientia SS^mi, 7 maii 1906. Constitutiones approbans Congregationis Sororum a S. Iuliana 141
Decretum et Instructio 16 iul. 1906, seu elenchus quaestionum ad quas respondendum est a moderatoribus seu moderatricibus generalibus Institutorum vota simplicia profitentium in Relatione ad S. Sedem tertio quoque anno transmittenda.
Decretum 128
Instructio : Praemittenda 129
I. De personis. a) admissis
b) noviciis
c) professis
d) egressis et dimissis 130
II. De rebus. a) de domibus
b) de bonis 131
III. De disciplina. a) de vita religiosa 132
b) de observantia quarundam specialium legum 133
c) de operibus Instituti. 134
Decretum ex audientia SS^mi 30 iul. 1906. Usus cappae magnae Praelatis Benedictinis conceditur 149
Iudicia in causis contentiosis. I. Massiliensis, *Exemptionis*, 3 aug. 1906. II. Ianuensis, *Funerum*, 14 iul. 1905 et 12 ian. 1906. III. Viennensis, *Exemptionis*, 1 dec. 1905. 170
Responsa 7 dec. 1906 De confessariis Monialium et Puellarum in Conservatoriis. *(Annotatio)* 219
Iudicia 7 dec. 1906 in causis contentiosis summatim relata. — I. Foroiulien. II. Lucionen. III. Adrien. *(Annotatio)* 236
Rescriptum 15 ian. 1907. De iuribus Assistentium generalium et Procuratoris generalis in propria provincia. *(Annotatio)* . . . 252
Ex Audientia SS^mi Decreta 25 febr., 22 mart. et 6 maii 1907. Approbationes Constitutionum. 316
Litterae nomine S. Pontificis scriptae, 10 maii 1907. Generalis studiorum ratio Seminariis Italiae praescripta. *(Annotatio)* . . 316

S. Congr. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum.

Indultum 7 iun. 1905. Indulgentiarum Ordinis FF. Min. Capuccinorum approbatio 18
Decretum 23 iun. 1905. Summarium Indulgentiarum Ordini FF. Min. Capuccinorum concessarum 18
Rescriptum ex audientia SS^mi 28 iun. 1905. Dispensans Puellas a caritate a lege distantiae pro Indulgentia de Portiuncula . . 28
Rescripta 11 aug. 1905. Duae Indulgentiae plenariae summario indulgentiarum Ordinis FF. Min. Capuccinorum adduntur. 27
Rescriptum ex audientia SS^mi 23 aug. 1905. Indulgentiae Franciscanae coronae septem gaudiorum B. M. V. 41

Responsa 13 sept. 1905. De indulgentiis 53
Rescriptum ex audientia SSmi, 29 nov. 1905. Indulgentiae archiconfr. a Corde Iesu Eucharistico 111
Decretum **Sanctissimo Domino,** 14 febr. 1906. De condicione confessionis remissa iis qui cotidie communicant. (*Annotatio*) . 69
Indultum ex audientia SSmi, 13 iun. 1906, Concedens Congr. Missionis faciliorem impositionem Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo. 142
Decretum 13 iun. 1906. Indulgentiae, Privilegia, Indulta Tertii Ordinis S. P. Dominici (*Annotationes*) 143
Indultum ex audientia SSmi, 13 iun. 1906. Confratern. SS. Rosarii sinuntur post adventum FF. Praedicatorum permanere . . . 147
Rescriptum ex audientia SSmi, 13 iun. 1906. Spirituales gratiae pro festis Viae dolorosae D. N. I. C. et Septem Gaudiorum B. M. V. (*Annotatio*) 148
Indultum ex audientia SSmi, 8 aug. 1906. De Ecclesiis et Oratoriis quorum curam habent Tertiarii religiosi S. F. (*Annotationes*) . 151
Responsum 8 aug. 1906. Iubilari S. Benedicti numismati, indulgentia Portiunculae coniuncta non est. (*Annotationes*) 153
Responsum 8 aug. 1906. Tertiarii ex religiosis nova cooptatione non indigent (*Annotatio*) 153
Rescriptum ex audientia SSmi, 12 sept. 1906. De corona septem Gaudiorum B. M. V. 158
Decretum, ex Audientia SSmi, 22 aug. et 12 sept. 1906. Indulgentiae et gratiae Fratribus Minoribus et festo VII Gaudiorum concessae 246
Rescriptum 14 nov. 1906. Indulgentia Basilicae Assisiensis S. Mariae Angelorum. (*Annotatio*) 214
Rescriptum, ex Audientia SSmi, 28 nov. 1906. Indulgentia orationis in honorem S. Joann. B. de la Salle 249
Rescriptum 15 dec. 1906. Translationem indulgens consecrationis ad SS. Cor Iesu 250
Responsum 18 dec. 1906. De lingua vernacula in recitando parvo Officio B. M. V. (*Annotatio*) 251
Rescriptum 16 febr. 1907, ex Audientia SSmi 14 nov. 1906. Indulgentiae Pii Operis a Maria Opifera 262
Decretum, ex Audientia SSmi, 27 febr. 1907. Indulg., plenar. « totiens quotiens » pro eccl. Ord. S. Benedicti et gestantibus numisma S. P. B. (*Annotatio*) 264
Rescriptum, ex Audientia SSmi, 27 febr. 1907. Indulgentia pro invocatione cum renovatione votorum. 310
Rescriptum, ex audientia SSmi, 27 febr. 1907. Indulgentia pro renovantibus promissiones baptismi, in fine missionum et exerc. spir. (*Annotatio*) 343
Litterae Encycliae 10 apr. 1907. Triduana supplicatio ad diffundendum cotidianae Communionis usum quotannis celebranda. (*Annotatio*) 266
Responsa ex audientia SSmi 12 iun. 1907. Usus simultaneus indulg. Rosarii et PP. Crucigerorum. (*Annotatio*) 350
Rescriptum ex audientia SSmi 2 sept. 1907. Indulgentia plenaria totiens quotiens pro universo Ordine S. Benedicti. (*Annotatio*). 356
Rescriptum ex audientia SSmi 11 sept. 1907. Extensio, pro communitatibus, ad oratoria semipublica Portiunculae benedictinae. (*Annotationes*). 357

Parergon.

De facultate annectendi coronis indulgentias dictas a Patribus Crucigeris (Cfr. p. 183.) 173

S. Congr. Rom. et Univ. Inquisitionis (S. Officii)

Decretum 23-24 aug. 1905. Facultas pro confessionibus facta sacerdotibus navigantibus. *(Annotatio)* 224
Responsum 24-25 ian. 1906. De puellis schismaticis quae, in cantu, catholicis se coniungunt 310
Decretum 25-26 apr. 1906. Ratio ministrandae Extremae Unctionis in casu verae necessitatis. *(Annotatio)* 241
Decretum 5 dec. 1906. Capita Mariavitarum nominatim excommunicans. *(Annotatio)* 218
Decretum 5-6 dec. 1906. De irregularitate ex defectu natalium ob parentum haeresim. 250
Decretum 12-13 dec. 1906. Vis Indultorum de festis, post Missionum divisionem. *(Annotatio)* 223
Decretum 12-13 dec. 1906. Facultas pro confessionibus facta sacerdotibus navigantibus. *(Annotatio)* 225
Decretum **Lamentabili,** 3-4 iul. 1907, Propositiones proscriptae. *(Annotatio)* 327

S. Congr. super Negotiis eccl. extraordinariis.

Indultum ex audientia SS^mi^, 23 maii 1905. Facultates missionariorum Ordinis Fr. Minorum in America latina. 12
Responsum ex audientia SS^mi^, 2 apr. 1906. De munere deputatorum exercendo. 121
Responsa 1906. De hodiernis Gallicarum rerum vicibus. *(Annotatio)* 227
Rescriptum, ex Audientia SS^mi^, 6 mart. 1906. Benedictiones quasdam indulgens Missionariis Filiis Imm. Cordis B. M. V. . . 241
Rescriptum, ex Audientia SS^mi^, 12 mart. 1907. Extensio ad omnes Congr. Cassinensis missionarios privilegiorum quibusdam concessorum, ac privilegiorum ampliatio. *(Annotatio)* 266

S. Paenitentiariae

Responsa 1906. De bonis religiosorum usurpatis in Gallia . . 229

S. Congr. de Propaganda Fide.

Decretum 10 maii 1905, laudans Institutum novum Sororum et Constitutiones ad tempus approbans (*Annotatio*) 138
Decretum **Decreto Sacrae** 18 dec. 1905. De unica missione Insularum Carolinarum 62
Decretum 18 dec. 1905. Missiones Carolinae una reguntur Praefectura apostolica. 140
Sententia, iubente S. Pontifice, promulgata 10 aug. 1906. Vicariatus Zanguebariae Meridionalis deinceps Daressalamensis vocabitur 244
Sententia, iubente S. Pontifice, promulgata 10 sept. 1906, fines declarans quibus Vicariatus apostolicus Abyssiniae circumscribitur. *(Annotatio)* 244
Decretum 4 febr. 1907. Missionariis facilior fit confessio in itinere ad suam missionem. *(Annotatio)* 259
Parergon de facultate annectendi coronis indulgentias dictas a Patribus Crucigeris (Cfr. p. 173) 183

S. Congr. Rituum.

Responsum 24 maii 1905. De Rituali Ordinis Carmelitarum antiquae observantiae (*Annotationes*) 14
Responsum 24 maii 1905. De authentia asservatorum praecordiorum S. Francisci Assisiensis 16
Responsum 30 iunii 1905. De loco quo Tertiarii Ordinis Carmelitarum in processionibus incedere possunt (*Annotatio*) 28
Responsum 7 iul. 1905. De anniversario Dedicationis Ecclesiae et Patrocinio S. Ioseph 29
Privilegium ex audientia SS^mi, 26 iul. 1905. Altare portatile (*Annotationes*) 34
Responsum 31 iul. 1905. De usu privilegii officii votivi, pro regularibus (*Annotatio*) 36
Indulta 11 aug. 1905. De missa Imm. Concept. 52
Decretum **Post apostolicas,** 14 aug. 1905. De typica cantus gregoriani editione. 38
Responsa 22 aug. 1905. De patronis Dioecesis colendis a regularibus 40
Responsum 23 aug. 1905. De modo quo ad divina officia Fratres minores caput tegere debent 40
Responsum 9 sept. 1905. De titulari ecclesiae in dispersione (*Annotationes*) 43
Indultum ex audientia SS^mi, 8 nov. 1905. Mutatio in calendario Cisterciensium ant. obs. 139
Responsa 10 nov. 1905. De praecedentia Tertiorum Ordinum in processionibus 44
Responsa 1 dec. 1905. Liturgia Ordinis Carmelit. Antiquae Observantiae 58
Responsa 1 dec. 1905. De exsequiis defunctorum in festis . . . 59
Responsum 22 dec. 1905. De absolutione Tertiariorum 63
Rescriptum 19 ian. 1906. De orationibus in Missa, Communione et Processione 70
Rescriptum 22 ian. 1906. De usu Kalendarii, missalis et martyrologii Ordinis Capuccinorum 71
Extensio privilegii 26 ian. 1906. De translatione festorum in Ordine S. Benedicti 72
Responsum 10 febr. 1906. De S. Communione in oratoriis privatis. 182
Decretum seu declaratio 14 febr. 1906. De cantu liturgico gregoriano 73
Responsa 16 febr. 1906. De laudibus exposito SS^mo. (*Annotatio*) . 114
Responsa 12 maii 1905. De missis votivis 105
Decretum **Cum nonnulla,** 10 mart. 1906. De clerico qui inter Missam subdiaconum vel Capellanum suppleat. (*Annotatio*). . 116
Responsum 25 maii 1906. De extensione privilegii Missae votivae Imm. Conc 125
Indultum 27 iul. 1906. De missa votiva S. Francisci. 148
Litterae 6 maii 1906. De forma notularum in cantu Gregoriano . 197
Responsa 8 aug. 1906. De cantu Gradualis, Offertorii, Communionis et « Deo gratias » 243
Responsa liturgica 10 nov. 1906. De missis. (*Annotatio*) 209
Responsa 10 nov. 1906. De oratoriis religiosorum. (*Annotatio*) . . 213
Rescripta 10 nov. 1906. De mensa et Titulari altaris fixi 248
Responsa 16 nov. 1906. De caerimoniis secundariis missae et SS. Eucharistiae dispensandae 215

Responsa 23 nov. 1906. De caerimoniis sacris. Varia solvuntur dubia 216
Responsa 23 nov. 1906. Missae de requiem inter missiones . . . 241
Responsa 16 ian. 1907. De Maioris Hebdomadae caeremoniis. . 253
Rescriptum 23 ian. 1907. De S. Communione in nocte soll. Ador. perp. *(Annotatio)* 254
Rescriptum, ex Audientia SS^mi, 23 ian. 1907. De benedictione dicta a S. Mauro. *(Annotatio)* 254
Responsa varia 1 febr. 1907. De caerimoniis sacris. *(Annotatio)* . 255
Responsa 16 febr. 1907. De Patronis quos religiosi recolere debeant 262
Indultum 2 mart. 1907. De Translatione festorum. *(Annotatio)*. . 310
Responsum 13 mart. 1907. De precibus post Missam Conventualem. Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Hiberniae . . . 311
Responsa 10 et 31 maii 1907. De calendario loci. A. Dubiorum. Responsa 10 maii 1907. B. Agnascalientes. Responsum 31 maii 1907. *(Annotatio)* 326
Responsa 5 iul. 1907 de incensatione SS^mi. Derthonen. 352

S. Congr. Studiorum.

Decretum ex audientia SS^mi 26 maii 1906. Pontificio nomine decorans Collegium D. Thomae de Urbe (*Annotationes*) 166

E Secretaria Status.

Indultum ex audientia SS^mi 3 iun. 1905. Privilegia alterius Societatis communicantur cum Societate Imm. Conc. a Numismate 17
Litterae 26 ian. 1906. De authentia vaticanae editionis Kyriale gregorianum continentis 112
Indultum, ex Audientia, SS^mi, 20 mart. 1906. Facultates concessae Societati hispanae navigationis transatlanticae 233
Litterae 30 apr. 1907. De erecta schola apostolica in Iapania, laudatur Societas Mariae. *(Annotatio)*. 312

Ex Commissione Biblica

Litterae 20 apr. 1907. Vulgatae emendatio Ordini S. Benedicti praeparanda committitur 313

MONUMENTORUM

INDEX CHRONOLOGICUS

Annus	Dies	Diploma	Auctor	Pagina	Numerus
1681	5 iulii	Responsum	S. Cong. Concilii	31	**84**
1903	19 martii	Motu proprio	SS. D. Pii Pp. X	75	**117**
1905	13 martii	Indultum	S. C. Episc. et Regul.	49	**96**
»	23 apr.	Litterae	SS. D. Pii Pp. X	306	**204**
»	5 maii	Rescriptum	S. C. Episc. et Regul.	53	**98**
»	10 maii	Decretum	S. C. Prop. Fidei	138	**137**
»	12 maii	Responsum	S. Rituum Congr.	105	**118**
»	18 maii	Litterae	Em. Card. Vic. Urbis	11	**74**
»	23 maii	Indultum	S. C. sup. Neg. Eccl. extr.	12	**75**
»	24 maii	Responsum	S. Rituum Congr.	14	**76**
»	24 maii	Responsum	» »	16	**77**
»	30 maii	Rescriptum	SS. D. N. Pii Pp. X	177	**160**
»	31 maii	Litterae	» »	507	**205**
»	2 iunii	Responsum	S. C. Episc. et Regul.	106	**119**
»	3 iunii	Indultum	E. Secret. Status	17	**78**
»	7 iunii	Breve	SS. D. Pii Pp. X	17	**79**
»	7 iunii	Indultum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	18	**80**
»	8 iunii	Rescriptum	SS. D. Pii Pp. X	141	**141**
»	23 iunii	Decretum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	18	**80**
»	28 iunii	Rescriptum	» »	28	**81**
»	30 iunii	Responsum	S. Congr. Rituum	28	**82**
»	7 iulii	Responsum	» »	29	**83**
»	14 iulii	Iudicium	S. C. Episc. et Regul.	172	**158**
»	16 iulii	Motu proprio	SS. D. Pii. Pp. X	30	**84**
»	26 iulii	Privilegium	S. Rituum Congr.	34	**85**
»	31 iulii	Responsum	» »	36	**86**
»	10 aug.	Ordinatio	Em. Card. Vic. Urbis	37	**87**
»	11 aug.	Indulta	S. Rituum Congr.	52	**97**
»	11 aug.	Rescriptum	S. C. Episc. et Regul.	27	**80**
»	14 aug.	Decretum	S. Rituum Congr.	38	**88**
»	18 aug.	Rescriptum	S. C. Episc. et Regul.	39	**89**
»	22 aug.	Responsa	S. Rituum Congr.	40	**90**
»	23 aug.	Responsum	» »	40	**91**
»	23 aug.	Rescriptum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	41	**92**
»	23-24 aug.	Decretum	S. C. R. et U. Inquis. (S. Officii)	224	**174**
»	1 sept.	Responsa	S. C. Episc. et Regul.	42	**93**
»	9 sept.	Responsum	S. Rituum Congr.	43	**94**
»	13 sept.	Responsa	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	53	**99**
»	15 sept.	Breve	SS. D. Pii Pp. X	108	**120**
»	31 oct.	Statutum	Em. Card. Vic. Urbis	54	**100**
»	8 nov.	Indultum	S. Rituum Congr.	139	**138**
»	10 nov.	Responsa	» »	44	**95**
»	15 nov.	Responsa	S. C. Episc. et Regul.	57	**101**
»	18 nov.	Indultum	» »	57	**102**
»	29 nov.	Rescriptum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	111	**121**
»	1 dec.	Responsa	S. Rituum Congr.	58	**103**
»	1 dec.	Responsa	» »	59	**104**
»	1 dec.	Iudicium	S. C. Episc. et Regul.	173	**158**
»	4 dec.	Responsa	» »	60	**105**
»	18 dec.	Decretum	S. C. de Propag. Fide	62	**106**
»	18 dec.	Decretum	» »	140	**139**
»	20 dec.	Litterae	SS. D. Pii Pp. X	63	**107**
»	20 dec.	Decretum	» »	66	**110**

Annus	Dies	Diploma	Auctor	Pagina	Numerus	
1905	22 dec.	Responsum	S. Rituum Congr.	63	108	
»	22 dec.	Decretum	S. Congr. Concilii	64	109	
1906	3 ian.	Rescriptum	S. Paenitentiariae	229	176	A
»	19 ian.	Rescriptum	S. Rituum Congr.	70	112	
»	20 ian.	Rescriptum	S. C. Episc. et Regul.	112	122	
»	20 ian.	Iudicium	S. Congr. Concilii	168	157	
»	22 ian.	Approbatio	S. Rituum Congr.	71	113	
»	24 ian.	Responsum	S. C. R. et U. Inq. (S. Officii)	309	206	
»	26 ian.	Extensio privilegii	S. Rituum Congr.	72	114	
»	26 ian.	Litterae	E Secret. Status	112	123	
»	29 ian.	Indultum	S. C. Episc. et Regul.	113	124	
»	10 febr.	Responsum	S. Rituum Congr.	182	161	
»	14 febr.	Decretum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	69	111	
»	14 febr.	Decretum	S. Rituum Congr.	73	115	
»	16 febr.	Responsa	» »	114	125	
»	17 febr.	Resolutiones	S. Congr. Concilii	73	116	
»	2 mart.	Indultum	S. Rituum Congr.	241	180	
»	6 mart.	Rescriptum	S. C. sup. Neg. Eccl. extr.	241	181	
»	8 mart.	Rescriptum	S. Paenitentiariae	230	176	B
»	10 mart.	Decretum	S. Rituum Congr.	116	126	
»	14 mart.	Indultum	SS. D. N. Pii Pp. X	117	127	
»	20 mart.	Indultum	E. Secret. Status	233	177	
»	24 mart.	Iudicium	S. Congr. Concilii	168	157	
»	27 mart.	Litterae	SS. D. N. Pii Pp. X	119	128	
»	2 apr.	Responsum	S. C. Negot. Eccles. Extr.	121	129	
»	5 apr.	Litterae	SS. D. Pii Pp. X	122	130	
»	10 apr.	Decretum	Ex Audientia SS^mi.	261	200	A
»	25 apr.	Decretum	S. C. R. et U. Inq. (S. Officii)	242	182	
»	6 maii	Litterae	S. Rituum Congr.	197	163	
»	7 maii	Decretum	S. C. Episc. et Regul.	141	140	
»	7 maii	Indultum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	142	142	
»	9 maii	Rescriptum	S. Paenitentiariae	231	176	C
»	25 maii	Responsum	S. Rituum Congr.	125	131	
»	26 maii	Motu proprio	SS. D. Pii Pp. X	126	132	
»	26 maii	Decretum	S. Congr. Stud.	166	156	
»	7 iun.	Rescriptum	S. Paenitentiariae	232	176	D
»	8 iunii	Rescriptum	SS. D. Pii Pp. X	141	141	
»	13 iunii	Decretum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	143	143	
»	13 iunii	Indultum	» »	147	144	
»	13 iunii	Rescriptum	» »	148	145	
»	16 iul.	Motu proprio	SS. D. Pii Pp. X	127	133	
»	16 iul.	Decretum	» »	128	134	
»	27 iul.	Indultum	S. Rituum Congr.	148	146	
»	30 iul.	Decretum	S. C. Episc. et Regul.	149	147	
»	31 iul.	Decreta	SS. D. Pii Pp. X	150	148	
»	3 aug.	Iudicium	S. C. Episc. et Regul.	170	158	
»	8 aug.	Indultum	SS. D. Pii Pp. X	137	136	
»	8 aug.	Indultum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	151	149	
»	8 aug.	Responsum	» »	153	150	
»	8 aug.	Responsum	» »	153	151	
»	8 aug.	Responsa	S. Rituum Congr.	243	183	
»	10 aug.	Breve	SS. D. Pii Pp. X	155	152	
»	10 aug.	Sententia	S. C. Prop. Fidei	244	184	
»	17 aug.	Litterae	E. Card. Vicar. Urbis	156	153	
»	22 aug.	Decretum	SS. D. Pii Pp. X	137	135	
»	22 aug.	Decretum	S. C. Ind. et SS. Reliq.	246	186	A
»	10 sept.	Sententia	S. C. Prop. Fidei	244	185	
»	12 sept.	Rescriptum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	158	154	

Annus	Dies	Diploma	Auctor	Pagina	Numerus	
1906	12 sept.	Indulta	S. C. Ind. et SS. Reliq.	247	186	B
»	15 sept.	Responsum	S. Congr. Concilii	158	155	
»	16 sept.	Decretum	» »	198	164	
»	17 sept.	Rescriptum	S. Paenitentiariae	233	176	E
»	14 oct.	Gratia	Ex Audientia SSmi.	209	165	
»	10 nov.	Responsa	S. Rituum Congr.	209	166	
»	10 nov.	Responsa	» »	213	167	
»	10 nov.	Rescripta	» »	248	187	
»	14 nov.	Rescriptum	S. C. Indul. et SS. Reliq.	214	168	
»	16 nov.	Responsa	S. Rituum Congr.	215	169	
»	16 nov.	Iudicium	S. Congr. Concilii	235	178	
»	23 nov.	Responsa	S. Rituum Congr.	216	170	
»	28 nov.	Rescriptum	S. C. Ind. et SS. Reliq.	249	188	
»	5 dec.	Decretum	S. C. R. et U. Inq. (S. Officii)	218	171	
»	5-6 dec.	Decretum	» »	250	189	
»	7 dec.	Decretum	S. Cong. Concilii	178	162	
»	7 dec.	Responsa	S. C. Episc. et Regul.	219	172	
»	7 dec.	Iudicia	» »	236	179	
»	12-13 dec.	Decretum	S. C. R. et U. Inq. (S. Officii)	223	173	
»	15 dec.	Rescriptum	S. C. Ind. et SS. Reliq.	250	190	
»	18 dec.	Responsum	» »	251	191	
»	(dies incerta)	Responsa	S. C. sup. Neg. Eccl. extr.	227	175	
1907	15 ian.	Rescriptum	S. C. Episc. et Regul.	252	192	
»	16 ian.	Responsa	S. Rituum Congr.	253	193	
»	23 ian.	Rescriptum	» »	254	194	
»	23 ian.	Rescriptum	» »	254	195	
»	1 febr.	Responsa	» »	255	196	
»	4 febr.	Decretum	S. C. de Propag. Fide	259	197	
»	16 febr.	Responsa	S. Rituum Congr.	262	198	
»	16 febr.	Rescriptum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	262	199	
»	18 febr.	Decretum	Ex Audientia SSmi.	263	200	B
»	27 febr.	Decretum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	264	201	
»	27 febr.	Rescriptum	» »	309	207	
»	27 febr.	Rescriptum	» »	343	218	
»	2 mart.	Indultum	S. Rituum Congr.	310	208	
»	6 mart.	Declaratio	S. Congr. Concilii	311	210	
»	12 mart.	Rescriptum	S. C. sup. Neg. Eccl. extr.	266	202	
»	13 mart.	Responsum	S Rituum Congr.	311	209	
»	10 apr.	Litterae	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	266	203	
»	30 apr.	Litterae	E Secret. Status	312	211	
»	30 apr.	Litterae	Ex Commissione Bibl.	313	212	
»	6 maii	Decretum	S. C. Episc. et Regul.	316	213	
»	7 maii	Declaratio	SS. D. Pii Pp. X	344	219	
»	8 maii	Declaratio	» »	345	220	
»	10 maii	Litterae	» »	316	214	
»	10 maii	Responsum	S. Rituum Congr.	326	216	A
»	22 maii	Decretum	S. Congr. Concilii	322	215	
»	29 maii	Indultum	SS. D. Pii Pp. X	346	221	
»	31 maii	Responsum	S. Rituum Congr.	326	216	B
»	8 iun.	Breve	SS. D. Pii Pp. X	348	222	
»	12 iun.	Responsa	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	351	223	
»	3-4 iul.	Decretum	S. R. et U. Inq. (S. Officii)	327	217	
»	5 iul.	Responsa	S. Rituum Congr.	352	224	
»	1 aug.	Motu proprio	SS. D. Pii Pp. X	352	225	
»	2 sept.	Rescriptum	S. C. Indulg. et SS. Reliq.	356	226	
»	11 sept.	Rescriptum	» »	357	227	

INDEX ONOMASTICUS

Numeri indicant seriem paginarum

Acta S. Sedis. De incardinatione, 204 ; De missarum stipendiis, 325*.

Analecta Ecclesiastica. De recitatione publica, 244

Alexander VII. Const. *Apostolica sollicitudo*, de ordinandis examinandis, 30.

Alexander VIII. Decr. 7 dec. 1690, de cotidiana SS. Eucharistae sumptione, 67.

S. Alphonsus, C. SS. R. De hora missae, 299.

Antonelli, Card. Litt. 12 martii 1966, de cotidiana communione puerorum et infirmorum, 162.

S. Augustinus. De cotidiana communione, 79.

Avanzini, R. D. De ecclesiis Regularium et Monialium, 194.

Bargillat, R. D. De ecclesiis religiosorum, 3*.

Bartolini, O. S. B. De benedictione dicta a S. Mauro, 255.

Benedictus XIII. De altari portatili, 35.

Benedictus XIV. Const. *Oneroso*, 1 sept. 1750, de ecclesiis religiosorum, 3. 7*.

Const. *Firmandis*, de ecclesiarum visitatione episcopali, 7.

De altari portatili, 35.

De valida vel invalida professione, 95.

De communione infirmorum, 164.

Breve *Creditae nobis*, de exemptione funerum, 171.

De erectione ecclesiae Regularium et Monialium, 187.

Const. *Regularis disciplinae*, De clausura virorum, 194.

Const. *Pastoralis curae*, De confessariis monialium et puellarum, 222-223.

Const. *Ex quo*. Confessio in itinere ad sinenses missiones, 260.

De familiaritate et familiaribus, 271*.

Beringer, S I. De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V., 110.

Indulgentia Basilicae Assis. B. Mar. Ang. 215.

De sodalicio Eucharistici foederis, 297.

De indulgentiis, 337.

Besson, S. I. De missarum stipendiis, 324.

Bona, Card. De cotidiana communione puerorum et infirmorum, 161.

Boudinhon, R. D. De interruptione noviciatus, 10*.

De mutanda redituum dispositione, 107.

De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V., 110.

De communione infirmi non ieiuni, 180.

De missarum stipendiis, 324.

Bouix, R. D. De ecclesiis religiosorum, 3*. 6.

Bucceroni, S. I. De commutationibus titulorum anonymorum, 89.

Calvinus. De familiaritate et familiaribus, 271.

Le Canoniste Contemporain. De missarum stipendiis, 324. 325*.

De indulgentia pro renovatis baptismi promissionibus, 343.

De privilegio missae et communionis in nocte natalis Domini, 353. 355.

Casier, H., C. SS. R. Ritus sacri religiosorum, 305.

Ciolli, R. D. De ecclesiis et orat. religiosarum, 194.

Clemens VIII. De valida vel invalida professione, 95.

Clemens IX. Const. *Speculatores*, 13 sept. 1669. De familiaritate et familiaribus, 272.

Clemens XI. Confessio in itinere ad sinenses missiones, 260.

Clemens XIII. Decretum 9 dec. 1763, de confessione ad cotidianam communionem, 69.
De Angelis, R. D. De ecclesiis religiosorum, 7.
De Buck, V., S. I. De erectione ecclesiae regularis vel religiosae, 185*. Iudicia in causis contentiosis, 239.
Degrelle, H., S. I. Ritus sacri religiosorum, 276; 302-306; 339-342.
De Luca, S. I. De ecclesiis religiosorum, 2*.
de Lugo, Card. S. I. De ecclesiis et oratoriis religiosorum, 276.
De familiaritate et familiaribus, 274.
De Ségur, R. D. De cotidiana communione, 161.
De Smet, R. D. De communione infirmorum non ieiunorum, 179-182.
Fagnani, R. D. Excardinatio et sacra ordinatio, 204.
Vis indultorum post Missionum divisionem, 224.
Fagnanus. De ecclesiis religiosorum, 6.
Felinus. De familiaritate et familiaribus, 270.
Ferraris, O. F. M. Excardinatio et sacra ordinatio, 204.
Vis indultorum post Missionum divisionem, 224*.
Ferreres, S. I. De missa et communione in nocte natalis Domini, 356.
Gagliardi. De qualitate ecclesiae regularis, 236.
Gasparri, Card. De ecclesiis et oratoriis religiosorum, 195.
De familiaritate et familiaribus, 270.
De missa et communione in nocte natalis Domini, 353*.
Genicot, S. I. De commutationibus titulorum anonymorum, 89.
Gennari, Card. De solutione dubiorum a S. Sede, 97.
Gregorius XIII. Const. *Pium*, de ordinandis, 31.
C. *Circumspecta*, De familiaritate et familiaribus, 272.
Gregorius XIV. De valida vel invalida professione, 95.
Innocentius XI. Decretum 12 febr. 1679, de cotidiana SS. Eucharistiae sumptione, 67.
De cotidiana communione, 79.
De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V., 110.
Bulla *Cum ad aures*, 12 febr. 1679, de communione cotidiana puerorum et infirmorum, 160.
Innocentius XII. Const. *Speculatores*, de seminariorum alumnis, 65.
Const. *Sanctissimus*, 18 iulii 1695, de duabus Congregationibus extinctis, 126.
C. *Speculatores*. De ordinantibus, 205; 269.
Iustinianus. De nullitate actus contra legem, 205.
Lacroix, S. I. De cotidiana communione, 81.
Laurentius, S. I. *De ecclesiis religiosorum*, 2*.
De excommunicatione contra clericos percussores, 219*.
Laymann, S. I. De clausulis derogatoriis, 205.
Lega, R. D. De excardinatione et sacra ordinatione, 204.
Lehmkuhl, S. I. De cotidiana communione, 79.
De communione infirmorum, 180.
De administratione Extremae-Unctionis, 243.
Leo X. De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V., 110.
C. *Dum intra*, De ecclesiis religiosorum, 193.
C. *Religionis*, De ecclesiis religiosorum, 193.
De excommunicatione percussoris clericorum, 219*.
Leo XIII. C. *Officiorum ac Munerum*, de libris prohibitis, 15.
De Tertio Ordine S. Francisci, 58.
De missione Insularum Carolinarum, 62.
De usu Kalend., miss. et martyr. Capuccinorum, 72.
Decretum 15 martii 1886, de missionibus Carolinis, 140.
C. *Romanos Pontifices*. De ecclesiis religiosorum, 190.
De excardinatione et sacra ordinatione, 201*.

De familiaritate et familiaribus, 274.

Macrobius. De familiaritate et familiaribus, 271.

Mancini, Ord. Carm. De liturgia Carmelitarum, 58*.

Many, R. D. De ecclesiis religiosorum, 1*.
De ecclesiis et oratoriis religiosorum, 187. 193. 195.
De excardinatione et sacra ordinatione, 207.
Quid miliarium, 194.

Marrani Bonav. R. D. De facultatibus FF. Minorum in America latina, 12.

Martinus V. De excommunicatione percussoris clericorum, 219.

Mocchegiani, O. F. M. De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V., 110.

Monacelli, R. D. De ecclesiis religiosorum, 187.

Monitore ecclesiastico. De incardinatione, 205 ; De iure postliminii Regularium, 239* ; De indulgentiis exhibendis S. Congregationi, 345.

Navarrus. Can. S. Aug. De familiaritate et familiaribus, 271.

Nervegna, R. D. De noviciatus interruptione, 10.

Noldin, S. I. De commutationibus titulorum anonymorum, 89.

Nouvelle Revue Théologique, De recitatione publica, 243 ; De missarum stipendiis, 324-325* ; De Portiuncula benedictina, 335 ; De missa et commun. in nocte Natalis Domini, 354*. 356*.

Pallotinus, R. D. De ecclesiis religiosorum, 5.

Passerini, R. D. De ecclesiis religiosorum, 189.

Paulus V. Const. *Quantum*, de ordinandis, 31.
De indulgentia coronae septem Gaudiorum B. M. V. 110
Breve *Inter alias*, De Sacerdotibus Ordinis S. Ioannis de Deo, 171*.

Pellizarius, S. I. De ecclesiis religiosorum, 194.
De familiaritate et familiaribus, 271*, 274.

Pennachi, R. D. De ecclesiis religiosorum, 194.

Petra, D. Card. De ecclesiis religiosorum, 187.

Piat, F. M. Cap. De ecclesiis religiosorum, 185*.

S. Pius V. Const. *Etsi Mendicantium*, 16 maii 1567, de sonitu campanarum, 57.
De ecclesiis religiosorum, 194.

Pius VI. Const. *Religiosos Ordines*, 6 sept. 1785, de usu Kalend., miss. et martyr. Capuccinorum, 71.

Pius VII. Breve 18 ian. 1820, de indulgentiis FF. Minn. Capuccinorum concessis, 27.

Pius IX. De missa Immaculatae Conceptionis, 52.
Breve 31 aug. 1877, de Numismate S. Benedicti, 154.
D. *Ab expositis* Ritus sacri religiosorum, 277.

Razon y Fe, De missa et commun. in nocte natalis Domini, 356*.

SS D. Pius PP X Breve 7 iun. 1905, de indulgentiis S. Dominici, 17.
Motu proprio 16 iul. 1905 : de examinandis Ordinandis in Urbe, 30.
De promovendo apostolatu apud Brasiliae gentes, 63.
Decretum 20 dec. 1905 : de cotidiana SS. Eucharistiae sumptione. 66.
Motus proprius 19 mart. 1903, de Religiosis ante collationem Ordinum examinandis, 75.
Breve de indulgentis coronae septem Gaudiorum B. M. V., 108.
Indultum de festo ac missa cum officio mister. Viae Crucis et Gaudiorum B. M. V., 117.
Litterae de ratione studiorum S. Scripturae in Seminariis observanda, 119.
Litterae de pseudomonastica Mariavitarum societate, 122.
Motus proprius duas congregationes exstinguens, 126.
Motus proprius de religiosorum sodalitatibus instituendis, 127.
Decretum de modo conficiendi triennalem relationem de Instituto votorum simplicium, 128.

Decretum de quotannis recolenda consecratione generis humani ad SS. Cor Iesu, 137.
Indultum de indulgentiis fovens celebrationem mensis SS. Cordis, 137.
Rescriptum mutans condiciones quarundam indulgentiarum, 141.
Decreta de Societate SS. Rosarii, 150.
Breve de privilegiis consociationis Sacerdotalis eucharistici foederis, 155.
Reiffenstuel, F. M. De ecclesiis religiosorum, 185, 194.
De excardinatione et sacra ordinatione, 204.
De familiaritate et familiaribus, 270.
De missa et communione in nocte natalis Domini, 353.
Richter. De ecclesiis religiosorum, 6.
Schmalzgrueber, S. I. De ecclesiis religiosorum, 4*. 194.
De examinandis ante ordinationem, 31*.
De familiaritate et familiaribus, 270.
De missa et communione in nocte natalis Domini, 354*.
Sixtus V. De valida vel invalida professione, 95.
Suarez, S. I. De familiaritate et familiaribus, 270-274.
Tinnebroeck, S. I. De ecclesiis et oratiis religiosorum, 185*.
De exemptione regul., 239.
Treugott, R. D. De ecclesiis et oratoriis religiosorum, 185*, 189.
Urbanus VIII. Breve *Sacrosanctum*, de exemptione funerum, 171.
Breve *Circumspecta*, De Sacerdotibus S. Ioannis de Deo, 171*.
C. *Romanus Pontifex*, De ecclesiis religiosorum, 189.
Van de Burgt, R. D. De ecclesiis religiosorum, 4*. 5*. 6. 8. 185*. 186. 187. 191.
Verhoeven, R. D. De regularium et saecularium clericorum iuribus et officiis, 239.
De iure postliminii regularium, 239.
Wernz, S. I. De ecclesiis religiosorum, 1*, 2*, 7.
De noviciatus interruptione, 10.
De examinandis ordinandis, 75.
De commutatione titulorum anonymorum, 92*.
De ecclesiis religiosorum, 185*, 189.
De vi indultorum post divisam missionem, 224.
De propositionibus proscriptis, 332.

MONUMENTORUM & RERUM

INDEX ALPHABETICUS

Numeri = numeri paginarum
Asteriscus annotationes significat
Lineola interducta (—) = vocabulum in principio positum

Abbas, cum iure successionis, 349-350. — titularis, 349. 350. — a Pontifice designatus, 349. 350. — benedictus ex facultate Pontificia, 349. 350. — vinculo cum abbatia condicionate solutus, 349. 350.

Abbatiae exstinctus titulus, et unio, 112.

Ab expositis : Decr. Pii IX, 29 april. 1859, de calendario FF. Minorum, 93.

Absolutio generalis, 19. 21. 22. 63. 64. 143 ; 247.

Abyssinia. Fines vicariatus. 244.

Adoratio SS^mi^ Indulgentia, 111. — perpetua ; indulta communio in nocte, 254.

Aedificatio ecclesiam tribuens, 4.

Aegrotus, *vide Infirmus.*

Alienatio bonorum, vetita, 73-75 ; 89-93.

Altare fixum : mensa, titularis, 248. 249 ; portatile, 35 ; privilegiatum, 21. 23. 145. 151. 152 ; 298.

Alumni, an familiares, 276.

Alumnorum seminariorum admissio, ordinatio, 64.

« Ambitosae » Extrav. quod ad ecclesiae transformationem, 5 ; quod ad alienationem titulorum (creditorum) 73-75 ; 89-93.

America latina. Facultates Fratrum Min. in — 12.

Anglia. Calendarium, 303 ; Divisio missionum, 7.

Anniversarium dedicationis ecclesiae, 29. 30. 304.

— defunctorum late sumptum, 279. 282. 283.

Apostolorum festa pro indulgentiis, 299.

Approbatio Constitutionum, distincta ab approb. Instituti, 138. 139.

A primis : Decretum S. C. Concilii, De excardinatione et incardinatione, 198. 203. 204.

Archiconfraternitas *a SS. Corde Iesu,* 111.

Archisodalicium Sacerdotalis Eucharistici foederis, 155.

Assisiensis Basilica. Indulgentia, 214. 232 ; 333-338. Missa votiva, 148.

Assistentis generalis iura in propria provincia. 252.

Aucto : Decretum S. Rituum Cong. 8 iun. 1896 indulgens missas de requiem, in duplic. Notae, 211-213. 241. 243 ; 283.

Authentia. Reliquiarum S^ti^ Francisci Assisiensis, 16.

— Vaticanae editionis Kyriale Gregorianum continentis, 112.

Baltimorense Concilium, De incardinatione, 204.

Baptismi promissionum renovatio, 343.

Bavaria. Ordo S. Benedicti in —, 113.

Beatificatio. Triduana supplicatio, 276. 277.

Belgii Moniales pro indulg. 142. — minora seminaria pro missa in natali Dni, 354.
S. Benedicti numisma iubilare, 153; 265. 334.
Benedictio *Apostolica*, concessa, 13. 23. 24; 241. 247. 354. 362. — *Crucifixorum* cum indulg. viae crucis, 241, paramentorum missae, 241. — *domorum* in sabbato sancto, 283. — *ecclesiae* regularis, 192. 193. religiosorum, 194. — *Sanctissimi*, ritus, 114. 115. 217. — *A. S. Mauro*, 254. 255.
Beneplacitum apostolicum ad commutandos titulos, 73-75; 89-93, ad erigendam ecclesiam, 189. 190. 191.
Bona ecclesiastica usurpata in Gallia. Responsa moralia de restitutione, etc. 228. 233.
Breviarium. Anticipatio matutini, 292. Coniunctio cum missa conventuali, 277. 278.
— Cisterciense, 129. 149. 348.
— Fratrum Praedicatorum, 147.
— Ordinis Carmelitarum, 58. 59.
Brasilia. Ordo Benedictinorum in —, 63.
Bulgaria. Communicatio in sacris, 309.
Calendarium loci, 217. 302. 326. 327. — Cisterciensium Ant. obsc., 139. — Capuccinorum, 71. 294. — Religiosorum, 277. 278. 285. 339. 340. — Religiosarum, 303. — Seminarii, 302. — Tertiariorum, 294. 302. 326. 327.
Campana. Sonitus — **arum** apud Regulares, 57.
Canonici *Crucigeri*. Coronae indulgentiis dotatae, 173. 183. 346-348. 351.
— *Praemonstratenses* parochi. Privilegium, 3.
Canonizatio. Triduana vel octiduana supplicatio, 276. 277.
Cantus Gregorianus, 38. 73. 112. 113; 197. 243.
Capellanus. Cappellanus in missa, a quo suppleri potest, 116-117; — societatis hispanae navigationis transatlanticae, 233-235. Iura cappellani confraternitatum, 168-170.
Capitulum *cathedrale*, in divisione ecclesiae, 7.
— *regulare*, post dilatam professionem, 39. Electio delegatorum ad —, 252. culparum, 21; 356.
Cappa magna, concessa Praesulibus S. Benedicti, 149.
Caritate. *Puellarum a caritate*, Portiuncula, 28.
Carmelitarum (antiquae observantiae) rituale, 14; Breviarium, 58. 59; trina benedictio infra octav. Corporis Dni, 16. Tertiarii locus in Processione, 29.
Carolina Insula. Missio — **narum** insularum, 62. 140.
Catechismus romanus, De communione frequenti, 78. 79.
Cena Domini. Cerimoniae, 253.
Chordigerorum confraternitas, indulg., 22.
Circumspecta: C. Gregorii XIII, 25 nov. 1580, De familiaribus, 264.
Clausulae variae, confirmationis, 332.
Clausura Monialium in consecratione ecclesiae, 194.
Clerici regulares *Infirmis ministrantes*. Privilegium, 34-36; 288. 289.
Clericus, electus in deputatum politicum, 121. — incardinatus, excardinatus, 198-208; — ministrans sacro, 216. — subdiaconum vel cappellanum supplens, 116. 117; — tangens sacra vasa, 216.
Collegium D. Thomae in Urbe, 166.
Commemoratio vide. *Missa*, dubia; *Oratio* in missis.
Communicatio in sacris, 309.
— privilegiorum et indulgentiarum, 17; 326. 327. 334. 347. 348.
S. Communionis *cotidianae*, fere cotidianae, notio, 70; leges, 66-69; commentarii, 77-88; privilegia, 69. 177; propagatio, 68. 85. 155. 177; 266-269.
— usus pro pueris et infirmis, 158-166; 178-183; 216.
— distributio ante missam, 288; in nocte natalis Dni, 352-356.
— in oratoriis, 182. 345. 346. in nocte adorationis perpetuae, 254.
— condicio pro indulgentiis, 25. 335. 336.

Communionis (partis missae) cantus, 243.

Conditae, Leonis XIII, 8 dec. 1900, De Instit. voto simplicium, 104.

Confessarius, constitutus a regularibus pro hospitibus, 170-172. — in conservatoriis, 42 ; 219-223 ; — in mari, 224-227. 259. 261. Eius partes in communione, 68. 87 ; privilegium, si socius Eucharistici foederis, 155 ; 300. 301.

Confessio, pro indulgentiis, 23. 25. 335 ; Cotidianae communionis privilegium, 69. — in itinere ad missiones sinenses, 259-260.

Confirmatio (decreti) communis, specifica, 332.

Confraternitas. Cappellanorum iura, 168-170). *Vide Sodalicium. Sodalitas.* Dubia de indulgentiis, 53.

Confraternitas *Chordigerorum*, 22. SS. *Rosarii*, 147. *Vide Sodalicium.*

Congregatio *Missionis*, 142. 143 ; 241. 285. 289. 310. — *Passionistarum*, Exemptio, 191. — *Redemptoristarum*, Exemptio, 191. — *Fratrum a S. Gabriel*, 237. 238. — *Fratrum a Scholis christianis*, 249. 250. 306. — *Missionariorum Filiorum Imm. Cordis B. M. V.* 241. 242. — *Missionariorum S. Cordis* 252. 253. — *Missionariorum a S. Ioseph, in America latina*, 305. — *Salesiana*, 262. 263.

S. Congregatio *De statu Regularium*, exstinguitur, 126.

— *Super disciplina regulari*, extinguitur, 126.

S. Congregatio *Concilii*, Competentia, 9. De paroecia regulari, 167. 168. 235. 236. — De iuribus cappellanorum confraternitatum, 168. 169. De erectione ecclesiae, 188.

— *Episcoporum et Regularium*, De noviciatus interruptione, 9. 10. — De exemptione quod ad Confessarios. 170. 171. De exemptione monasterii, 172. 173. ecclesiae, 238. De funere apud Regulares, 172. — De donationis et legati applicatione, 236. 238.

— *Indulgentiarum et SS. Reliq.* De festis quibus annexa est indulgentia, 299. Quaenam indulgentiae ipsi sint exhibendae, 345.

— *De Propaganda Fide* constat duabus Congreg. 245 ; concedit facultates Crucigerorum, 183. De incardinatione, instantia, 201. 203.

— *Rituum*, de oratorio publico erigendo, 188 ; De festis praecipuis, 346.

Consecratio *ecclesiae*, 192-194 ; generis hum. ad SS. Cor Iesu, 137 ; 251.

Consecratio ecclesiae, 192-195.

Conservatoria. Confessarii, 219-223.

Contionatores. Indulg. 356. — in Urbe, 37. 54-55.

Contiones, inter missiones, indulgentiae, 13. — de communione cotidiana, 68. 85. 155. 266-268.

Conventualis. Ecclesia, 1. — Missa, v. *Missa.*

SS. Cor Iesu. Consecratio generis humani quotannis renovanda, 137 ; 251. Indulgentiae mensis SS. Cordis, 137 ; 334. 336. 337. Archiconfraternitas a SS. Corde Iesu, 11.

Corona a *Crucigeris* dicta, 173. 183 ; 346-348. 351 ; simul cum indulg. Rosarii, 351. — *VII Gaudiorum B. M. V.* 19. 41. 108-110. 158. — *Vide Societas SS. Rosarii.*

SS. Corporis Christi Portiuncula, 334.

Crux missionis, 12. 24. 247.

Culparum accusatio, indulgentiae, 21.

Cum ad aures : Decr. Innocentii XI, 12 feb. 1679, De communione frequenti, 7. 9.

Cum, sicuti accepimus, Breve SS. D. N. Pii Pp. X, 7 iun. 1907, indulgentias concedens pro celebratione 15 fer. 3arum in honorem S. Dominici, 17. 18.

Daressalamensis Vicariatus, 244.

Decreto : Decretum S. C. Concilii, 16 sept. 1906. De Excardinatione et Incardinatione clericorm, 198-200.

Dedicatio ecclesiae, 29.

Defuncti religiosi. Indulg. pro commemoratione, 19 ; — Exsequiae : dubia liturgica, 59. 288. — Missa anniversaria, late sumpta, 279. 282. 283. — Missae de Requiem, ex decreto *Aucto*, 210-213. 241. 283. — Missa, exposito SSo, 279. 280.

Degentes, quinam putentur, 358.

Dei Providentis : Motus proprius SS. D. N. Pii Pp. X. 16 iul. 1906, de Institutis dioecesanis, 127. 128. Commentarius, 101-104. 354.

Delegatio ad benedicendam, consecrandam, reconciliandam ecclesiam, 192-195.

« **Deo Gratias** ». Cantus, 243.

« **De Profundis** » Ps. in exsequiis, 282 ; post missam, 311.

Deputatus (politicus) clericus, 121.

Dispersi religiosi privilegia, 21. Titularis Ecclesiae in dispersione, 43.

Distantia pro indulgentia, 338.

Doctoratus, an privilegiatus, 167.

S. Dominici 15 feriae, indulgentia, 17. — Ordinis Tertiarii, Indulgentiae, etc. 143-147. — Societas SS. Rosarii, 150. 208. 351.

Domus pia, religiosa, quid, 354.

Dubia, an saepe proponenda S. Sedi, 97-100.

Ecclesia definitur, dividitur, 1. 3. — cathedralis, 304. — monialium, 186-194 — regularium, 1-7. 167. 168. 235. 236. 238. 239. — religiosorum, 3. 7. 25-27. 172 — saecularis, 3. 7. — seminarii, collegii, communitatis, pro missis de requiem, 210 — tertiariorum, 151 — visitanda pro indulgentiis, 54. 145 ; in missionibus, 23.

— **ae** consecratio benedictio, reconciliatio, 192-194. — dedicatae anniversarium, 29. 30. 304. 305. — patronus titularis, 43.

Episcopus collectas praescribens, 70. 71. — condens Institutum relig. 101-104 ; 127. 128. — confessarios instituens conservatorii, 219. 223. — delegans benedictionem, consecrationem ecclesiae, 194. 195. — ecclesiae aedificandae consentiens, renitens, 185-192 ; ecclesiam dividens, 5. 6. 7 ; transformans 5. 7. — sonitum campanarum moderans apud regulares, 57.

Eremitae *Montis Coronae*, 255-259 ; 356. 357.

SS. Eucharistiae expositae caerimoniae, 257. 279. 280. 295. 352. *Vide Communio.*

Eucharistica *Unio Sacerdotum Adoratorum*, 297.

Exaltatio S. Crucis, Festum, 139. 140.

Examen Contionatorum in Urbe, 54. — Ordinandorum in Urbe, 30-34. — Religiosorum ante ordines, 75.

" **Exaudiat** „ Ps. Indulgentiae, 20.

Excardinatio, 198. 208.

Excommunicati vitandi, 218. 219.

Excommunicatio ob usurpata bona ecca in Gallia, 229-233.

Exemptio ecclesiae, 6. 7. 239. — pro confessariis hospitalis, 170. — monasterii, 172. — Passionistarum, 191. — Redemptoristarum, 191.

Exercitationes religios. cum indulg., 19. *Vide Opus pium.*

Exercitia spiritualia, indulg, et privilegia 19. 23. 24. 143. 159.

Exorcismus in Satanam indulg., 22.

Expositio *Sanctissimi. Vide Eucharistia.* — *imaginis* in triduo hebd. maior. 253.

— *reliquiarum*, 280.

Exsequiae defunctorum, dubia liturgica, 59 ; 288-293. — apud Regulares, 53. 172. — Ps. *De Profundis*, 282. 311.

Ex officio supremi apostolatus : Breve SS. D. N. Pii Pp. X, 8 iun. 1907. Benedictinos Abbates instituens in Brasilia, 164-166.

Ex quo : C. Benedicti XIV, 5 iul. 1742. De iuramento missionar. Sinensium, 260. 261.

Extrema-Unctio. Ratio ministrandi in casu necessitatis, 242. 243.

Familiares, quinam, 171. 268-276. *Vide* Supplementum XII.

Familaritatis vera ratio, 171. 268-276. *Vide* Supplementum XII.

Famuli mercennarii, familiares, 276.

Festa quae *impediunt* exsequias, 59 ; missas de Requiem, 283 ; missam votivam SS. Cordis. 282.

— *observanda* in missione divisa, 223. 224.

— *a Regularibus* recolenda, 277. 278. 305.

— mysteriorum fidei, B. V. M., Apostolorum, pro indulgentiis,

299. 345. — VII gaudiorum B. M. V. 117. 148 ; 246-248 ; SS. Trinitatis, 323 ; viae crucis, 117.
— *Festorum translatio*, 72, 284. 289. 310.
Festa Ordinis, Indulg. 18. 19. 20. 27. 54. 143. 144.
S. Franciscus Assisiensis. Authentia reliquiarum, 16. Silentium de controversia, 16 ; Missa votiva, Assisii, 148. Ecclesiae Tertiariorum, 151.
Fratrum Minorum *Breviarium*, 72. *Causa* de ecclesia propia, 167. 168. 235. 236.
Facultates de exsequiarum iure, 172 ; in America latina, 12,
— Festa recolenda, 277. 278.
— Missae votivae, 105. 148.
— Portiuncula, 333-339.
— Rubricae propriae, 40.
— *Conventualium*. Breviarium, 72.
— *Capuccinorum* Indulgentiae, 18-27. Martyrologium, Missale, 294. Tertiariorum aggregatio, 57, privilegia, 71. 294. — Titularis ecclesiae in dispersione. 43.
Fratres Praedicatores. Collegium D. Thomae de Urbe, 166. Tertiarii, Indulgentia, 143-147. Societas SS. Rosarii, 150. Sonitus campanarum apud —, 57.
Fundatio addicens Ecclesiam religiosis, 4.
Funus apud regulares, 53. 172 ; in festis 59. *Vide Defuncti*,
Gallia. Moniales pro indulgentia. 142. Responsa moralia de usurpationibus praesentibus, 227-233 ; consuetudo de missis in nocte natalis Domini, 353.
Gaudia B. M. V. Corona — **orum** B. M. V. 41. 108. 158. — Festum ac Missa — **orum** B. M. V. 117. 148 ; 246-248.
Genuflexiones ministri in missa, 216. 257.
Gradualis. Cantus, 243.
Hebdomas maior. Caerimoniae, 253. 256. 257. 284.
Hospitalitas, quo pacto a Sororibus exerceri permittatur in Urbe. 11.
Hospites non sunt familiares, 275. Privilegium Ordinis S. Ioannis de Deo, 170. 171.
S. Ianuarius, colendus a Regularibus, 40.
Ieiunium eucharisticum aegrotorum, 163-166. 178-183. 311.
Immaculatae Conceptionis Missa votiva, 52. 105. 125. 152 ; 210. 288. — Officium votivum, 36 ; 288. — Scapulare, 334.
In approbandis : Decret. S. Congr. Ep. et Reg. 16 iul. 1906. De triennali relatione Institutorum votorum simplicium, 128-134.
Incardinatio clericorum, 198-208.
Incorporatio ecclesiae in monasterio, 4.
Interruptio Noviciatus, 8-10.
S. Ioannis B. de la Salle. Indulgentia, 249. 250.
Indulgentiae *Fratrum Minorum Capuccinorum*, 18-27. — *Tertiariorum S. Deminici*, 143-147 ; 334 ; *S. Francisci*, 151 ; 334 ; *SS. Trinitatis*, 334. — *Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V.* 241.
— *Archiconfraternitatis a Corde Iesu Eucharistico*, 111 ; *Sacerdotalis Eucharistici Foederis*, 155 ; *Societatis SS. Rosarii*, 150 ; 209. 351. *Pii Operis a Maria Opifera*, 263. — *Portiunculae, vide Portiuncula.*
— Pro *communionis* usu vel diffusione, 177 ; 267. 268. 299. 300. 301. Pro *coronis, vide Corona.* Pro *festo VII Gaudiorum B. M. V.*, 246-248 ; pro *festis praecipuis*, 299. 345. Pro *mense SS. Cordis Iesu*, 137. Pro *missionibus*, 345. Pro *orationibus variis. vide Oratio.* Pro *renovatione promissionum baptismi* 343 ; *votorum*, 309. Pro *scholis apostolicis*, 313. Pro *visitationibus ecclesiae, vide Ecclesia visitanda.*
Indulgentiarum communicatio, 17. 326. 327. 333. 334. 335. 345. 347. 348. exhibitio S. C. Indulg., 345. — apostolicarum facultas, 13. — *condiciones* ad usum monialium, 141 ; de observando tempore, 337 ; de operum ordine, 336 — dubia, 53. 54. — restitutio, 150. — revocatio (interpretatio) 147.

Infirmorum *benedictio* a S. Mauro, 255. — *communio*, 163-166, 178-183; 311. 312. — religiosorum *privilegia*, 21. — Tertiariorum *Privilegia*, 146.
Ingressus in religionem indulg., 18. 143.
Instituti votorum simplicium constitutio ab Episcopo, 101-104. 127. 128. — ecclesia : erectio, benedictio, consecratio, reconciliatio, 191-194. — oratoria, 213. 214. *Vide Oratorium* — relatio triennalis facienda, 129-134.
Interpretatio, quandonam stricta, lata, 353.
S. Ioseph Festum in Ordine Cisterciensi, 139. 140; patrocinium, 29; scapulare, 22.
Irregularitas ex defectu natalium, Dispensatio, 66.
Italia (et insulae). Examen ordinandorum, 75. 76. Studiorum ratio, 316-322.
Iuramentum missionariorum Sinensium (de ritibus), 260; ministeriorum sacrorum (indulgentia), 23.
Kyriale. Authentia Vaticanae editionis — Gregorianum continentis, 112.
Lamentabili exitu : Decretum S. Officii 3-4 iul. 1907, recentes errores proscribens, 143-148.
Laudes exposito SS^mo. Caerimoniae, 114. 115. 217. Te Deum, 256.
Legatum religioso factum personale vel non, 238.
Lingua vernacula. In parvo Officio B. M. V. 251. — Inter Missam, 286. — in sacris functionibus, 287.
Litaniae SS. Nominis Iesu, 290. 291. — Recitatio publica, quaenam, 290.
Litterae excardinationis, 198. 204.
Lustralis aquae aspersio, 256. 257.
B. Mariae Virginis Officium parvum, 113. Praecipua festa, 299. 345. VII Gaudia, 19. 41. 108-110. 117. 148. 158. 246-248. *Vide Immaculata Conceptio. Rosarium.*
Mariavitae. Societas — *tarum*. 122-125. Capita excommunicantur, 218-219.
Martyrologium Fratrum Minorum, Usus, 71. 72.
Matutini anticipatio, 291.
S. Mauri Benedictio, 254. 255.
Miliarium, quid, 194*. 265. 338*. 339.
Ministrans missae. Rubricae, 214. 257.
Missa cantata 105. 106. 287. — conventualis, 70. 71. 105. 277. 278. 281. 311. 353. — ordinationis, 217; — prima religiosorum (indulg.) 19. 143; 353. — de Requiem, 211-213. 241. 283. — exsequialis, 53. 59 172; 217. 282. — privilegiata pro defunctis, 21. 146. *Vide Defuncti.* — *votiva*, 105. 210. 280. 289; S. Francisci, 148; Immaculatae Concept. *vide Immaculata Conceptio.* — de Via dolorosa et de Gaudiis B. M. V. 117. — in nocte natalicia Domini. 352-356.
— **ae** *caerimoniae*, 216. 217. 257. 287. 289; pro ministrante, 216; de clerico ministrum sacrum supplente, 116-117. — *calendarium*, 302. 303. *Vide Calendarium.* — *orationes*, *vide Oratio.* — *stipendia*, *vide Stipendia.*
Missale Fr. Minorum, 72.
Missionarii *apostolici* facultates obtinent Crucigerorum, 183. — Sinarum, 259-261.
Missiones. Facultates inter missiones, 12. 24. 266. 343. Missae de Requiem inter — 241.
— *exterae*. Indulgentiae et privilegia, 23. 183. Missionis divisio, quod ad festa. 223. 224. Missionis erectio in Insulis Carolinis, 62. 140. Missionis ecclesia, in Anglia, 303. Confessio in itinere ad sinenses missiones, 259-261.
Modernismus damnatus, 143-148.
Monachi S. Benedicti. Familiae variae. 335. Indulg. Portiunculae 2 nov. 264. 265. 334-339. 356-358. Oblati, 271-273.
— *Nigri*. Benedictio a S. Mauro, 254. 255. Conversi fratres : officium, 113. Praesules obtinent cappam magnam, 149. Commissa praeparatio emendandae Vulgatae, 313-315. Privilegium de trans-

latione festorum, 72. Numisma iubilare, 153. 265.
— Congregatio Austriaca, 289; Bavarica, 113; Brasiliana, 63. 348-350; Cassinensis, 72. 266.
— **Camaldulenses**, 352.
— **Cistercienses.** (Ant. Obs.) Breviarium, 139. 140. Calendarium — *ium*, 139.
— **Cistercienses Reformati** *(Trappis'ae)*. Commendationes Pontificiae, 307.
— **Eremitae Montis Coronae**, 255-259; 356-357.
Monasterium. Exemptionis probatio, 172.
Moniales in Urbe, 156. 157.
— *Capuccinae.* Privilegium, 71.
— *S. Clarae*, 303.
— *Conceptionistae.* Dubia de officio, 49-51. Indultum de missa Immac. Conc., 52.
Monialium absolutio generalis, 22; calendarium, 303; confessarii, 219-223; ecclesiae, 186-194; indulgentiae 141; missa in nocte natalis Dni 352-356; professio simplex, 60-62.
Mortis articulus. Indulg., 19. 144. 354. 362.
Musica sacra. Organum, instrumenta, 243. 284. 285. 286..
Natale Domini. Missae et communio in nocte, 352-356.
Navigantes Confessarii, 224-227; 234. Capellani societatis hispanae navig. transatlant. 233-235.
Non mediocri: C. Leonis XIII, 30 iul. 1892. De Trappistis, 307.
Normae S. Congreg. de Institutis vot. simpl. applicatio, 106-108.
Noviciatus, quanam absentia interrumpatur, 8-10; — requisitus ad valorem, 93. 94.
Noviciorum delectus, 307-308.
Oblati S. Benedicti, 271. 273.: S. Francisci, 273.
Offertorii cantus, 243.
Officium occurrens, commemorandum in missa privilegiata, 280.
— *divinum, vide Breviarium.*
— De mysteriis viae crucis et gaudiis B. M. V. 117.
— parvum B. M. V. 113; 251. 252; — votivum Imm. Conc., 36. 288.
Opus pium. Indulgentiae, 145. 300. Quatenus repetendum, pro variis indulgentiis, 351,
Opus pium a Maria Opifera, 263.
Oratio in missis, 70. 105. 106. 210-213. 280. 311; — a cunctis 217. 279. 280. — pro defuncto, exposito SSmo 279. 280. — imperata, numerus, 70. — mentalis, Indulgentiae, 21. 145.
— *vocalis* cum indulgentiis, 20. 21. 145. 177. 249. 250. 267.
— *publica*, quaenam, 251. 252.
Oratorium habens titularem patronum, 283. 284. 303. 304. — in missionibus, 23. — pro altari privilegiato, 151. 152. — semi-publicum pro indulgentiis, 146,3. 357. 358. — ubi communio dari possit, 182. 345. 346. — ubi Missae de Requiem, 210. 213. — Regularium. Erectio, 213. 214. 302. 303. — Religiosorum, Erectio, 213. 214. — Tertiariorum, 151.
Ordinandorum admissio, 65; 198. 200. — dispensatio ab irregular. ob parentum haeresim, 251. — examen, 30. 75.
Ordinatio. Dispensatio ab irregular. ex haeresi parentum, concessa pro minoribus ordin. valet ad maiores 250.
Ordinarius. Eius consensus, an ad valorem requisitus, 35,2 — collectas imperans, 70. 71. — consentiens in eccl. erigendam, 185-191. — pro missarum stipendiis, 322-326.
Ordo *S. Ioannis de Deo.* Privilegium pro hospitum confessione, 170. 171. — *Discalceatorum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum.* Approbatio constitutionum, 264. Portiuncula, 333-339.
— *B. M. V. de Monte Carmelo.* Breviarium, 58. 59. Portiuncula, 333-339.
— *Minimorum*, Portiuncula, 333-339.
— *Servorum B. M. V.* Portiuncula, 333-337.
Vide Canonici, Fratres, Monachi, Societas.
Orientis regiones quid, 325.
Oscula in missa, 216.

S. Paenitentiaria, de commutatione titulorum, 91. 92; de usurpationibus in Gallia, 229-233.
Palmarum Dominica. Processio, 255.
Parasceve. Caerimoniae, 253. 284.
Parochia filialis, 5. — divisa, 5. 6; incorporata monasterio 4; 289. 290. propria pro indulgentiis, 53. 54. — regularis, 2, 167; 235. 236.
Parochus ecclesiae regularis, 2. — domos benedicit Sabbato Sancto, 283.
Pater et Ave, Sexies, Indulgentiae, 20. — Quinquies, Indulgentiae, 20.
Patrocinium S. Ioseph, locus in calendario, 29.
Patronus, colendus a regularibus, religiosis, 40. 262. 341. 342.
Pia domus, quid, p. 354.
Pium opus *a Maria Opifera*, 263.
Portiuncula, 26. 28. 154,2; 215. 264. 265. 333-339. 356-358. *Vide Quaesita varia*.
Post editum: S. C. Concilii. decretum 7 dec. 1906, de S. Communione infirmi non ieiuni, 178-183.
Postliminii ius pro regularibus, 239.
Potus, ante communionem, qui infirmis permittitur, 183.
Praefectura apostolica, in insulis Carolinis, 140.
Praelatus regularis, De communione 86. 88; benedicens, reconcilians ecclesiam, 192-194.
Praemonstratenses parochi, 3.
Preces post missam conventualem, 127.
Privilegia. *Vide Indulgentiae*, quomodo interpretanda, 353.
— *Sacerdotalis eucharistici foederis*, 155; 297-301.
— Tertiariorum. *Vide Tertiarii*.
— triduanae vel octiduanae sollemnitatis pro Beatificatione vel Canonizatione, 276. 277.
Privilegium. Communicatio concessa, 17. — incommunicabile, 35,1; 171. Revocatum (interpretatio). 147,2.
Processio in hebd. maiori, Purificatione, die Palmarum, 255-259. In — **nibus** locus laicorum, 295; tertiariorum, 28. 44.
Procuratoris generalis iura in propria provincia, 252.
Professio religiosa et dispositio rediturum, 106-108. Capitulum de — **ne**, 39. — **nis** dilatio, 39, 94; indulgentiae, 18. 143; pro renovatione, 21; valor: varia dubia. 94-97.
— simplex monialium, 60-62.
Promissiones baptismi. Indulg. 343.
Puellae a Caritate. Privil. pro Portiuncula, 101.
Puerorum communio, frequens, 158. 163. Privilegia, 25.
Purificatio B. M. V. aequiperatur festo Domini, 282. Missa votiva S. Cordis Iesu, 282. Processio, 255. 258. Translatio festi, 302.
Quoniam: Breve SS. D. N. Pii Pp. X, 27 mart. 1906, De studiis Script. Sacrae, 119-121.
Quo perennis: Decretum SS. D. N. Pii Pp. X, 22 aug. 1906, de quotannis renovanda consecratione SS. Cordi, 137.
Quemadmodum: Decr. S. Congr. Episc. et Regul. 17 dec. 1890, De communione religiosorum, 80. 81.
Recenti Decreto: Decretum S. C. Concilii, 22 maii 1907, De missarum stipendiis, 322-326.
Recitatio non est publica, si ianuae clausae sint, 251.
Reconciliatio ecclesiae regularis, 193. 194. — ecclesiae religiosorum, 194. 195.
Redituum Dispositio a religiosis, 106-108.
Regulares, Confessarii Sororum, 43. 44. — examinandi ante ordinationem, 75. 76. — candidati bene deligendi, 307. 308. — dimissi, quod ad dioecesim, vel receptionem in seminarium, 65.
Regularium calendarium, 40. *Vide Calendarium*, — ecclesiae, *vide Ecclesia*. — oratoria, 213. 214. — missio divisa, 7. 8. — paroeciae, 167. 168. 235. 236. — ius funerandi, 53; sonandi campanas, 57. — privilegium de officio votivo, 36. — ritus sacri, 40; 262. 276-295; 302-305; 339-342.

Regularis disciplinae : C. Benedicti XIV, 3 ian. 1742. De clausura virorum, 194.
Relatio triennalis Institutorum votorum simplicium, 128-134.
Religionis : C. Leonis X, De consecratione ecclesiae regularis, 193.
Religiosa domus quid, 354*.
Religiosae vitae pretium, 306. — disciplina custodienda, 307. 308.
Religiosarum confessarii, 42-44 ; 219-223. — oratoria, 303. — vota, quando renovanda, 96.
— Urbis : cautiones ipsis praescriptae, 11. 12. 156. 157.
Religiosi sunt clerus *saecularis*, 3. — admissi post dimissionem ex seminariis, et dimissi, 65 ; legatarii, 238.
Ex-religiosi Tertiarii, 153.
Religiosorum ecclesiae, 191. 192. — oratorium, 213-214. — communio, 66. 85. 86. — ius dioecesanum, 127 ; ius disponendi de reditibus, 106. — examen ante ordines, 75. — Ritus sacri, 40, 262. 276-295 ; 302-305 ; 339-342.
Religiosorum ordinum familias : Motus proprius SS. D. N. Pii Div. Prov. Pp. X, 19 mart. 1906, de religiosis ante collationem ordinum examinandis, 75. 76.
Religiosos Ordines, C. Pii VI, 6 sept. 1785. De Tertiariis Fratrum Minorum, 71.
Restitutio ob usurpata ecclesiastica bona in Gallia, 227-233.
Ritualis editio. Leges. Probatur editio facta a Generali Carmelitarum. antiq. observ. 13. 14.
Ritus Carmelitarum antiquae observantiae, 14. 58. 59.
— in laudibus SSi, 114. 115. 256.
— Sacri Religiosorum, 40 ; 262 ; 276-295. 302-305. 339-342.
Roma. *Vide Urbs*.
Romanorum Pontificum : SS. D. N. Pii Pp. X breve 10 aug. 1906, privilegiis fovens consociationem « Sacerdotalis eucharistici foederis » 155. 156.
Romanos Pontifices : C. Leonis XIII, 8 mai 1881, De regularibus in Anglia, 190. 191. 192.
Rosarium. Confraternitatum — ii privilegium, 147. Societas S. Rosarii, (Delegatio), 150. Quomodo recitandum pro indulgentiis, 209. Indulgentiae SS. Rosarii et Crucigerorum simul, 331. Translatio festi, 292. 293. « Portiuncula », 333-337.
Sacerdotale Eucharisticum foedus, privilegia, 155. 297. 344. 345.
Sabbato sancto. Caerimoniae, 256. 257. 284. Domorum benedictio in — 283.
Sacrae Congregationi : Motus proprius SS. D. N. Pii Pp. X, 26 maii 1906, exstinguens duas sacras Congregationes, 126.
SS. Sacramenti Portiuncula, 333-339.
Sacra Tridentina Synodus ; SS. D. N. Pii Papae X, seu S. Congregationis Concilii decretum 20 dec. 1905, de cotidiana SS. Eucharistiae sumptione, 66-69.
Sacrosancta Tridentina Synodus. Motus proprius SS. D. N. Pii Pp. X, 16 iul. 1905, de examinandis Ordinandis in Urbe, 30-34.
Saecularis ecclesia, 1, *vide Ecclesia*.
Sanctissimo Domino : S. C. Indulgentiarium decretum Urbis et Orbis 14 febr. 1906. Qui communione cotidiana utuntur, indulgentias lucrari possunt absque obligatione confessionis hebdomadariae, 69. 70.
Sanctissimus Dominus : SS. D. N. Pii Pp. X declaratio 8 maii 1907, de sacrae dapis in privatis oratoriis distributione, 161. 162.
Sanctissimus Dominus : Motus proprius SS. D. N. Pii Pp. X, 1 aug. 1907, piis domibus privilegium concedens missae et communionis in nocte Natalis Domini, 168-172.
Scapularia. Facultas imponendi —, 13. 24 ; 247. Impositio *scapularis* B. M. V. de Monte Carmelo, 142. 143. Immaculatae Conceptionis, 334 ; S. Ioseph, 22.
Schismaticae puellae canentes cum catholicis, 309.
Scholae *popularis* Indulg. 23.

— *apostolicae* Indulgentiae, 129. — erectio in Iapania, 312. — alumni sunt familiares, 273.
Scriptura sacra, in seminariis, 119-121.
S. Sedes, an saepe interroganda, 97.
Seminarii alumni : cooptatio, dimissio. 64. 65 ; — Officium, 302. — Ecclesia pro missis de Requiem 210-212. — Studia S. Scripturae, 119. Studiorum generalis ratio in Italia, 316-322. — Titularis patronus oratorii, 283-284. — Privilegium missarum et commun. in nocte Natalis Dni, 354
Societas Imm. Conc. a sacro numismate. Indulgentiae, 17.
Societas a Scapulari Imm. Conc. Indulgentiae eius communicatae cum Soc. Imm. Conc. a sacro numismate, 17.
Societatis Iesu Calendarium, 29, 305. — Privilegium pro examine Ordinandorum, 31.
Societas Mariae. Votum paupertatis, 107. — laudatur ob scholam apostolicam, 312. 313.
Societas hispana navigationis transatlanticae. Facultates capellanorum, 233-235.
Societas Parisiensis Missionum ad exteros, 289.
Sodalicium *Eucharistici foederis.* 155. 297. 344. 345.
Sodalitas *Eucharisticae Unionis Sacerdotum Adoratorum*, 297. 346-348.
Sollemnitatis translatio, 290-292.
Sorores, *vide Religiosae.*
— *Pauperes Sorores ludimagistrae a Domina Nostra Colocensium.* Approbatio Constitutionum, 316.
— *a S. Iuliana* approbantur, 141.
— *Oblatae SS. Redemptoris.* Approbatio, 264.
— *Tertii Ordinis S. Dominici S. Catharinae Senensis*, Decretum laudis 138. 139.
Speculatores : C. Innocentii XII, 4 nov. 1694, De ordinationibus, 269.
Stationum Indulgentiae communicatae, 20. 53. 145. Quotiens lucrari eas possis, 53. 54.
Stipendia missarium, 100, 322-326.
Stolae color, in absol. gen., 63. 64.
Studia a religiosis bene exercenda, 308. — Sacrae Scripturae in seminariis, 119.
Subdiaconus in missa, 116. 117.
Summarium indulgentiarum, FF. Min. Capuccinor. 18-27. — Tertiariorum S. Dominici, 143-147.
Superior religiosus, de communione, 86.
Superiorissa, de communione, 86.
Surperpelliceum ministri in missa, 216. 217.
Symbolum, in missis, 210. 211.
Te Deum. Versiculi canendi post —, 256.
Tertiarii *S. Dominici* (Indulgentiae), 143. 147. — *Fratrum Minorum*, 151 ; 302. — *Fratrum Minorum Capuccinorum*, 71 ; 284. 302.
— *ex-religiosi* (cooptatio), 153.
— *in communitate viventes.* Privilegia, 71 ; 302. 326. 327. 334. Eorum aggregatio ad Fratres Minores Cappuccinos, 57.
Tertiariorum absolutio generalis, 63. 64 ; locus in processione, 28. 44 ; privilegia, 146. 334.
Tribus circiter : Litt. S D. N. Pii Pp. X 5 apr. 1906, ad Episcopos Poloniae, de Mariavitis, 122. 125.
Titularis *abbas.* 349. 350.
— *patronus.* Eius festum, 219. 292. 303. 304. — ecclesiae in dispersione, 43 ; abbatialis, 289 ; provinciae, 44,2. eccl. cathedralis, 304. — oratorii, 283. 284. 303. 304.
Titulus (crediti). Alienatio, 73. Commutatio, 89-93.
— Abbatiae exstinctus, 112.
— Altaris. Eius imago, commutatio, 249.
— Ordinationis, 198-200.
Translatio consecrationis SS. Cordi Iesu. 66.
— Missae exsequialis, 109.
— Sollemnitatis externae S. Corporis Domini, 290. — festorum, 72. 284. 289. 290. 291. 292. 310.
Trappistae (Monachi), *vide Cistercienses Reformati.*
Triduana supplicatio pro diffunden-

da cotidiana communione, 267. 268. 299. 300; pro beatificatione vel canonizatione, 276. 277.

S. Trinitatis festum, 343.

Unio ecclesiae cum monasterio, 4. — abbatiarum, 112.

Universitatis Doctoratus. Vis, privilegia, 167.

Urbs. Sororum hospitalitas, 11. 12. Variae cautiones Sororibus praescriptae, 156. Examen Ordinandorum, 30. Sacrae contiones in *Urbe*, 37. 54-56. Collegium D. Thomae, 166. 167. Stationum Urbis indulgentiae communicatae, 20.

Ut debita : Decr. S. C. Conc. 11 maii 1904. De missarum stipendiis. Notae, 100. 322-326.

Vesperae primae. Hora, 337.

Vetuit : S. Congr. Concilii decretum 22 dec. 1905, de Seminariorum alumnis, 64. 65.

Via Crucis. Erectio, indulg. 22. Missa cum officio myster. viae crucis 117. 148. Benedictio crucifixorum cum indulg. *viae Crucis*, 241.

Vicariatus apostolici. Mutationes, 244. 245.

Vicarius temporalis, 2. — perpetuus, 2. Eius constitutio et dos post divisam paroeciam, 8.

Visitatio conventus, indulg. 19. 353. bene peragenda, 308.

— ecclesiae, indulg. 54. 145. Quotiens offertur indulg. stationum, 54. *Vide Ecclesia visitanda.*

Vota Oblatorum, 271. Professio votorum apud moniales, 60-62. Votorum emissio, renovatio, indulgentiae, 18. 21. 309. — renovatio quando facienda, 96.

Vulgatae emendandae praeparatio committitur Benedictinis, 313-315.

Zanguebaria. Vicariatus, 244.

N. B. *Cum indices ad coniunctos binos tomos II et III aptati sint, lector qui eosdem separatos possideat in t. II habet quicquid de prioribus 184 paginis refertur ; tertii autem separati tomi notae numericae numero 184 ipsi augendae sunt ut ad harum tabularum indicationes accommodentur, ita ut quae in tomo III separato notatur pagina 1 vel 150, in indice legenda sit 185 vel 334.*

NOTANDUM ad p. 299.

Quaenam praecipua festa sint mysteriorum Fidei, B. M. V. et SS. Apostolorum, sumas non ex p. 299 sed ex p. 345.

v.2-3

CBPac

v.2-3 10222

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
BERKELEY, CA 94709